00078365

THE
ASIATIC SOCIETY OF BOMBAY
Town Hall, Bombay.

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 25 June, 2016

Historia Armenica
Ed. with Latin translation
by W. and G. Whiston
4to Lond. 1736

Moses (of Choren)

Dx-C-16


ARMENIA MAJOR
PONTUS EUXINUS
COLCHIS ſeu EGE=RIA
LAZI
Phaſis fl.
ZANI
Mons Caucaſus
IBERIA
Teſtis ſeu Portæ Caucaſiæ
HUNNI
Derbentia ſeu Portæ Caſpiæ
MARE CASPIUM
Trapezus
PONTUS
J
14
13
Scamachia
Bæberda
Lacus Gelacunus ſeu Gelamius
Charſa
Anium
12
ALBANIA
Armenia prima
CAPPADOCIA
Arzerum ſeu Carina ſive Theodoſiopolis
Erivanum ſeu Valarſapata
Cyrus fl.
15
Artaxata
10
Mons Ararat ſive Maſis
9
11
ARMENIA MINOR
2
Naxuanum
Zulpha
4
8
3
Eraſches ſeu Araxes
Armenia ſecunda
Artogeraſſa
Vanum ſeu Semiramocerta
7
Betlis
Lacus Beznunius
Arſamoſata
Amida ſeu Tigranocerta
Tauris ſeu Ecbatana altera
Samoſata
5
6
Mons Taurus
SY=RIA
Ourſa ſeu Edeſſa
ATROPATIA
Bira
Halebum ſeu Beræa
Niſibis
Ninive
MEDIA
MESOPO=TAMIA
Tigris fl.
ASSYRIA
PERSIA
Euphrates fl.
Babylon
Cteſiphon
BABYLONIA
Provinciæ Armeniæ Majoris
1. Armenia alta ſive tertia.
2. Armenia quarta.
3. Alznia.
4. Turuberania.
5. Moca.
6 Corzæa.
7 Armenia Perſica.
8 Vaſpuracania.
9 Synia.
10 Arſacha.
11 Phætacarania.
12 Utia.
13 Gugaria.
14 Taia.
15 Araratia.

ՄՈՎՍԻՍԻ ԽՈՐԵՆԱՑԻՈՒ ՊԱՏՄՈՒԹԻՒՆ
ԵՒ ԱՇԽԱՐՀԱԳՐՈՒԹԻՒՆ.

MOSIS CHORENENSIS
HISTORIÆ ARMENIACÆ
LIBRI III.

Accedit ejuſdem Scriptoris

EPITOME GEOGRAPHIÆ.

PRÆMITTITUR

PRÆFATIO,

QUÆ DE

LITERATURA, ac VERSIONE SACRA ARMENIACA agit;

ET SUBJICITUR

APPENDIX,

QUÆ CONTINET

EPISTOLAS DUAS ARMENIACAS,

Primam, CORINTHIORUM *ad* PAULUM *Apoſtolum, Alteràm,* PAULI *Apoſtoli ad* CORINTHIOS; *nunc primùm ex Codice MS integrè divulgatas.*

Armeniacè ediderunt, Latinè verterunt, Notíſque illuſtrârunt
GULIELMUS & GEORGIUS, GUL. WHISTONI Filii,
Aulæ Clarenſis in Academiâ Cantabrigienſi aliquandiu Alumni.

Լաւ են երկու քան զմի, որոց գոն վարձք բարի 'ի վաստակս նոցա ։
Αγαθοι ὁι δυο ὑπερ τον ἑνα, ὁις εϛιν αυτοις μισθος αγαθος εν μοχθῳ αυτων. Eccleſ. IV. 9.

LONDINI:
EX OFFICINA CAROLI ACKERS TYPOGRAPHI;
Apud JOANNEM WHISTONUM BIBLIOPOLAM.
MDCCXXXVI.

78365

00078365

NOMINA

EORUM, qui ad hoc INSTITUTUM adjuvandum pecunias benignè contulerunt.

A.

REVERENDUS Joannes Alexander.
Rev. Richardus Allin *B. D. Coll. Sidn. Cantab. Soc.*
Hon. Richardus Arundell, *Ar.*
Dna. Catharina D' Acoſta.

B.

NOBILES *Viri*, Richardus Comes de Burlington.
——— Gulielmus Vicecomes Bateman.
——— Joannes nuper Dominus Barrington.
Thomas Bacon, *Ar.*
Samuel Barker, *Ar. de Lyndon in Agro Rotelandenſi.*
Rev. Joannes Baron, *L. L. D. Decanus Norvicenſis.*
Rev. Adamus Batty, *A. M.*
Rev. Philippus Bearcroft, *S. T. P. Hoſpitio Suttoniano à Sacris.*
Bibliotheca Coll. *Regin.* Cantab.
Rev. Joſephus Bilio.
Rev. Robertus Bolton, *S. T. P. Decanus Carliolenſis.*
Rev. Thomas Brett, *S. T. P.*
Nuper Dnus. Humfridus Briggs, *Baronettus.*
Joannes Byrom, *A. M. Coll. Trin. Cantab. Soc.*

C.

ADMODUM *Rev.* Edvardus Waddington, nuper Epiſcopus Ciceſtrenſis.
Nobilis Vir, Joannes Dominus Carteret.
Thomas Cartwright, *Ar. de Aynho in Agro Northamptonienſi.*
Rev. Edvardus Capper, A. M.
Joannes Cay, *Ar.*
Rev. Samuel Chandler.
Samuel Clarke, *Ar. & A. M. de West Bromwych in Agro Staffordenſi.*
Hon. Jacobus Cocks, *Ar.*
Hon. Joannes Cocks, *Ar.*
Dnus. Gulielmus Codrington, *Baronettus.*
[illegible]eius Cole, *Gen.*
Joannes Collet, *M. D.*

Thomas Crowe, *M. D.*
Rev. Thomas Curling, *A. M. Rector de Rotherhith in Agro Surrienſi.*

D.

ADMODUM *Rev.* Edvardus Epiſcopus Dunelmenſis.
— Thomas Epiſcopus Derrenſis.
Nuper Theocharis Dadichi, *Gen.*
Rev. Joannes Davies, *S. T. P. Coll. Regin. Cantab. nuper Præſes.*
Gulielmus Day, *Ar.*
Rev. Joannes Denne, *Archidiaconus Roffenſis.*

E.

DNUS. Richardus Ellys, *Baronettus.*
Vigerus Edwards, *Ar.*

F.

MARTINUS Folkes, *Ar.*
Duncanus Forbes, *Ar.* *Dominus Advocatus Scotiæ.*
Abrahamus Fowler, *Collybiſta Londinenſis.*
Robertus Franſham, *Ar.*

G.

REVERENDUS Gulielmus Gardiner, *L. L. B. Vicarius de Hambleton in agro Rotelandenſi.*
Rev. Gulielmus George, *S. T. P. Scholæ Etonenſis Archididaſcalus.*
Rev. Claude Gilbert, *S. T. P.*
Rev. Petrus Goddard, *A. M. Aul. Clar. Cantab. Soc.*
Philips Glover, *Ar.*
Dnus. Robertus Groſvenor, *Baronettus.*

H.

NOBILIS *Vir*, Philippus Dominus Hardwick, *Judicum in Foro Regio Princeps.*
Abrahamus Hall, *M. D.*
Rev. Joannes Hardy, *Vicarius de Melton Mowbray in Agro Leiceſtrenſi.*
Edmundus Herbert, *Gen.*

Gilber-

thecæ Regiæ Berolinenſis Præfectum, & *J. J. Schröderum*, Linguarum Orientalium Profeſſorem Marburgenſem, ambos Armeniaci Sermonis periſſimos, quorum eximiam humanitatem ſummámque in nos benevolentiam, quas deinceps in Commercio Literario experti ſumus, grato animo profiteri ac publicè laudare decet.

Itaque ad hos Viros Doctiſſimos Epiſtolas iſtas Armeniacas Cl. Parens noſter miſit, atque eorum opem operámque in eis Latinè convertendis flagitavit, dum nobis interea de Literarum Armeniacarum conditione cogitantibus Cl. Schröderi *Grammatica ſive Theſaurus Linguæ Armeniacæ* [a] peropportunè oblatus eſt; quem quidem librum ut inſpeximus, ac tùm rei novitate moti, tùm elegantibus literarum formis atque Europæâ ſcribendi ratione aliquantulùm allecti, animi magìs quam ſtudii cauſâ, raptim pervolutavimus, ea inveniebamus ad Armeniacas literas incitamenta, quæ animum incertum, nec deſidiæ deditum, nec gravioribus ſtudiis planè aſtrictum propemodùm perpuliſſent, niſi duæ res ſummæ ab eo incœpto nimiùm quantùm abſtrahere viſæ fuiſſent, quum nec Lexicon Armeniacum, ſatìs ad eam rem idoneum, extaret, & Præceptor omnino nullus adeſſet. Hæ autem difficultates, tantùm abfuit, ut animos noſtros deterrerent, ut contrà quaſi cohortari atque urgere viderentur, quando illud quidem ſatìs inde apparebat, deeſſe operarios, qui Armeniacam vineam excolerent, ac fructum ejus in Rempublicam literariam importarent; adeò ut tandem, interpoſitâ parvâ ad deliberandum morâ, certum nobis & conſtitutum eſſet, tam noſtrâ ſponte propenſis, quàm aliorum hortatu atque auctoritate incitatis, hanc ſtudiorum rationem ſuſcipere ingredíque, &, Deo juvante, perficere. Poſtquam igitur ex Cl. Schröderi Grammaticâ aliquantulùm profecimus, & complures libros Armeniacos, quod tamen ægrè factum eſt, nobiſmet comparavimus, atque in eis legendis, operam noſtram ſtudiúmque aliquandiu poſuimus, ipſo uſu edocti, probè intelleximus, quàm manca quodammodo atque imperfecta adhuc eſſet Armeniaci ſermonis cognitio, & quàm ſæpe progreſſus noſter in hiſce ſtudiis, ſi non planè præpeditus, at certè interruptus ac retardatus foret, niſi Theſaurum Armeniacum quàm locupletiſſimum coacervare moliremur, qui vocum ſignificationes largè liberalitérque ad uſus diſciplinæ aſſiduos ſuppeditaret. Itaque, quanquam animi noſtri, amœnitatibus ſtudiorum magìs aſſuefacti, ab labore tàm injucundo támque improbo valdè abhorrebant, tamen ad Lexicon contexendum accingi oportebat; quod ut accuratiùs conficeremus, quum idem ferè Armeniacæ, quod Græcæ Linguæ accidiſſet, ut ſermo hodiernus, ex linguis Perſarum Turcarúmque maximam partem promiſcuè hauſtus, à priſcâ ſcribendi conſuetudine longè diſcreparet, ſcriptis recentioribus non multùm niti & confidere, ſed vetera ipſa Armeniacarum literarum

[a] Amſtel. 1711. 4to.

rarum monimenta diligentiùs perſcrutari conſtituimus, quippe quum Antiquitates Armeniacas cupidè ſitiremus, & quò propiùs à fontibus abſunt, eò ferè puriores dulcioréſque aquæ hauriantur. Quapropter, quoniam Sacras Literas Armeniacas de Græcis antiquitùs converſas eſſe non eramus neſcii, hac materiâ opus noſtrum ſubſtruere placuit; atque in eâ re Cl. virorum *Trommii* & *Schmidii* Indicibus ſacris adjuti, tùm è Veteris, tum è Novi Fœderis libris, ſingulas voces Armeniacas ſingulis Græcis vocabulis congruentes ordinatim excerpere & in Lexici formam redigere cœpimus; in eóque opere longiùs progreſſi, opulentiam Armeniacam ex Sacris Libris penè exhauſeramus, quum nacti demum ſumus Jacobi Villotii *Dictionarium Novum Latino-Armenium*[a], quem quidem in librum ſcriptor iſte, qui per annos viginti quinque apud Armenios diverſatus erat, neque Armeniacæ linguæ imperitus, & in ſuo munere exequendo admodùm diligens, ampliſſimam ſanè verborum copiam, undique conquiſitam, ſplendidè congeſſerat; ſed præterquam quòd *Theſauris ſuis complures*, quòd aiunt, *carbones admiſcuerat*, ob eam præterea cauſam nihil ferè nobis adjumenti attulit, quòd vocum Latinarum ordinem ſecutus erat, ut potiùs Armeniis Latinas literas diſcentibus operam ſuam navâſſe videretur. Neque tamen aliter facere potuimus, quin ad tam copioſam ſplendidámque ſupellectilem avidos cupiditatis oculos adjiceremus, quam in alienâ ditione contuentes, non dubitavimus apertè honeſtéque compilare & abducere, atque in Armeniacum ordinem redigentes, ad noſtri opificii ornamentum accommodare; eóque etiam labore, gravi certè atque operoſo acriter exantlato, libuit demum rationem inire, lucri quantum ex his moleſtiis factum fuiſſet; &, ſubductis calculis, viginti ampliùs vocum Armeniacarum millia in noſtro Lexico numerari comperimus.

Sic inſtructi & parati, ad legendos ſcriptores Armenios iterum aggredimur; ac tametſi quidem, dum in hoc curriculo verſabamur, Linguam Armeniacam adeò locupletem atque uberem eſſe intelleximus, ut compluſcula adhuc ſupereſſent vocabula, parùm nobis explorata perſpectáque, at in nullas tamen tantas difficultates incurrimus, quæ à propoſito ſuſceptóque conſilio animos noſtros avertere poſſent. Jam indè à principio hujus Inſtituti, duo potiſſimum ſcripta, Verſio Sacra, & Moſis Chorenenſis Hiſtoria, digna nobis videbantur, quæ in publicam lucem proferrentur; quos utroſque libros rectè laudat Cl. Schröderus, ſed hunc ornatè copioſéque, illum parciùs, quod contrà factum mallemus. Quoniam autem Libros Sacros Armeniacos ex Codicibus MSS parùm fideliter editos fuiſſe ſuſpicati ſumus, illud operis in aliud tempus differre, atque interea Moſem Chorenenſem Armeniacè Latinéque divulgare placuit. Verumenimvero

[a] Romæ, 1714. Fol.

vero illud huic rei impedimentum intulit, quòd Typis Armeniacis Inſula hæc literatiſſima carebat; & tamen nimis jejunum, miniméque noſtris conſiliis conſentaneum videbatur, Verſionem Latinam ſolitariam edere; maximè quia veri quidem ſimillimum erat fore, ut omnes omnino ad has literas promovendas conatus propè comprimerentur, ſi Armeniaca excudere nequaquam licuiſſet. Sed quum hoc quoque impedimentum, beneficio ac liberalitate Amicorum, feliciſſimè tandem ſuperâſſemus, reliquum curriculum conficere perreximus, & nunc demùm, quaſi decurſo ſpatio, Moſem Chorenenſem Eruditorum cogitationibus candidè ſubjicimus.

Sed ſatìs de noſtris ſtudiis, & fortaſſe plus quàm ſatìs dictum eſt, quum in eo ferè genere magìs offendat nimium quàm parum; atque idcirco hanc narrationem maluiſſemus contrahere, niſi quòd nec planè inutilis, & legentium pleriſque aliquantùm grata ac jucunda fore videbatur.

Jam verò ad literas ipſas Armeniacas tranſeamus, ac primùm omnium videamus, ecquæ ſit Armeniacæ linguæ antiquitas. Ipſi profectò Armenii originem ejus ab ipſâ linguarum confuſione Babylonicâ repetere, atque ab Haïco, maximo eorum Progenitore, *Haïcanam* appellare ſolent; quam quidem opinionem nec affirmare nec refellere in animo eſt, quum nobis primordia ejus aliunde parùm explorata ſint. Nullum ſanè extat Monimentum, Armeniacâ linguâ conſcriptum, quantùm adhuc cognoſcere potuimus, quod ſæculum à Chriſto quartum vetuſtate antecedit; & tamen linguam Haïcanam longè ante ea tempora in hominum uſu & vulgato ſermone fuiſſe, etiamſi Armeniorum auctoritatem abjicere velimus, Teſtimonia veterum ſcriptorum oſtendunt.

Josephus [a], de Noachi ex arcâ egreſſu agens, hæc ſcribit. Αποβατηριον μεντοι τον τοπον τουτον Αρμενιοι καλουσιν. *Hunc autem locum Armenii exſcenſionis locum appellant.* Jam verò non longè à campo Araratenſi ſita eſt urbs Armeniæ celeberrima, quam Armenii uno ore vetuſtiſſimum mundi oppidum eſſe tradunt, ut ſtatim poſt Diluvium à Noacho conditum, nomine Նախիջեւան, *Nachidſhevan*, quod vocabulum Armeniacum *primum deſcenſionis locum* ſonat; adeò ut vix dubium eſſe poſſit, quin tùm hæc ipſa urbs ab Joſepho deſignaretur, tum etiam Lingua ipſa Haïcana iis temporibus ſatìs nota atque uſurpata eſſet.

Strabo [b] Tigrim flumen Medorum ſermone *Sagittam* declarare refert, Μηδων Τιγριν καλουντων το τοξευμα.

In eandem ſententiam Plinius [c], *A celeritate Tigris incipit vocari. Ita appellant Medi Sagittam.* Quintus Curtius [d] à linguâ Perſicâ hanc vocem deductam tradit; *à celeritate quâ defluit, Tigri nomen eſt inditum, quia Perſicâ Linguâ Tigrim Sagittam appellant.* At Marcus Terentius Varro [e],

Roma-

[a] Antiq. I. 3. [b] L. XI. p. 529. [c] L. VI. c. 27. [d] L. IV. c. 9. [e] De Ling. Latin. IV. 20.

Romanorum doctiſſimus, atque antiquitatis Inveſtigator diligentiſſimus, Armeniacum vocabulum eſſe ſcribit. *Tigris —— vocabulum è Linguâ Armeniâ. Nam ibi & Sagitta, & quod vehementiſſimum flumen, dicitur Tigris.* Quum autem ab Armeniaco, Perſico, atque etiam Medico ſermone vox hæc variè deducatur, ei linguæ adſcribendam cenſemus, cui meliùs congruere videbitur. Atqui Medi proprium ſibi ſermonem non videntur habuiſſe, ſed aut veteri Perſicâ linguâ, aut Armeniacâ uſi eſſe. Jam verò vox Perſica تير *Tir*, ut Cl. Relandus[a] monet, *Sagittam* ſonat, nec multùm à *Tigride* recedit. At Cl. La-Crozius, vir eruditiſſimus, nobíſque amiciſſimus, ab Linguâ Haïcanâ derivare mavult, quum ibi Տէգ *Teg*, Gen. Տիգի *Tigi*, *haſtam & jaculum* notet. Utcunque ea res erit, illud hinc veriſimile fit, Linguam Armeniacam Varronis ætate uſurpatam eſſe, & quidem à Perſico ſermone diverſam; quum Varro, ni ita fuiſſet, de Perſicâ potiùs linguâ, quæ appellatio multò notior atque illuſtrior erat, mentionem facturus fuiſſe videatur; atque illud præterea ex his teſtimoniis colligere licet, Armeniorum, Perſarum ac Medorum linguas apud veteres ſcriptores non ſemper inter ſe accuratè diſtingui; cujus rei alia etiam exempla non alienum erit in medium proferre, quæ hanc ſententiam confirment, atque antiquitatem Linguæ Haïcanæ quodammodo comprobent.

HERODOTUS[b] inter Scytharum Arma *Sagarim* recenſet. Τοξα δε επιχωρια, και εγχειριδια, προς δε και αξινας και Σαγαρεις ειχον. *Arcus autem gentiles, & pugiones, ac præterea aſcias ſecuréſque geſtabant.* Ab Scythis Telum hoc ad Perſas deveniſſe videtur, qui Scytharum progenies erant, eóque in præliis vulgò utebantur. Ita Xenophon[c] Ανδρα δε συλλαβων ἡκεν αγων, εχοντα τοξον Περσικον, και Φαρετραν, και Σαγαριν, οιανπερ αἱ Αμαζονες εχουσιν. *Hominem verò captum ſecum adduxit, qui arcum Perſicum gerebat & Pharetram & ſecurim, quali Amazones utuntur.* Itidémque Strabo[d] de Perſis ſcribens; Παρα δε τας Φαρετρας Σαγαρεις εχουσι και κοπιδας. *Præter Pharetras ſecures geſtant & gladios falcatos.* Jam verò quæ Cl. Relandus de hac voce ex ſermone Perſico ſcribit, parùm nobis ſatisfaciunt, quam tamen in Armeniacâ Lingua conſervatam fuiſſe arbitramur; quum ibi vocabulum Սակր *Sacr*, ab ipſo Chorenenſi plus ſemel uſurpatum, *ſecurim* notet.

IDEM ferè de voce *Paradiſo* obſervare licet, quam ex Perſide in Græciam migrâſſe ſcriptores veteres tradunt. Sic Xenophon[e] de Perſarum rege ſcribit; Επιμελειται τουτων, ὁπως κηποι τε εσονται, οἱ Παραδεισοι καλουμενοι. *Studioſe dat operam, ut Horti ſint, qui Paradiſi appellantur.* Etymologus Græcus ineditus à Cl. Relando in Diſſertatione de veteri linguâ Perſicâ lauda-

[a] In Diſſert. Miſcellan. Nº VIII. [b] L. VII. §. 64. [c] De Exped. Cyri, L. IV. p. 328. [d] L. XV. p. 734. [e] In Oeconomic. p. 829.

laudatus; *Οι μεν λεγουσι Μηδικην την λεξιν. Nonnulli dicunt vocem eſſe Medicam.* Atqui hujus vocis origo vix commodiùs aliunde duci poteſt, ut Cl. Schröderus [a] notavit, quàm ab Armeniis, apud quos vocabulum Պարտէզ *Partez*, *Hortum* ſonans, indè uſque à vetuſtiſſimis temporibus in vulgari uſu fuiſſe videtur. Nec verò cauſa ulla apparet, cur putemus vocem Armeniacam à Græco fonte derivari, quum Interpretes Armenii in Sacri Codicis verſione Κηπον per Պարտէզ *Partez*, Παραδεισον verò per Դրախտ *Dracht* tranſtulerint, ut qui hortum Paradiſi non communi ſed proprio ſuo vocabulo deſignare maluerint.

Αρταδες οι δικαιοι υπο Μαγων. *Juſti à Magis appellantur Artades.* Ita Heſychius de hâc voce in ſuo Lexico ſcribit. Relandus, in Diſſertatione jam ſæpiùs laudatâ, legendum putat *Μαρταδες*, quia Perſæ *Virum juſtum* مرد داد *Mard dad*, *Virum Juſtitiæ* appellant. Schröderus [b] autem corrigendum potiùs eſſe Αρδαρες exiſtimat; quum ab Armeniis *Juſtus* nominetur Արդար *Ardar*; quæ emendatio ob eam certè cauſam verior habenda eſt, quòd ordo ſeriéſque vocum in Lexici cujuſvis ſtructurâ ferè prohibet, quò minùs mendum aliquod in primam vocabuli literam irrepere poſſit.

Aliud præterea exemplum apud eundem ſcriptorem occurrit. *Αρξιφος, αετος παρα Περσαις. Arxiphos, Aquila apud Perſas.* Ita Heſychius. Atqui nihil ſimile ex Linguâ Perſicâ exſculpi poteſt, quum tamen Արծուի *Ardzovi*, ſive, ut interdum ſcribitur, Արծիւ *Ardziv* apud Armenios *Aquilam* declaret; quem ſonum Linguæ Græcæ conſuetudo atque ingenium in vocem ipſam Αρξιφος mutaret.

Plura exempla, quæ in promptu erant, prætermittimus, quia non libet hujuſmodi obſervationibus diutiùs immorari, quæ ex conjecturis plerumque incertis pendent, ultra quas in hac re vix licet progredi, eò maximè quòd voces peregrinas Librarii mendoſiſſimè depravare conſueverunt.

Cæterum Linguæ Armeniacæ Antiquitas indè etiam comprobari poteſt, quòd ab ullâ aliâ recenti linguâ nullo modo profluxiſſe videtur, quæ quidem res quò certiùs dijudicari poſſit, origines linguarum vetuſtiſſimas paulò altiùs repetere oportebit. Tradunt Sacræ Literæ [c] *univerſum terrarum orbem eodem Sermone uſum eſſe*, quum Turris Babylonica ædificari cœpta eſt; neque à ſimilitudine veri abeſt, eundem ipſum ſermonem, propter diuturnas hominum vitas, ab Adamo uſque ad Noachum in vulgari uſu fuiſſe; verumenimvero hanc ipſam primævam linguam perveſtigare, arduum ſanè ac difficile eſt, propterea quia Sacra Hiſtoria nuſquam eam certo nomine aut manifeſtis ſignis notavit. At plerique tamen viri eruditi, multis argumentis permoti, Hebraïcam linguam fuiſſe conſentiunt, quam

[a] In Theſaur. ſive Grammat. Armen. Diſſertat. p. 56. [b] Ibid. p. 57. [c] Gen. XI. 1—10.

quam Summus Ille ac Præpotens Deus ob impiam hominum arrogantiam eâ tempeſtate confudiſſe traditur. *Linguam Hebræam*, ut Hieronymus [a] ſcribit, *quâ vetus Teſtamentum ſcriptum eſt, eſſe initium oris & communis eloquii, univerſa credidit Antiquitas.* Hæc autem linguarum confuſio tanta certè fuiſſe dicitur, ut alii alios intelligere nequirent, ſed pro diverſitate linguarum in diverſas terras diſcedere cogerentur; atque idcirco ab hoc fonte Vetuſtiſſimæ quæque Linguæ origines ſuas traxiſſe videntur, quæ, conſequentibus ac poſteris temporibus, permultis ex cauſis mirificè mutatæ permiſtæque iſtas penè infinitas linguarum varietates peperêre, quæ jam in ore & ſermone hominum vigent. Non neſcii ſumus viros doctos nonnullos communi quâdam complurium linguarum cognatione in eam opinionem adductos fuiſſe, ut cunctas ferè linguas ab Hebraïco Sermone derivari crederent; ſed hæc ſententia cùm aliis argumentis, tùm verò ipſâ Sacræ Hiſtoriæ narratione refutari poſſe videtur. Neque enim ibi vox שפה *Shipah*, *Labii* notionem ſubjectam habens, tantummodo de eâ re uſurpatur, cujus interpretationem non ita certam eſſe contendunt [b], ſed etiam vocabulum לשון *Laſhon* [c], *Linguam* notans, quod nullam omnino ſignificationis ambiguitatem habet. Quid, quod Linguam Ægyptiacam, temporibus Joſephi, [d] ab Sermone Hebraïco planè diverſam fuiſſe liquet; quæ quidem tanta diſcrepantia inter gentes tam finitimas, tam brevi tempore interjecto, nequaquam oriri potuiſſe videtur, niſi Novæ Linguæ jam antea Divino Numine effectæ fuiſſent. Sanè apparent in pleriſque linguis veſtigia quædam Sermonis Hebraïci, quæ utique primævam ejus Antiquitatem indicant; atque aliæ Linguæ nonnullæ, id quod de Chaldaïcâ & Syriacâ conſtat, tantulùm modò indè recedunt, ut quaſi rivi à fonte Hebraïco deducti videantur. Quòd ſi Linguam Græcam perſpicere atque ejus originem inveſtigare libuerit, tanta profectò diſſimilitudo reperietur, ut ab alio capite arceſſi debeat; quum tàm materia, quàm forma ejus linguæ, perpaucis vocibus exceptis, ab Hebraïco Sermone longiſſimè abhorreant. Jam verò ex priſcis literarum monimentis, quæ ad hanc memoriam extant, planè conſtat, Linguam Græcam eſſe perantiquam; at, ſi hujuſmodi teſtimonia non ſuppeterent, tamen ex eo ipſo, quòd primordia ejus in nullâ aliâ, ne vetuſtiſſimâ quidem linguâ, comparebant, ſatìs certò colligi potuit, originem ejus, aliunde ductam, ab ultimâ antiquitate repetendam eſſe.

Adhuc quæ dicta ſunt, eò pertinent, ut oſtendant, quò quæque lingua ab alio ullo capite longiùs recedit, eò propriùs à fonte linguarum Babylonico abeſſe. Quamobrem, quoniam Sermo Haïcanus, æquè atque Græcus, ex nullâ aliâ linguâ, quantùm ex omni ætatum memoriâ apparet,

[a] In Epiſt. 144. [b] Vide Clericum in Gen. xi. 1—10. [c] Gen. X. 5, 20. [d] Gen. xlii. 23.

paret, emanavit; non eſt dubium, quin priſca ejus vetuſtas indè etiam valdè confirmetur. Etenim in linguarum cognatione inveſtigandâ, [a] de duabus præcipuè rebus cogitandum eſt, ut tum Materiam, tum etiam Formam earum, ſi ita loqui licet, exploremus; quæ res, ſi ambæ concurrunt, indicia certiſſima communis originis præbere videntur. Quòd ad formam linguarum attinet, præcipuæ quædam atque inſignes notæ apparent, quibus Linguæ antiquæ Poſterorum Japhethi, rejectis, ſicut par eſt, mutationibus recentioribus ex promiſcuâ confuſione ortis, à cæteris linguis ſecerni plerumque atque internoſci poſſunt; quippe quum eæ linguæ, contrà quàm in Hebraïcâ, Arabicâ reliquíſque Orientalibus obſervare licet, non literis præfixis, jam enim cum Grammaticis loqui oportebit, ſed varietate terminationum nomina declinent; nec multiplices verborum pro diverſis ſignificationibus flexiones habeant; nec in verborum perſonis, ad differentiam Generis indicandam, terminationes immutent; nec literas ſerviles ab ipsâ radice tam accuratè diſtinguant; nec ſimplicibus ſolùm verbis ſed etiam compoſitis liberiùs utantur; nec denique in adjectivorum comparatione à terminationum diverſitate abhorreant. Atque has quidem ſex notas Lingua Armeniorum, qui certè ab Japhetho oriundi ſunt, multò maximâ ex parte integras conſervavit; niſi quòd nonnullis in rebus tam orientalem, quàm alteram formam ſequitur; id quod etiam de Linguâ Perſicâ notandum eſt, quæ utique ob eam cauſam, quanquam in mediâ ferè Aſiâ ſedem habet, ſub Japhethi Ditionem ſubjungi debet. De Materiâ autem Sermonis, illud diligenter videndum eſt, ne ex vocabulis rarioribus recentioribúſve de origine ejus atque antiquitate argumenta ducantur; ſed ut priſcæ, ſimplices ac pervulgatæ voces ad eam rem dijudicandam adhibeantur. Quod ſi Linguæ Haïcanæ naturam hoc in genere perſpicere libet, tanta eſt ejus copia atque ubertas, ſibi maximam partem propria, non ab aliis gentibus adſcita, quantùm ex ſtudiis noſtris cognoſcere potuimus, ut à vetuſtiſſimis temporibus primordia ſua cepiſſe videatur.

Quicquid verò de antiquitate ejus ſtatuetur, illud multò certius eſt, quod ipſi etiam Armenii fatentur, Linguam Haïcanam uſque ad quartum à Chriſto nato ſæculum propriis ſuis literarum formis caruiſſe. Ante ea tempora Armenii vel Perſarum, vel Græcorum, vel etiam Syrorum literis uſi ſunt, ſed quum Chriſti religio apud eas cœpit efflореſcere, & Sacroſancti Libri, Armeniacè converſi, ad popularem uſum accommodari debebant, conſentaneum erat, ut ſtata ſolemníſque ſcribendi ratio omni Armeniâ percrebeſceret. Id tandem perfecit Meſrobes, Scriba regius, à Summo Numine, ut Armenii [b] tradunt, in eâ re admirabiliter profectò adjutus,

[a] Confer Diſſertat. Var. apud Orat. Dominic. Polyglot. à *Chamberlaynio & Wilkinſio* editam. Amſt. 1715. 4to. [b] Moſ. Chorenen. pag. 298.

tus, quorum tamen auctoritas vix tanta eſt ut ejus miraculi fidem faciat. Nec enim elementa Armeniaca è cœlo delapſa, ſed ad literarum Græcarum normam conformata videntur. Ex eo autem, quòd Notæ literarum tam ſerò in Armeniam immigrârunt, cauſa ſatís juſta apparet, quamobrem nulla Haïcanæ Linguæ monimenta ſuperſint, quæ eorum temporum vetuſtatem antecedunt, quippe quum Librarii priſcos commentarios in novam Scriptionis formam tranſducere nec facilè potuiſſe, nec profectò voluiſſe videantur.

Atque equidem, ut non præclarius ſic nec antiquius extat, quantùm opinamur, Haïcanum opus, quàm Verſio Sacrorum Librorum Armeniaca; jam enim à linguâ literíſque ad libros Armeniorum Præfatio noſtra delabi cupit. Poſtquam enim Meſrobes Haïcanæ ſcriptionis lineamenta effinxerat, ſtatim ipſe ac diſcipuli ejus operam ſuam diligentiámque in Sacris Literis Armeniacè convertendis poſuerunt; id quod factum fuiſſe videtur anno circiter quadringenteſimo decimo, quàm Chriſtus natus erat, quo ferè tempore Theodoſius minor Arcadium Imperatorem excepit, ut Chorenenſis[a] ſcriptum reliquit; cujus quidem teſtimonium non ſolùm communibus Armeniorum ſuffragiis comprobatur, ſed etiam ſingulari ipſius Verſionis dignitate valdè affirmatur; quæ una cæteras Verſiones omnes, & auctoritatis pondere & utilitatis ubertate, videtur ſuperare, ſuámque antiquitatem certiſſimis ſignis luculenter declarare; quâ de re eò fidentius aſſeverare licet, quòd non tam noſtrâ opinione nitimur, quàm Cl. *La-Crozii*[b] judicio ſtamus, qui utique, propter eximiam plurimarum linguarum

[a] *Moſ. Choren. p. 299.*

[b] *In Epiſtolâ ad Cl.* L' Enfantium *Gallicè ſcriptâ, quam dignam planè cenſemus, quæ in hanc notam conjiciatur.*

La Verſion Armenienne eſt, ſelon moi, La Reine de toutes les Verſions du Nouveau Teſtament. L'avantage qu'a cette Langue de pouvoir exprimer mot à mot les termes de l' Original ne lui eſt commun avec aucune autre. Vous ſavez quel eſt le génie de la Langue Syriaque; l'Egyptienne s'éloigne encore beaucoup plus du Grec, auquel on a ſouvent de la peine à s'appercevoir qu'elle ait aucun rapport dans la Verſion du Nouveau Teſtament. Rien n'eſt plus équitable que le jugement qu'a porté feu Mr. *Picques* touchant la Verſion Armenienne. L'Antiquité de la Verſion Armenienne eſt indubitable. Les *Hiſtoriens* de cette Nation la rapportent au commencement du cinquième ſiècle, & leur autorité, que n'eſt point à mépriſer, eſt trés conforme à ce qu'on peut obſerver en comparant cette Verſion avec les plus anciens Exemplaires Grecs, qui nous reſtent. D'une infinité d'exemples que je pourrois rapporter, je n'en choiſirai que deux, qui me paroiſſent dignes d'être remarquez. Vous ſavez ce que le P. Lami á obſervé dans ſon Harmonie ſur le 4 Verſet du Chap. V. de St. Jean. Ce Verſet, qui n' eſt point rapporté par *Nonnus* dans ſa Paraphraſe, & qui manque en pluſieurs Manuſcrits, ne ſe trouve point non plus dans l'Armenien. Je parle icy de l'Armenien Manuſcrit, car l' Evêque Armenien *Uſcan* l'a fourré dans les Editions Armeniennes de Hollande, après l'avoir traduit ſur le Latin de la Vulgate. Au Chapitre xxvii de St. Matthieu l' Auteur de la Verſion Armenienne a lû les verſets 16 & 17, comme je vais les décrire. 16. *Ειχον δε τοτε δεσμιον επισημον λεγομενον Ιησουν Βαρραβαν. 17. Συνηγμενων δε αυτων, ειπεν αυτοις ὁ Πιλατος. Τινα θελετε απολυσω ὑμιν; Ιησουν Βαρραβαν, η Ιησουν, τον λεγομενον Χριστον;* Cette Leçon qui paroît étrange, eſt fort ancienne, et de toutes les Verſions il n'y a que l'Armenienne, que l'ait conſervée. Je l'aurois même priſe pour une

b

rum ſcientiam, Æſtimator harum rerum juſtiſſimus, non dubitat Verſionem Armeniacam, honoris causâ, *Reginam omnium Verſionum* appellare. Secuti ſunt autem Armenii in Fœderis Antiqui libris Verſionem Græcam Septuaginta Interpretum, eorúmque veſtigiis adeò preſsè inſtiterunt, quum verbum ferè verbo reddiderint, id quod in Novo etiam Fœdere de Græcis itidem expreſſo factum eſt, ut Gregorii [a] Syri teſtimonio neutiquam fidem tribuere poſſimus, *qui Sacros Libros Armeniacos primò quidem ex Græcis verſos fuiſſe tradit, at poſtea tamen ex Syriacis ita emendatos, ut per omnia inter ſe congruerent.* Nec verò diligenter tantùm, ſed peritè etiam ſcientérque Armenii Interpretes ſuo officio functi ſunt; ut non modò fidam atque accuratam, verùm elegantem quoque ac venuſtam Verſionem confeciſſe videantur; quæ res eò factu facilior erat, quòd Lingua ipſa Haïcana ad Græci Sermonis conſuetudinem quam proximè accedit; quæ linguarum convenientia ſingularem eam excellentiam in Verſionem Armeni-

acam

une erreur groſſiere du Traducteur, ſi je ne l'avois pas découverte dans les Homélies d' Origene ſur St. Matthieu. Voici le paſſage, Homil. XXXV. Fol. 86. de l'Edit. de Paris. 1512. Le Grec de cette Homélie eſt perdu. *Quem vultis dimittam vobis, Jeſum Barrabam, an Jeſum, qui dicitur Chriſtus? — In multis exemplaribus non continetur, quod Barrabas etiam Jeſus dicebatur; & forſitan rectè, ut nè nomen Jeſu conveniat alicui iniquorum.* Un Critique déciſif pourroit peut être s'imaginer ici, que le raiſonnement d' Origene a entiérement éclipsé l' Ancienne Leçon.

Ces deux Exemples ſuffiront pour le préſent. Je parle au long de la Verſion Armenienne dans la Preface de mon Dictionaire [MS] de cette Langue. Cette Verſion n'eſt pas aſſez connuë. Elle eſt en toutes choſes préferable à la Syriaque, qui, comme il paroît par divers témoignages, entre autres par celui de Gregoire Abulpharage, a été ſouvent retouchée ſur le Texte Grec; au lieu que l'éloignement, qu'ont eu les Armeniens pour les Grecs depuis le Concile de *Chalcedoine*, a tellement interrompu le Commerce de ces deux Nations qu'on ne peut ſoupçonner ici rien de ſemblable. Ce raiſonnement peut paroître vague, & je me ſerois paſſé de le rapporter, ſi j'avois crû pouvoir vous faire ſentir comme à moi-même la beauté, la dignité, & l'énergie, ſans parler de l'Antiquité, de la Verſion Armenienne. Pour ſe mettre au fait ſur cela, il faut apprendre cette Langue, qui n'eſt pas moins utile pour le Grec de l'Ancien Teſtament, qui pour celui du Nouveau. On peut rétablir le Texte des Septante en une infinité d'endroits par les moyens de cette Verſion.

J'ai marqué à la marge de mon Exemplaire de l'Hiſtoire Critique de feu Mr. *Simon* une partie des fautes, qu'il a faites en parlant de l'Edition Armenienne de l'Ecriture Sainte, procurée à Amſterdam par l' Evêque *Uſcan*. Ce Prelat etoit attaché à l'Egliſe Romaine, comme toutes ſes Prefaces en font foi. Il ſavoit un peu de Latin, & n'avoit aucune gout, ni aucune critique. Il n'a à la verité rien changé ni retranché dans ſon Edition; mais lors qu'il a trouvé quelque choſe de plus dans la Vulgate, il ne s'eſt fait aucun ſcrupule de le fourrer dans ſon Edition. Il l'avoue même dans une de *ſes Prefaces, & s'en fait mal à propos honneur. Je l'ai remarqué ci deſſus par rapport au 4 Verſet du Chap. v. de St. Jean. Je ne doute point, qu'il n'ait fait la même choſe par rapport aux trois témoins dans le Chap. v. de la premiere Epitre du même St. Jean.* Le beau Manuſcrit Armenien des quatres Evangiles, que j'ai trouvé à la Bibliotheque du Roi, & que j'ai copié pour mon Uſage, m'a exactement informé de toutes les Additions dont cet Evêque Armenien a interpolé ſon Edition. A mon grand regret je n'ai aucun manuſcrit des Actes, & des Epîtres. Mr. *Simon* n'a parlé de cette Verſion Armenienne qu'à vuë de païs, à ſon ordinaire, ſur les matieres qu'il n'entendoit pas. Il me faudroit faire un Livre, ſi je voulois écrire tout ce que j'ai à dire ſur la Verſion Armenienne, pour laquelle j'ai une très-grande eſtime, & très-bien fondée.

A Berlin ce 29. Sept 1718.

Dans le Nouveau Teſtament, par Mrs. de Beauſobre & L'Enfant 2 *Tom. 4to Amſt.* 1718. *Pref. p.* 211.

[a] Walton, Polyglot. Prolegom. XIII. 15.

acam derivavit, ut de ipſis Græci Codicis verbis, quo Interpretes Haïcani uſi ſunt, perrarò dubitari poſſit. Iſte autem Verſionis Græcæ Codex videtur profectò ex Hexaplari, ut appellatur, Origenis Editione emanâſſe, quum Verſio Haïcana pleraque ea additamenta habeat, & quidem de Græcis converſa, quæ Origines, ex Theodotionis interpretatione maximam partem deprompta, Veteri Verſioni Græcæ admiſcuit. Quocirca Verſio Armeniaca pro mixtâ Editione haberi debebit, quæ nec ipſa vitiis vacat, verùm tamen non ita contaminata, quin cùm in ipſis additamentis, tùm in cæteris Sacrorum Librorum partibus, multa menda atque errata inde corrigi poſſint, quæ in reliquos Codices irrepſerunt; & quò major eſt exemplarium *Græcæ Verſionis penuria*, eò pluris Verſio Haïcana in Veteri Fœdere recognoſcendo æſtimanda videtur; quanquam vel in Novo quidem Teſtamento, cujus tot Codices MSS ſuperſunt, emendationes nonnullas ſuppeditat, quæ aliunde hauriri nequeant.

Hanc autem Verſionem Haïcanam edidit [a] *Uſcanus*, Epiſcopus Armenius, Homo ſanè, ut ſunt Armeniorum recentiorum literæ, non indoctus, & in labore perferendo induſtrius, ſed parùm idoneus, qui ei muneri præeſſet, ut literarum Græcarum ac politioris humanitatis expers; cujus tamen inſcitiam faciliùs condonâſſemus, niſi fidem etiam atque officium Editoris conſervare neglexiſſet. Nimirùm in priſcis literis Armeniacis mediocriter verſatus, Romani Sermonis non planè rudis, Sacros Libros Haïcanos cum Vulgatâ Latinâ Editione conferre inſtituit; quam quùm ſemper potiorem habuerit, Verſionem Veterem Armeniacam alienis maculis inquinâſſe, atque identidem interpolâſſe videtur; cujus culpæ crimen ei *La-Crozius*, auctoritate Codicis MS Berolinenſis, atrociùs infert; nos parciùs, quoad ex plurium Codicum collatione ipſa veritas clariùs elucebit. Uſus eſt autem Uſcanus exemplari MS verè regio, ut qui Codex fuerat *Haïtonis*, Minoris Armeniæ Regis, tertiodecimo Chriſti ſæculo conſcriptus, in quo quidem exemplo quum *Sapientia Siracidis* ac *Liber Eſdræ quartus* deſiderarentur, eos ipſe libros, pingui, ut aiunt, Minervâ, è Latino in Armeniacum Sermonem convertit, & cum cæteris audaciùs conjunxit.

Cæterum de Libris pleriſque iſtis, qui Apochryphi appellantur, videmur nobis non temerè ſuſpicari, ab Interpretibus Armeniis paulò recentioribus in Verſionem Haïcanam interpoſitos fuiſſe; tùm quia diſſimilis eſt Orationis Stylus, ut parùm preſſus, longiùs à Græcis recedens, ac nimis luxurioſè redundans, tùm præterea, quòd Moſes ipſe [b] Chorenenſis duos tantùm & viginti Sacros Libros à Meſrobe diſcipuliſque ejus converſos fuiſſe tradit; quem ad numerum, pro eo, ut Sacræ Literæ illis temporibus diſpertitæ ſunt, Scripta Apochrypha vix adſcribi poſſe videntur.

[a] Amſtel. 1666, 4to. [b] Moſ. Chorenen. p. 299.

dentur. Sanè digna eſt hæc Verſio, de quâ uberiùs ac fuſiùs diſputemus; at cavendum eſt, ne in tanto támque ingenti campo Præfatio noſtra nimiùm longè evagetur; quam ut in ſuum gyrum compellamus, exempla tantùm aliquot adponemus; ita excerpta ſelectáque, ut non minùs Verſionis Armeniacæ formam quodammodo exprimant, quàm ejus antiquitatem, excellentiam, atque utilitatem declarent.

GEN. I. 27.] *Και εποιησεν ὁ Θεος τον ανθρωπον εν εικονι αυτȣ, κατ' εικονα Θεȣ εποιησεν αυτον, αρσεν και θηλυ εποιησεν αυτȣς.* Ita certè in Codice Græco Armenii Interpretis ſcriptum erat; ſed voces iſtæ *εν εικονι αυτȣ* ex Theodotionis Verſione hauſtæ videntur, quum in nullis Græcis Codicibus compareant, etiamſi apud *Hebræam*, *Samaritanam*, *Syriacam*, *Arabicam* atque etiam *Vulgatam Latinam Editionem* occurrant. Quoniam autem Verſionem Haïcanam ad Latinæ Editionis normam ab Uſcano aliquantulùm accommodatam fuiſſe ſupra notavimus, illud certè de hoc loco ſuſpicaremur, niſi contraria quædam indicia extarent, de quibus is demum rectè judicare poterit, qui Linguam Haïcanam, ipsúmque Uſcani ingenium probè perſpexerit.

JUDIC. III. 31.] *Και μετ' αυτον ανεςη Σαμαγαρ ὑιος Αναθ, και επαταξε τȣς αλλοφυλȣς εις ἑξακοσιȣς ανδρας, εκτος μοσχων των βοων, και εσωσεν αυτος τον Ισραηλ.* Ita ſe habent Armeniaca, Græcè ad verbum reddita; namque in hoc interpretationis genere, quod nobis ad hanc rem aptiſſimum videbatur, perſeverare conſtituimus; atque ita quoque Auguſtinus [a] hunc locum legit; *Et percuſſit Alienigenas in ſexcentos viros, præter vitulos boum, & ſalvavit Iſrael.* Qui etiam tradit in Septuaginta Interpretum Verſione ſic ſcriptum fuiſſe; quum tamen omnes Græci Codices, qui ſuperſunt, inter ſe ita diſcrepent, ut nè unus quidem ſatìs accuratè hæc verba exhibeat.

JUDIC. VII. 6.] *Και εγενετο πας ὁ αριθμος των λαψαντων, εν τῃ χειρι, και εν τῃ γλωσσῃ αυτων, τριακοσιοι ανδρες.* Ita Verſio Haïcana, quam itidem comprobat Auguſtinus. [b] *Et factus eſt numerus eorum, qui lambuerunt manu ſuâ, linguâ ſuâ, trecenti viri*; ac deinde ſubjicit, *Plerique Latini Codices non habent* manu ſuâ, *ſed tantummodò* linguâ ſuâ. *Græcus autem habet utrumque*, manu ſuâ, linguâ ſuâ. De Græcis autem Editionibus, quæ apud nos extant, Aldina ferè congruit cum Interprete Armenio, reliquæ diſſentiunt. Cæterùm Cl. *Grabius*, in Epiſtolâ ad Celeb. *Millium* ſcriptâ, de verâ ac germanâ Libri Judicum Verſione Græcâ copioſè diſputat, & Codicem Alexandrinum in eâ re Editioni Romanæ longè anteponendum eſſe oſtendit; atque ob eam cauſam, illud neutiquam præterire debemus, Verſionem Armeniacam multò ſæpiùs cum Alexandrinâ ſcriptione congruere, etſi nonnunquam ab utriſque Codicibus diſſideat.

1 REG.

[a] In Quæſt. 37. [b] Ibid.

1 Reg. XIV. 18.] Και ειπε Σαυλ τῳ Αχια, προσαγαγε το εφουδ, αυτος γαρ ηρε το εφουδ, οτι ην η κιβωτος του Θεου εν τη ημερα εκεινη ενωπιον Ισραηλ. Ita Verſio Haïcana, cæteris omnibus Codicibus plenior; an verò rectior, viderint Eruditi.

1 Reg. XXV. 1.] Και ανεστη Δαυιδ, και κατεβη εις την ερημον Μαων, και ην ανθρωπος εν τη Μαων. Sic *Armen. Vatican.* & *Aldin.* At *Edit. Complutens. Alexandrin. Hebr. Vulg. Latin. Verſ. Syriac.* & *Arabic.* in priore Verſiculi parte pro *Maon* ſubjiciunt *Pharan*, mendosè quidem, quemadmodum vel ex Sacrâ Geographiâ apparet.

2 Reg. XV. 7.] Και εγενετο απο τελους τεσσαρων ετων. Sic rectè ſcriptum eſt in Verſione Haïcanâ, ut ex ipſo temporum ordine conſtat; atque idem annorum numerus occurrit apud *Joſephum* [a], *Verſiones Syriacam Arabicámque*, atque *Editionem Vulgatam Latinam*, ſicut in pleriſque ejus Codicibus MSS [b] exhibetur, quanquam libri excuſi *annos quadraginta* numerant; quum omnes tamen Græci Codices, quod planè mirum eſt, cum Hebraïcâ Scriptione congruentes, habeant τεσσαρακοντα.

3 Reg. II. 12.] Και Σαλομων εκαθισεν επι θρονου Δαυιδ του πατρος αυτου, ετων δωδεκα. Nempe Ætas Solomonis, quando regnare exorſus eſt, apud Verſionem Armeniacam, Codicem Alexandrinum, atque Editionem Aldinam indicatur; quam prætermittunt *Vatican. Complut. Hebr. Vulg. Syr.* & *Arab.*

4 Reg. XVI. 2.] Υιος εικοσι ετων ην Αχαζ εν τῳ βασιλευειν αυτον. In hoc loco conſentiunt de numero annorum omnes omninò Codices Verſionéſque, præter Armeniacam, quæ rectiùs habet εικοσι πεντε. Etenim, quum Achazus non plùs annis decem & ſex imperaret, & filius ejus Hezechias anno *ætatis vigeſimo quinto* Patrem exciperet, de quibus numeris nulla eſt Codicum diſcrepantia, certè Parens ipſe annos ampliùs viginti habuit, quo tempore regnare cœpit. Atqui apud 2 Paralipom. XXVIII. 1. Verſio ipſa Haïcana, pariter atque *Hebr. Alex. Cant. Complut.* & *Vulg. viginti* ſolùm annos numerat, ubi contrà *Vat. Ald. Syr.* & *Arab.* Annos *viginti quinque* Achazo adſcribunt.

4 Reg. XXV. 1.] Και εγενετο εν τῳ ετει τῳ ενατῳ της βασιλειας αυτου, εν τῳ μηνι τῳ δεκατῳ. δεκατη του μηνος. Ita quidem ex Interprete Armenio Græcos Codices emendare licet, qui omnes in hoc loco vel depravati vel mutilati videntur.

1 Paralip. VI. 28.] Υιοι Σαμουηλ, ὁ πρωτοτοκος Σανι, και Αβια. Ita *Vat. Alex. Hebr.* & *Vulg.* At *Armen. Ald. Complut. Syr.* & *Arab.* rectiùs ſcribunt, Υιοι Σαμουηλ, ὁ πρωτοτοκος αυτου, Ιωηλ, και ὁ δευτερος, Αβια. Confer 1 Reg. VIII. 2.

2 Paral.

[a] Antiq. VII. 9. [b] Vide *Lucæ Brugenſis* Notationes in hunc locum.

2 Paralip. XIII. 2.] Και ονομα τη μητρι αυτȣ Μααχα, θυγατηρ Ουριηλ απο Γαβαων. Sic ferè cuncti Codices Verſioneſque, extra Armeniacam, quæ θυγατηρ Αβεσσαλωμ habet; magìs quidem ad veritatem, ni fallimur, accommodaté. Confer 2 Paralip. XI. 20.

Psalm. LXVII. 18.] Αναβας εις ὑψος, ηχμαλωτευσεν αιχμαλωσιαν, ελαβε τα σκυλα, διεμερισε δοματα, και εδωκεν τοις υἱοις των ανθρωπων. Και γαρ απειθȣντες κατασκηνωσȣσιν εν αυτω. Sic Verſio Haïcana ſcribit, à cæteris omnibus Codicibus diſſentiens, qui etiam inter ſe de hoc loco diſcrepant. Conſulas, ſi placet, Epheſ. IV. 8. Juſt. Martyr. Dialog. cùm Tryph. p. 258, 315.

Esai. Prophet. VII. 14.] Και καλεσεις το ονομα αυτȣ Εμμανȣηλ. Ita habent omnes Codices Græci, ſed Interpres Armenius ita reddidit, quaſi in ſuo Codice ſcriptum eſſet καλεσȣσι, quam ſcriptionem comprobat Sanctus Matthæus, I. 23.

Esai. XLI. 29.] Εισι γαρ οἱ ποιȣντες ὑμας, και ματην οἱ πλανωντες ὑμας. Ita *Complut.* *Ald.* *Vat.* & *Alex.* At Verſio Armeniaca plenior eſt atque accuratior; Κενοι γαρ εισι, οἱ ποιȣντες ὑμας, και ματην οἱ πλασσοντες ὑμας; quæ quidem emendatio, quod ad vocem πλασσοντες attinet, confirmatur præterea ex Codice MS Rupeſucaldino atque etiam Bodleiano, ac duobus denique Regiis Anglicanis, ita ut Cl. Grabius monet[a].

Jerem. XV. 10.] Ουκ ωφελησα, ȣδε ωφελησε με ȣδεις. *Non profui, nec profuit mihi quiſquam.* Ita ſcribitur in omnibus Græcis exemplaribus. At verò Interpres Haïcanus hæc certè verba in ſuo Codice legit; ȣκ ωφειλησα, ȣδε ωφειλησε με ȣδεις. *Non debui, nec debuit mihi quiſquam*; ita utì Origenes [b] locum hunc adducit, ſtatim ſubjiciens, Ει και ανεγνωμεν ȣτως, αλλα και δει ειδεναι, ὁτι τα πλειονα των αντιγραφων της εκδοσεως των ἑβδομηκοντα ȣκ εχει ȣτως. Ὑστερον δε επισκεψαμενοι και τας λοιπας εκδοσεις, εγνωμεν γραφικον ειναι ἁμαρτημα. *Quanquam ſic legimus, ſciendum tamen eſt, pleraque Septuaginta Interpretum exemplaria non ſic habere. Poſt autem reliquas quoque Editiones inſpicientes, mendum ſcripturæ eſſe cognovimus.* Et de eâdem re alibi; [c] Διττη γαρ εστιν ἡ γραφη, εν μεν γαρ τοις πλειστοις αντιγραφοις· Ουκ ωφελησα, ȣδε ωφελησε με ȣδεις· εν δε τοις ακριβεστατοις και συμφωνȣσι τοις Εβραϊκοις· Ουκ ωφειλησα, ȣδε ωφειλησε με ȣδεις. *Quippe duplex Scriptio eſt; nam in plurimis exemplaribus ſcribitur,* non profui, nec profuit mihi quiſquam; *ſed in accuratioribus atque Hebraïco Codici conſentaneis;* Non debui, nec debuit mihi quiſquam.

Jerem. XVI. 18.] Και ανταποδωσω πρωτον διπλας τας αδικιας αυτων. Sic ſe habet Verſio Armeniaca, cui congruit Codex Græcus Bibliothecæ Regiæ An-

[a] In Diſſertat. de variis vitiis Verſionis Græcæ, p. 55. [b] Homil. XV. in Jerem. p. 148. [c] Homil. XIV. in Jerem. p. 133.

Anglicanæ, [a] quanquam Cæteri omnes vocem πρωτον omittunt. Hunc itidem locum Origines notat, atque hoc vocabulum in Græcis Septuaginta Interpretum Editionibus ſuâ ætate deſideratum fuiſſe ſcribit.

JEREM. XLVI. I. Gr. XXVI. I.] Επι Αιγυπ]ον. Ὁ λογος ὁ γενομενος παρα Κυριȣ προς Ιερεμιαν τον προφητην επι παντα τα εθνη της Αιγυπ]ȣ, επι δυναμιν Φαραω Νεχαω βασιλεως Αιγυπ]ȣ. Ita Verſio Haïcana, cæteris Editionibus paulò uberior. Satìs autem notum eſt, quantoperè ab Hebraïco Codice in Jeremiæ libris Septuaginta Interpretum Editio jam olim diſcrepârit; atque ob eam rem non alienum eſt inſtitutis noſtris legentes monere, Verſionem Armeniacàm, cùm ordinem Hebraïcum ſequi, tùm etiam eas partes habere, quibus Codices Græci plerique carent, eis Græcis additamentis conſentaneas, quæ Cl. *Grabius* ex Codice Regio Anglicano in Editionem Alexandrinam interpoſuit.

DAN. I. 5.] Editio Armeniaca hoc in loco *tres menſes* habet, contrà atque reliquæ omnes, quæ *tres annos* ſcribunt. Quum verò voces Armeniacæ, *annum* & *menſem* declarantes, tam parùm inter ſe diſſonæ ſint, ut facilè librarios fallere potuerint, hæc notatio à nobis certè prætermiſſa fuiſſet, niſi Hieronymus [b] de hac re dubitationem injeciſſet, quam vix ſuſtuliſſe videtur.

DAN. XII. 11, 12.] Verſio Armeniaca utrobique dies 1335 numerat, quanquam in priore loco Cæteri omnes Codices Verſionéſque 1290 dies habent.

HOS. XI. 1.] Ὁτι νηπιος Ισραηλ, και εγω ηγαπησα αυτον, και εξ Αιγυπ]ȣ μετεκαλεσα τον ὑιον μȣ. Sic ſe habet Verſio Haïcana, quam Sanctus Matthæus iterum confirmat, II. 16; etiamſi cæteri plerique Codices repugnent.

HOS. XIII. 14.] Πȣ ἡ νικη σȣ, θανα]ε; πȣ το κεντρον σȣ, ᾁδη; Ita ſanè Armenii Interpretis Codex hunc locum habuit; cui Scriptioni ſuffragantur Verſio Syriaca, Sanctúſque Paulus, 1 Cor. XV. 55. Verùm tamen in cunctis Græcis Codicibus pro νικη ſubjicitur δικη.

ABD. I. 1.] Liber Abdiæ Vatis apud Haïcanam Verſionem hoc habet exordium; Ὁρασις Αβδιȣ, ἡ εγενηθη προ της εξοδȣ εξ Ασσυριας, quæ poſterior clauſula apud alios Codices non comparet.

1 MACCAB. I. 54.] Hoc in loco omnes Codices Verſionéſque ſcribunt Simulachrum nefarium ab Antiocho poſitum eſſe die menſis *quintodecimo*; unâ exceptâ Verſione Armeniacâ, quæ illud facinus in diem menſis *vigeſimum quintum* confert, quemadmodum Joſephus item tradit. Ac verior quidem hic numerus videtur, quanquam alter non debet nimis temerè rejici. Vide 1 Maccab. I. 59. IV. 52, 54. Joſeph. Antiq. XII. 5. § 4. XII. 7. §. 6.

SAP.

[a] Vide *Grabii* Diſſertat. p. 9. [b] In Dan. II. 1.

SAP. Solom. XVII. 14.] Οἱ δε την αδυνατον οντως νυκτα, και εξ αδυνατȣ αδȣ μυχων επελθȣσαν, τον αυτον ὑπνον κοιμωμενοι. Leviculum mendum, quod in hunc locum irrepſit apud omnes Codices Græcos, ex Verſione Haïcanâ corrigere licet, ſi pro αδυνατȣ reponamus αδυτȣ; planè utì olim Cl. Grotius conjecturâ auguratus eſt.

MATTH. XIX. 17.] Ὁ δε ειπεν αυτω, τι με ερωτας περι τȣ αγαθȣ; εἱς εϛιν ὁ αγαθος, ει δε θελεις κ. τ. λ. Sic ſe habet Verſio Armeniaca in hoc loco, de quo Lectores monendi ſunt, ut Cl. *Millii* notas conſulant, nè nimis multa ab eo deſcribamus.

MATTH. XXVII. 16, 17.] Ειχον δε τοτε δεσμιον επισημον λεγομενον Ιησȣν Βαραββαν. Συνηγμενων ȣν αυτων, ειπεν αυτοις ὁ Πιλατος, τινα θελετε απο των δυο απολυσω ὑμιν, Ιησȣν Βαραββαν, η Ιησȣν τον λεγομενον Χριϛον; Ita profectò Interpres Armenius in ſuo Codice Græco legit; quæ quidem Scriptio planè ſingularis, & tamen admodùm vetuſta eſt, utpote ab ipſo Origene notata; quemadmodùm Cl. *La-Crozius* dudum indicavit, in eâ Epiſtolâ, quam ſuprà adpoſuimus.

LUC. XI. 2, 3, 4.] Πατερ ἡμων, αγιασθητω το ονομα σȣ, ελθετω ἡ βασιλεια σȣ, τον αρτον ἡμων τον επιȣσιον διδȣ ἡμιν το καθ' ἡμεραν, και αφες ἡμιν τας ἁμαρτιας ἡμων, και γαρ αυτοι αφιεμεν παντι οφειλοντι ἡμιν, και μη εισενεγκης ἡμας εις πειρασμον. Ita Interpres Haïcanus hanc Precationem exhibet, quam totam Græcè ad verbum reddere placuit, quia variantes Verſionis Armeniacæ Lectiones, quas in Evangeliis Cl. *Millii* Editio habet, tùm hîc, tùm alibi parùm accuratè indicantur. Atque cum hac quidem Scriptione Armeniacâ valdè congruit Origenes[a], quem omninò conſulere debebit, nec Millii Notationes negligere, quiſquis de hâc re certum judicium facere volet. Nec verò in hoc loco de *Uſcani* fraude ſuſpicari licet, quaſi ad Verſionem Vulgatam Armeniaca accommodâſſet, quum Codicem MS Berolinenſem haudquaquàm in hâc re ab editâ Verſione diſcrepare Cl. *La-Crozius* in ſuis ad nos literis ſcripſerit, cujus verba libet interponere. *De Verſionis Armeniacæ dignitate nihil muto. Eam pergo appellare Reginam omnium Verſionum. Quæ notâſtis de Oratione Dominicâ apud Lucam, ea planè conveniunt cùm Codice MS Armenico Bibliothecæ noſtræ Regiæ, cujus Apographum, manu meâ deſcriptum, domi meæ habeo. Multa ſingularia in eo Codice obſervavi, inter quæ eminent hæ nonnullius momenti obſervationes. Initio Evangeliorum nulla nomina leguntur neque Matthæi, neque Marci, &c. nec etiam locus iis adſcribendis relictus eſt. Evangelium Marci in hæc verba deſinit;* Եւ ոչ ումեք ինչ ասացին, զի երկնչէին, Και ȣδενι ȣδεν ειπον, εφοβȣντο γαρ. [b] *Additur tamen poſteà eâdem manu interpoſitâ lineolâ*, ——— Յարուցեալ Յիսուս առաւօտուն եւ այլքն, Αναβας δε ὁ Ιησȣς πρωι,

[a] De Orat. §. 53. [b] Marc. XVI. 8. Vide *Mill.* ad loc.

ϖρωι, κ. τ. λ. ut in editis. —— Cæterùm injuriam Armeniacæ Verſioni facient, quicunque eam collocabunt infrà Verſionem Syriacam, quæ & ipſa mihi longo uſu & aſſiduo ſtudio perſpecta eſt. Id facilè demonſtravero Syriacam Veterem Verſionem Novi Teſtamenti, quam Simplicem appellant, jampridem interiiſſe inter Syros Occidentales, è quorum Codicibus Editiones noſtræ manaverunt, nec fortè ſupereſſe, ſi quidem ſuperſit, niſi apud Syros Orientales, quos vulgò Neſtorianos vocamus, Quam Verſionem habemus hodiè, ea eſt quam è Græcis ſuæ ætatis Codicibus expreſſerunt Philoxenus Mabugenſis, & poſt eum Thomas Heracleenſis. Id certè αποδεικ]ικως demonſtrare poſſim, & demonſtrabo, modò ætas & valetudo ſuppetat. Itaque remanebit Armeniacæ noſtræ Verſioni laus ſua ſarta tecta genuinæ antiquitatis. Hæc vir ille, ingenio doctrinâque planè præcellentiſſimus, qui etiam notat verſiculum quartum Capitis quinti Evangelii Johannis Codici ſuo Armeniaco deeſſe, quamvis in Uſcani Editione compareat, de Verſione Vulgatâ Latinâ, ut *La-Crozius* putat, ab ipſo *Uſcano* Armeniacè verſus atque interpoſitus; cui tamen in hac re aſſentiri non licet, propterea quòd Armenius à Latino Interprete nimiùm recedit, ſicut ex ipsâ collatione apparet; atque idcirco magìs veriſimile ſit, Codicem Uſcani hunc locum ita exhibuiſſe, atque ipſos Codices Armeniacos inter ſe identidem diſcrepare.

JOHAN. XIX. 20.] Haud videtur ſejunctum ab re poſitâ interponere, ubi in Græcis vox Ρωμαϊςι *Latinè* occurrit, ibi Interpretem Armenium Դալմատերէն *Dalmaticè* ſubſtituiſſe; quod quidem Interpretationis genus, non ſolùm Verſionis Armeniacæ vetuſtatem quodammodo indicare, verùm etiam eorum opinionem refutare videtur, qui Verſionem Sacram Slavonicam ab ipſo Hieronymo confectam fuiſſe nimiùm temerè arbitrati ſunt; propterea quia ipſe, in Dalmatiæ quidem finibus natus, tranſlationem Sacrorum Librorum *ſuæ linguæ* hominibus ſe dediſſe ſcribit; [a] quum tamen ex aliis locis compluribus certiſſimum ſit, Hieronymum de Linguâ Latinâ loqui. Ac quemadmodum quidem aliunde conſtat Slavos temporibus Juſtiniani Imperatoris, aut non multò antè, in Dalmatiam penetrâſſe, ita ex Armenio Interprete colligi poteſt, Dalmatas, interpretis ipſius ætate, Linguâ Latinâ uſos eſſe.

ACT. Apoſt. VI. 9.] Ανεςησαν δε τινες των εκ της συναγωγης της λεγομενης ΛΙΒΕΡΤΙΝΩΝ και Κυρηναιων, και Αλεξανδρεων, και των απο Κιλικιας και Ασιας, συζητȣν]ες τῳ Στεφανῳ. De voce autem Λιϐερτινων hæc habet Cl. Millius; *Corruptum quidam ſuſpicantur ex Λιϐιςινων; inani conjecturâ; ſiquidem Libri omnes in Vulgatâ Lectione conſentiant.* At poſteà tamen Celeberrimus *Relandus*, nec eruditione nec judicio inferior, in ſuis ad Joſephum notis [b] hanc ſententiam ſequi non dubitavit. *Judæos illic* [in Libyâ Cyrenenſi] *plurimos*

[a] In Epiſt. ad Sophron. № 134. [b] Joſeph. Antiq. XVI. 6. Edit. Havercamp.

plurimos fuiſſe etiam docemur, Act. II. 10; Αιγυπτον και τα μερη της Λιβυης της κατα Κυρηνην. *Quare ſæpè junguntur Judæi, Libyes, Cyrenenſes & Alexandrini. Syncellus Chronographiæ, p.* 347, *de iis, quæ Trajano imperante contigerunt*, Ιουδαιοι κατα Λιβυην και Κυρηνην, και Αιγυπτον και Αλεξανδρειαν, Judæi, qui in Libyâ & Cyrene & Ægypto & Alexandriâ erant. *Quare quum Act.* VI. 9, *jungantur Synagogæ Judæorum* Λιβυστινων, Κυρηναιων, Αλεξανδρεων, *non dubito quin iidem intelligantur, & corrupta ſit ibi in Actis Apoſt. lectio* ----Λιβερτινων. *Notum eſt* Libyſtinus *formari à Libyâ, æquè ac Libys. Catullus Epig.* 60. — *Leæna montibus Libyſtinis.* Hæc ille, qui penè gaudio exultâſſet, ſi Verſionem Armeniacam ipſius opinioni ſuffragatam eſſe cognôſſet, quæ utique vocem Լիբէացւոց *Libyum* planè diſtinctéque exhibet.

1 CORINTH. X. 8.] *Και επεσον εν μια ἡμερα εικοσιτρεις χιλιαδες.* Sic omnes omninò Codices Verſionéſque ſcribunt, quantùm ex Cl. Millio apparet, præter Verſionem Æthiopicam, quæ *viginti duo millia* habet; quod certè vel mendoſius eſt, quippe quum apud Librum Numerorum, XXV. 9, cui loco hic verſiculus conſonare debet, Omnes Codices *viginti quatuor millia* habeant; ita utì apud Verſionem Haïcanam in hoc ipſo loco *εικοσιτεσσαρες χιλιαδες* numerantur; quam etiam comprobat Codex Græcus MS Leiceſtrenſis, in quo planè ſcriptio *εικοσιτεσσαρες* ſine ullo compendio extat, ut nos certiores fecit Amicus quidam eruditus, oculatus ejus rei teſtis, quam lectionem Cl. Millius notare neglexit.

1 JOHAN. V. 7.] Hic verſiculus, de quo viri eruditi inter ſe tantoperè litigârunt, extat quidem in Verſione Armeniacâ ab Uſcano editâ; qui ſanè cùm in rebus dubiis à ſuſpicione fraudis raro abeſt, tùm verò, quod opportunè admodùm evenit, ità hîc ſe ipſe prodidit, *ut quaſi ſorex ſuo perire debeat indicio.* Etenim Cl. *Sandius,* qui Interpretationes ſuas Paradoxas aliquantò poſt divulgavit, quàm Uſcanus Verſionem Haïcanam in lucem protulerat, ſic de hoc verſiculo ſcribit; [a] *Codex præterea Armeniacus, antè* 400 *annos exaratus, quem vidi apud Epiſcopum Eccleſiæ Armeniacæ, quæ Amſtelodami colligitur, locum illum non legit.* Jam verò ex his rerum temporibus ſatìs perſpicuum eſt, tàm ipſum Uſcanum denotari, quàm eundem ipſius Codicem regium, cujus ſuprà mentionem fecimus, à Sandio deſignari; undè illud demum ſequitur, nec Verſionem Armeniacam huic clauſulæ commentitiæ auctoritatem facere poſſe, nec hoc commentum Haïcanæ Verſioni ignominiam inurere debere.

Ex his autem *Verſionis Armeniacæ* quaſi floſculis verè videmur poſſe contendere, non quidem eſſe eam plenè cumulatéque perfectam, ſed tamen ita accuratam atque emendatam, ut complura bona excerpere liceat, ac propterea digniſſimam eſſe, quæ ad Codicum MSS fidem ſine ullâ fraude, ſeu

[a] In Append. ad Interp. Paradox. p. 376.

ſeu piâ, ſive impiâ, caſtè candidéque divulgetur, & Romano veſtitu induta, in Reipublicæ literariæ conſpectum prodeat; ad cujus operis dignitatem eximiam, maximus profectò cumulus accederet, ſi Verſiones Sacræ, *Æthiopica*, *Coptica*, atque etiam *Slavonica*, cum eo integrè conjungerentur; quod quidem inſtitutum, cujus magnum eruditos deſiderium tenet, eorum utique animos ſummopere delectaret, qui Sacras Literas amant, nec ab linguis peregrinis abhorrent. Sed hæc hactenus, ne videamur ab re poſitâ nimiùm aberrare.

Deinceps autem de *Moſe Chorenenſi* dicendum eſt, qui ſibi proximum in Armeniacis literis locum adſciſcit; cujus quidem momenta auctoritatis, quantâ maximâ poſſumus æquitate, perpendere aggredimur, non neſcii, neque immemores, quàm ſæpè uſu veniat, ut ea ferè maximis laudibus efferat, in quibus quiſque plurimùm elaboravit.

Scriptor videtur fuiſſe mediocriter tantùm doctus, & majore credulitate quàm judicio ex aliorum Commentariis Hiſtorias ſuas contexuiſſe. At quoniam Credulitas in optimi cujuſque mentem facillimè irrepere ſolet, Hominem probum, ſimplicem & ſincerum fuiſſe cenſemus, non tàm fatuum ac vecordem, ut meris nugis deluderetur, ſed non tàm acutum ac perſpicacem, qui in dubiis atque obſcuris rebus veritatem ipſam indagaret atque è latebris erueret, nedum adeò callidum & verſutum, ut fabuloſas Hiſtorias confingere & comminiſci poſſet, niſi quas ſua ipſarum diſcrepantia apertiſſimè coargueret atque refelleret. Quinto eum ſæculo vixiſſe, quam certè ætatem profitetur, nulla cauſa ſatìs juſta apparet, cur valdè negari debeat; quum id omnium Armeniorum Scriptorum, ac præſertim *Nerſis Clajenſis* teſtimonio affirmetur, neque ullis argumentis ex ipſâ *Hiſtoriâ petitis refutari poſſe videatur*; quanquam, ut verum quidem ingenuè fateamur, nonnullæ ejus locutiones ſuſpicionem nobis, ſcrupulúmque injiciunt tantum, ut dignitatem ejus non niſi verecundè dubitantérque tueri velimus. Illud profectò ingenuum in eo apparet, quòd ſemper ferè fontes indicat, ex quibus ſuas Hiſtorias hauſerit; quæ tamen res ipſa parùm ei auctoritatis ac fidei allatura videtur, propterea quia Scriptores plerique quos laudat, nobis ferè ignoti ſunt. Sanè Chorenenſis in eo magnam ſpeciem auctoritatis præ ſe ferre atque oſtentare videtur, quòd Epiſtolas regias, tanquam de Tabulis publicis depromptas, in ſuam Hiſtoriam ſæpiùs interpoſuerit; quod ideò tantùm notamus ut Doctiores attentiùs expendant. In extremo ferè libro de Concilio *Epheſino* mentio facta eſt; quod quidem habitum eſt anno, quàm Chriſtus natus erat, quadringenteſimo trigeſimo primo, neque tamen de Concilio *Chalcedonenſi* quidquam traditur, quod vigeſimo pòſt anno convocatum eſt; qui quidem Cœtus Chalcedonenſis, quum maximas in Eccleſiâ Armeniacâ turbas excitaverit,

 veri

veri nobis ſimillimum pridem videbatur, ob nullam aliam cauſam mentionem ejus prætermiſſam fuiſſe, quàm quòd Chorenenſis Hiſtoriæ ſuæ conſcribendæ jam antè finem fecerat. At verò, ratione temporum accuratiùs exploratâ, Hiſtoriarum ſeriem continuationémque ad tempora paulò poſteriora deductam eſſe planè comperimus, quemadmodum è *Regum Rationario* conſtat, quod ordinatim excerptum in extremo opere adpoſuimus. Nec verò illud quidem prætereundum eſt, Chorenenſem noſtrum Armeniacâ annorum computatione nuſquam uſum eſſe, nec quidquam omnino de eâ meminiſſe, nè quis fortè, qui ſæculo quinto eum vixiſſe pernegabit, poſt ſæculum etiam ſextum ſcripſiſſe putet. Quanquam enim cauſa in occulto latet, res ipſa prorſus certa eſt, annos Armeniorum exordium cepiſſe ab anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo ſecundo, ac deinceps in communi vulgaríque uſu fuiſſe. Ad ſummam, cùm aliorum teſtimonia, tùm ipſe etiam Hiſtoriæ contextus ſæculo eam quinto conſcriptam eſſe tàm valdè confirmant, ut nullus planè dubitationi locus relictus eſſet, niſi Moſes ipſe Chorenenſis, ſuſpiciones nonnullas, ac difficultates injeciſſet, quas quum in noſtris notationibus explicare, &, quantùm ſimplex ratio veritatis ferebat, tollere conati ſimus, nihil opus eſt plura de hac re addere, atque Eruditorum Virorum judicia quaſi per vim occupare ac præripere velle. Cæterùm complures alii extant libri Armeniaci, tàm typis expreſſi, quàm manu ſcripti, qui Literas Armeniacas ornant atque adaugent; quos tamen ſigillatim percenſere non libet, quum non noſtri muneris ſit, Bibliothecam Armeniacam perſcribere. Neutiquam verò prætereundus eſt *Nerſes Clajenſis*, cujus modò mentionem fecimus; qui utique, ſi Armenios audire velimus, Auctor locuples atque idoneus, ſæculo poſt Chriſtum natum duodecimo vixit, & *Carmen Hiſtoricum* edidit, in quo res Haïcanas ab ipſis primordiis ad ſuam uſque ætatem ſummatim perſequitur; cujus operis partes priores nihil ferè aliud complectuntur, quàm Chorenenſis Hiſtoriarum narrationem quaſi compendiariam; atque ex ejus auctoritate tantoperè pendent, ut quicquid ponderis Fides Clajenſis habitura ſit, illud ferè omne in Chorenenſem transferri debeat.

Ac quum de Literaturâ quidem Armeniacâ, pro Inſtituti noſtri ratione, ſatìs nobis dixiſſe videamur, reliquum eſt, ut ea denique perſequamur, quæ ad noſtri Officii munus in hoc opere edendo præcipuè pertinent.

De Chorenenſis auctoritate jam diximus, eámque adeò dubiam atque incertam eſſe profeſſi ſumus, ut mirum fortaſsè nonnullis videri poſſit, in eo explicando tantum nos operæ laboríſque poſuiſſe. Verumenimvero, tametſi ſæpiùs falſus eſt, non continuò pro Scriptore inutili ac rejectaneo haberi debebit. Nonnullæ quidem fabulæ traduntur, quas nos interpretari pigebat, divulgare pudet, viros intelligente judicio præditos legere tædebit.

At

At complura tamen occurrunt, notatu haud indigna, quæ, ſi cum aliorum Scriptis conferantur, non ſolùm ad Linguæ Armeniacæ cognitionem augendam, ſed etiam ad ipſam rerum veritatem eliciendam magnoperè pertinebunt; adeò ut quiſquis ex hac Hiſtoriâ fructum ullum percipi poſſe negabit, non aliter facere poſſumus, quin eum exiſtimemus, ſanè quàm gnaviter eſſe illiteratum. Quamobrem magna nos ſpes tenet, fore, ut æqui atque eruditi Lectores conſilium noſtrum neutiquam vituperent, qui Scriptorem antiquum ac Linguam vetuſtiſſimam è tenebroſis latebris eruere atque in lucem proferre elaboravimus.

Hunc autem Chorenenſem edidit *Thomas Vanandenſis*, Epiſcopus Armenius; [a] unico tantùm Codice MS uſus, ut ipſe tradit; quem nimis mendoſum fuiſſe, cùm ipſa orationis ſtructura extra modum ſæpiùs abſurda oſtendit; tùm præterea Cl. *La-Crozius* nobis per Literas ſignificavit; id quod ipſe compertum habuit, ex Codice MS Armeniaco hujus Hiſtoriæ, qui in Bibliothecâ Lipſienſi extat, quem ipſe identidem cum Editis contulerat, & varietates nonnullas excerpſerat; ſed quum poſtea Adverſaria ſua non eſſent in promptu, neque de ejus Codicis variantibus Scriptionibus aliâ ullâ ratione certiores fieri poſſemus, eo quidem adjumento carere non libentes, ſed neceſſitate quadam coacti ſumus. Illud autem incommodum Cl. *Schröderus* quodammodò lenivit, qui nobiſcum pro ſingulari ſuâ humanitate Emendationes complures communicavit, quas Thomas ipſe, Armenius Epiſcopus, poſt ſuam Chorenenſis Editionem notaverat, partim, ut videtur, conjecturâ ductus, partim alterius Codicis MS auctoritate fretus; neque enim eam rem ſatìs certò diſtinctéque reſcire potuimus. *Hæ autem varietates omnes in hac noſtrâ* Editione comparent, ita tamen *ut ab Editi Codicis Scriptione ſemper poſſint internoſci.*

Chorenensis Hiſtoriæ *Geographiam* ejuſdem Scriptoris adjunximus ex Pappi Alexandrini Commentariis expromptam, quam *Uſcanus* Epiſcopus, qui Verſionem Haïcanam edidit, in lucem primus protulit [b], de quo tamen opuſculo, ut nimiùm jejuno ac incondito, atque ab Librariis præterea mendoſiſſimè depravato, vix operæ pretium videtur plura tradere, quàm quæ in notas noſtras incluſimus.

In Armeniacis Latinè vertendis operam dedimus, ut interpretatio noſtra cùm fidelis, tum etiam perſpicua eſſet, quoad ejus fieri poſſet; quæ nec ab Armeniacâ dictione nimìs recederet, nec tamen ita aſpera atque horrida foret, ut Romanas aures valdè offenderet. Verumenimvero in eâ re perficiendâ tot tantíſque difficultatibus conflictati ſumus, quas Lectores jamdudum perſpicere debent, ut quum nobis ipſi parùm ſatisfecerimus, vix videamur cæteris ſatisfacturi. At quoniam Linguæ Haïcanæ ediſcendæ ſumma

[a] Amſtel. 1695, 8vo. [b] Amſtel. 1668, 12mo.

ſumma difficultas, locutionum plurimarum caliginoſa obſcuritas, mendoſa Codicum depravatio, ac magna demum ea, quæ Sermoni Armeniaco cum Latinitate intercedit, diſſimilitudo, pro nobis valdè deprecari debent, non dubitamus, quin æqui rerum æſtimatores, ſi minùs gratiam habituri, at veniam certè nobis non inviti daturi ſint.

Quoniam autem ad omnem Hiſtoriam examinandam momentóque ſuo ponderandam ratio temporum locorúmque plurimùm valere ſolet, haud facilè pati potuimus induſtriam noſtram in eâ re ab legentibus deſiderari, ideóque tùm *Armeniæ Majoris Formam* delineare, tùm *Regum* etiam *Rationarium* ſubtexere viſum eſt, quas quidem Tabulas confecimus, prout res ipſa ferebat; diligentiùs fortaſsè quàm veriùs, quia conjecturâ potiùs quàm auctoritate certâ niti ſæpenumerò coacti ſumus.

Quod ad Appendicem attinet, quanquam ea diverſi prorſus ſit Argumenti, tamen cum hoc opere omnino conjungendam eſſe exiſtimavimus, tùm quia eæ Epiſtolæ Inſtituti noſtri Armeniaci cauſam dederunt, tùm quòd nondum integrè plenéque editæ fuerunt. De eis jam olim meminerunt Viri Celeberrimi, *Uſſerius*, *Cotelerius*, atque *Gregorius*[a]; Primus verò divulgavit Cl. *Wilkinſius*, mutilato Codice MS uſus, ac Verſionem Latinam attexuit; quam poſtea Cl. *La-Crozius* accuratè emendavit, ac tum denique novam atque integram confecit, quum Codicem pleniorem à Cl. Patre noſtro acceperat; qui eam Verſionem edidit, & Diſſertationem de Epiſtolis illis Anglicano Sermone conſcriptam ſubjunxit atque Arabicam Interpretationem iſtam, de quâ jam antè meminimus, in publicum etiam propoſuit; quam quidem Verſionem Arabicam, ut minùs accuratè contextam, iterum divulgare non tanti eſſe putavimus. Quando verò illud exemplar, quod Cl. *La-Crozius* habuit, ex Codice noſtro MS Halebenſi, quum nondum ipſi Armeniacè ſciremus, ab Armenio Mercatore, rudi planè atque illiterato homine deſcriptum, magnis mendis refertum erat, fieri aliter non potuit, quin perſpicacem *La-Crozium* interdum falleret; quæ res nos perpulit, ut denuo eas Epiſtolas Latinè redderemus, Latinitatis tamen idcirco negligentes, ut eas, quantum licuit, ad verbum exprimeremus; prætereáque earundem Epiſtolarum Verſionem Græcam duabus de cauſis conficere viſum eſt, primùm quia Lingua Haïcana multò propiùs ad Græci Sermonis conſuetudinem, quàm ad Latinitatem accedit; deinde, ut ſic certiùs judicari poſſet, utrùm ipſæ hæ Epiſtolæ ex Græcis fuerint antiquitùs converſæ; id quod factum fuiſſe neceſſe erat, ſi modò probæ ac germanæ ſint; Atque in hac quoque interpretatione noſtrâ, tùm verbum pro verbo reddere, tùm ipſum verborum ordinem ſervare, tùm denique vocabula Armeniaca eiſdem vocibus Græcis,

[a] Vide *Fabricii* Cod. Apochryph. Nov. Teſtam. Tom. II. p. 918. Tom. IV, p. 667.

Græcis, quantùm fieri poterat, exprimere placuit, quæ ipſis Armeniacis in Sacrarum Literarum Verſione reſpondent; atque in eâ quidem re accuratiſſimam diligentiam propterea adhibuimus, ut quiſquis Armeniacè neſcit, de Græcæ Verſionis fidelitate certus omnino eſſe poſſet.

De auctoritate autem harum Literarum multa ſanè in utramque partem diſputari poſſunt, quorum ferè ſumma illuc pertinet, ut oſtendat, nec ipſas per ſe, quanquam quidem à ſuſpicione fraudis non abſunt, ex interioribus indiciis commentitias atque adulterinas eſſe demonſtrari poſſe, & tamen, quum nullis omnino teſtimoniis externis firmentur, pro veris & ſinceris haberi non debere. At illud profectò fateri atque adeò profiteri decet, omnium certè in eo genere verſutiſſimum commentum eſſe; de quâ re qui dubitat, perlegat, ſi poteſt, rudem iſtam Commentorum farraginem, quam *Codex Novi Fœderis*, ut appellatur, *Apochryphus* continet; quæ præ hiſce Epiſtolis planè ſordent. Sed quum utriuſque generis Argumenta in notationibus noſtris ſatìs copiosè explicari videantur, multitudine verborum libentiſſimè ſuperſedemus, ſimul & illud nobiſcum reputantes uſu plerumque venire, ut in rebus hujuſmodi dubiis id ferè quiſque verum credat, quod verum eſſe malit.

Ut hac denique Clauſulâ utamur, illud etiam atque etiam Æquos atque Eruditos Viros rogamus, ut quoſcunque errores noſtra forſan incuria effudit, eos hiſce ſtudiorum Primitiis facili animo condonare velint, quam veniam eò juſtiùs petere, eóque fidentiùs flagitare licet, quòd pleræque hujus operis partes conſcriptæ ſint dum Valetudo incommoda graviùs premebat atque adeò urgebat; quæ vel in maximo quoque ac præſtantiſſimo Viro aciem mentis hebetare, ac lumen ingenii obſcurare ſolet, quâ quidem ſi per propitiam Summi Numinis voluntatem commodiore uti licebit, quanquam plures induſtriæ fructus polliceri neutiquam audemus, tamen non eſt conſilium otio inutili ætatem turpiter conterere, ſed in ſtudiis humanitatis, quantùm vitæ conditio ſinet, qualemcunque operam ponere, quum [a] Is demum nobis vivere & frui animâ videatur, qui aliquo negotio intentus, ſi non præclari facinoris aut artis bonæ famam honeſtam modeſtè quærit, at ſaltem ſocordiæ deſidiæque ignominiam fœdam culpámque gravem devitare atque effugere cupit.

Calendis Maiis 1736.

GULIELMUS & GEORGIUS } WHISTONII.

[a] Vide *Salluſt.* in Bell. *Catilin.*

TABULA

Tabula Literarum Armeniacarum.

Ordo.	Figura.		Nomen.		Sonus.		Vis Numeralis:
	Maj.	*Min.*			*Vulg.*	*Antiq.*	
1	Ա	ա	այբ	aib	a	α	1
2	Բ	բ	բեն	bĕn	b	β	2
3	Գ	գ	գիմ	gim	g	γ	3
4	Դ	դ	դա	da	d	δ	4
5	Ե	ե	եչ	ĕtſh	iĕ	ε	5
6	Զ	զ	զա	za	z	ζ	6
7	Է	է	է	ē	ē	η	7
8	Ը	ը	ըթ	ĕth	ĕ	ĕ	8
9	Թ	թ	թո	thŏ	th	θ	9
10	Ժ	ժ	ժէ	zhē	zh	z *vel* j	10
11	Ի	ի	ինի	ini	i	ι	20
12	Լ	լ	լիւն	liun	l	l	30
13	Խ	խ	խէ	chē	ch	ch	40
14	Ծ	ծ	ծա	dza	dz	z	50
15	Կ	կ	կեն	kĕn	k	κ	60
16	Հ	հ	հո	hŏ	h	h	70
17	Ձ	ձ	ձա	dſa	ds	z *vel* s	80
18	Ղ	ղ	ղատ	lhat	gh *vel* lh	λ	90
19	Ճ	ճ	ճէ	dzhē	dzh	z	100
20	Մ	մ	մեն	mĕn	m	μ	200
21	Յ	յ	յի	yi	y	j	300
22	Ն	ն	նո	nŏ	n	ν	400
23	Շ	շ	շա	ſha	ſh	s *vel* x	500
24	Ո	ո	ո	ŏ	ue	ο	600
25	Չ	չ	չա	tſha	tſh	s	700
26	Պ	պ	պէ	pē	p	π	800
27	Ջ	ջ	ջէ	dſhē	dſh	z	900
28	Ռ	ռ	ռա	rha	rh	r *vel* rh	1000
29	Ս	ս	սէ	sē	s	σ	2000
30	Վ	վ	վեւ	vĕu	v	v	3000
31	Տ	տ	տիւն	tiun	t	τ	4000
32	Ր	ր	րէ	rē	r	ρ	5000
33	Ց	ց	ցո	tsŏ	ts	s	6000
34	Ւ	ւ	յիւն	yiun	ŭ	υ	7000
35	Փ	փ	փիւր	phiur	ph	φ	8000
36	Ք	ք	քէ	chē	ch	χ	9000
37	Ֆ *	ֆ	ֆէ	fē	f		
38	Օ	օ	• օ	ō	ω		

* Duas Literas poſtremas ad cætera Elementa nuperrimè adjunctas Armenii veteres non habuerunt. Ex iis Litera prior Ֆ, apud voces peregrinas tantùm occurrit; altera Օ, ab Recentioribus pro diphthongo աւ *au* uſurpatur; quæ antiquitus Literæ Græcæ ω ſonum reddidit. In deſignandis autem Literarum ſonis primùm *Vulgarem*, deinde *Antiquam* pronuntiationem exhibuimus, quam ex Nominum Propriorum collatione exploravimus; atque ob eam cauſam Literas Græcas, quum inter ſe conſonarent, Elementis Armeniacis ſigillatim adpoſuimus, atque in reliquis locis eam Seriem Latinis Literis ita explevimus, quemadmodum Veteres Scriptores Romanos facturos fuiſſe opinati ſumus, qui ſonos peregrinos ad Sermonis Latini normam accommodare conſueverunt.

MOSIS CHORENENSIS HISTORIA ARMENIACA.

Մովսէս Խորենացի Իսահակայ Բա֊
գրատունւոյ՝ խնդալ։

Անընդհատ խաղաղութեան աստու֊
ածայնոցն 'ի քեզ շնորհացն, և
զանդուլ հոգւոյն 'ի վերայ քոյ ի֊
մացուածոցդ զշարժմունս՝ ծանեայ 'ի
ձեռն գեղեցիկ խնդրոյս, առաւել քան
զմարմնոյդ, զհոգւոյդ ընկալեալ զծանօ֊
թութիւն. որ և սիրելի իմոց իսկ[a] ախորժա֊
կացս է, առաւել և սովորութեացս։ Վասն
որոյ, և ոչ միայն գովել արժան է զքեզ.
այլ և 'ի վերայ քո աղօթել՝ առ 'ի լինել
քեզ միշտ այսպիսի։ Զի եթէ վասն բա֊
նին. Մեք (որպէս ասի՝) Պատկեր Այ, և
դարձեալ՝ առաքինութիւն բանականին, է
խոհականութիւն, և քո յայսոսիկ անհատ
ցանկութիւն. ապա ուրեմն գեղեցիկ մտա֊
ծութեամբ զխոհականութեանդ քո վառ, և
բորբոք պահելով զկայծակն, զարդա֊
րես զբանն, որով մնաս առ 'ի լինելն պատ֊
կեր. 'ի ձեռն որոյ և զայսորիկ զՍկզբնա֊
տիպն ասեն ուրախացուցանել. գեղե֊
ցիկ, և չափաւոր մոլութեամբ յայսոսիկ մո֊
լեալ և զականեալ։ Առ որով տեսա֊
նեմք և զայս. զի եթէ, որք յառաջքան
զմեզ՝ և կամ առ մեօք եղեն Հարուստք,
և Իշխանք աշխարհիս Հայոց, ոչ ընդ ձե֊
ռամբ անկելոց իւրեանց արդեօք գտե֊

ցելոց

[a] Edit. ախորժացս.

Moſes Chorenenſis Iſaaco [1] Bagratidæ ſalutem.

1 QUAM in Te perpetuò divina influat gratia, útque adeò continenter intelligentiam tuam permoveat Spiritus, ex pulchrâ hac petitione ſentio; ut qui animi quàm corporis cognitionem habeas potiorem. Id quod meis cùm ſtudiis tùm præſertim moribus adprimè congruit. Eam autem ob cauſam non ſolùm te æquum eſt laudare, ſed etiam pro te precari, ut ſemper ſis talis.
2 Nam ſi propter rationem, [2] *Nos*, utì dicitur, *imago ſumus Dei*; porrò autem ſi conſideratio prudentiáque in virtute hominis ratione præditi habenda ſit, tuúſque ab harum rerum cupiditate nunquam diſtrahatur animus, tùm ſanè meditando pulchrè, & cogitationis tuæ ardorem ſervando fovendóque, ei rationi ornamento es, cujus ipſe extas ſpecimen.
3 Ex his autem rebus fit, ut rationis etiam primum fontem & principium gaudio te dicant afficere, generoſo utique, haud tamen immodico furore captum incitatúmque. Huc accedit, quòd, tametſi ii, qui ante nos vel

[1] De gente Bagratiâ, unde hic Iſaacus ortus erat, plura habet Moſes, lib. I. c. 21. N° 6. Cæterùm hîc in principio notarum libet legentes præmonere, de rebus Armeniorum apud antiquos Scriptores mentionem adeò raram eſſe injectam, ut longis obſervationibus nullus propriè locus aperiatur; ac proinde, tametſi forſan potuiſſemus, materiam undecunque corradentes, farraginem amplam conſarcinare, præoptavimus tamen in verbis eſſe parci, ſapientis ejus dicti probè memores, *ſatius eſſe tacere quam nihil loqui.*

[2] Gen. i. 27.

LIBRARY OF THE

ցեղոց իմաստնոց, զայսպիսեացս հրամայեցին կարգել զյիշատակս բանից՝ և ոչ յարտաքուստ ուստեք այսոցիկ 'ի ներքս ածել խորհեցան, զօժանդակութիւն իմաստից, և քեզ այսպիսի այժմ եղեալ ծանեաք։ Ապա յայտ է ուրեմն թէ ամենեցուն քան զքեզ նախագունիցն ձանաչիս վեհագոյն, և բարձրագունից արժանաւորագովութեանց, և յայսպիսիս պատկանաւոր դնիլ յարձանագրութիւս բանից։ Յաղագս որոյ, հեշտաբար ընկալեալ զքո խնդիրդ՝ աշխատասիրեցայց ածել 'ի կատարումն, յանմահ 'ի յիշատակ թողուլ զայս քեզ. և որ զկնի քոյ-ինքն են գալոց ազգք։ Զի, և ազգի ևս նախնականի, և քաջ՝ և արգասաւոր, ոչ միայն 'ի բանս և 'ի պիտանաւոր խոհականութիւս. այլ և 'ի մեծամեծս և 'ի բազում գործս արժանափառս՝ զորս յիշատակեսցուք 'ի կարգի պատմութեանս, յորժամ զորդի 'ի հօրէ ծննդաբանելով, ազգաբանիցեմք զբովանդակն։ Իսկ զհայաստանեայցս նախարարութիւս զամենեցուն զուստ. և ըզ՝ զի՛ որդն յայտնելով համառօտ, որպէս հաւաստի 'ի Յունականս ոմանս կայ պատմութիւնս։

noſtro tempore Armenſorum regionis Dynaſtæ fuerint ac Principes, neque eos, quos apud ſe invenerunt ſapientes, iſtiuſmodi rerum hiſtoriam juſſerunt contexere, neque aliunde quemquam eum ad finem voluerunt accerſere; te tamen & eruditis patronum & ipſum 4 novimus eſſe talem. Te itaque inter omnes, qui ante te fuerunt, eminere conſtat, amplioribus dignum laudibus, idoneúmque qui in hujuſmodi monimentis celebreris. Tuum igitur rogatum cum voluptate accipiens, ad immortalem memoriam, tui & poſterorum gratiâ, libens perficiam. Quippe natio hæc antiquiſſima non ſolùm conſiliis utilibus ac prudentibus eximia 5 fuit & fœcunda, verùm etiam ob multas res præclarè geſtas gloriâ & laude digna; quas quidem ordine hiſtoriarum memorabimus, cum integras patrum propagines recenſebimus; ſingulatim utique, ſed breviter, Haicanarum præfecturarum originem & conditionem expoſituri, ſicut apud Græcos ſcriptores fideliter extant.

ԳՐԱԿ Ա։

CAP. I.

Թէ՝ ընդէ՞ր վասն զի 'ի Քաղդէացւոց, և յԱսորեստանեայց մատենից, ցանկագոյն են մեր իրք. 'ի Յունականէն կամեցաք մեք ցուցանել։

Cur de Græcis noſtras res tradere viſum ſit, quæ tamen in Chaldæorum & Aſſyriorum libris ſæpiùs occurrunt.

Եւ ընդ այս մի՛ ոք զարմասցի, եթէ բազում ազգաց լեալ Մատենագիրք, որպէս ամենեցուն է յայտնի, մանաւանդ Պարսից, և Քաղդէացւոց. յորս առաւել ազգիս մերոյ գտանին բազում ինչ իրաց յիշատակք. մեք զՅունացն միայն յիշեցաք զՊատմագիրս, և անդուստ սյայտապարութ[illegible]մերոյ ազգաբանութեան խոստացաք յանդիմանակացուցանել։ Քանզի, ոչ Թագաւ-

1 NE quis autem id miretur, cum inter multas gentes fuerint hiſtoriarum ſcriptores, utì omnibus notum eſt, ac præſertim inter Perſas & Chaldæos, apud quos plura nationis noſtræ extant rerum geſtarum monimenta; de Græcis nos tantùm meminiſſe hiſtoricis, atque indè pollicitos eſſe origines noſtras deducere declara-
2 reque. Non enim modò Græcorum

որքն.

որքն Յունաց միայն, ոչ աշխարհակա֊
լութեամբ. այլ և որինչ իմաստութեան ջանք՝
փոյթ յանձին կալան աւանդել Յու֊
նաց՝ յետ զաւուրսն իւրեանց յարմարեալ
իրս։ Որպէս և Պտօղոմէոսն, որ և Եղբայր֊
ասէրն, պէս պէս արարեալ զամ ազգաց
զՄատեանս և զպէտս՝ ի Յոյն լեզու փո֊
խարկեալ։ Բայց միոք ստանիօր անու֊
անմն զմեզ համարեալ բամբասիցէ՝ իբր
զանվարժս ումանս և զտգէտս՝ ոչ թէ
Եգիպտացւոց լեալ Թագաւոր. մեք
այժմ զնա Յունաց գրեցաք։ Քանզի
նուաճեալ նր և զՅոյնս՝ ընդ իւրով ձե֊
ռամբ՝ անուանեցաւ Աղեկսանդրի և Յու֊
նաց Թագաւոր. ոչ և ոչ միգոք ՚ի Պտօ֊
ղոմեանցն. կամ յայլոցն տիրելոյ Եգիպ֊
տացւոցն, անուանեցաւ ոք երբեք. որ
և վն առաւել Յունասէր բարս ունելոյ՝
՚ի Յոյն լեզու՝ զիւր աշխատութիւնն ժո֊
ղովեաց։ Է՝ և այլ բազում այսպիսի՝
ինչ պատճառ վն ասելոյն մեր զնա Յու֊
նաց Թագաւոր. այլ վն համառօտելոյ
մեզ զճառս՝ բաւական լիցի՝ ասացեալս
վն նր։ Այլ և բազում Արք անուանիք՝ և
իմաստութե պարապեալք ՚ի Յունաց
աշխարհէն հոգացան, ոչ միայն զգիր
Դիւանաց այլոց ազգաց Թագաւորաց՝
և զՄեհենից յեղուլ ՚ի Յոյն բան. ոչ
գտանեմք զայն, որ և զԲերիոս ամն յայս
յորդորեաց, Այր Քաղդեացի և վարժ
ամ իմաստութե։ Այլ և զմեծամեծս՝
և զզարմանալեաց արժանաւորս յարու֊
եստից. և ուրեք ուրեք գտեալ աշխատու֊
թե. հաւաքեալ փոխեցին ՚ի Յոյն լե֊
զու. ոչ՝ զայբ առ քէ. և ըզ գայ, և ըզ
թոյ, առ փիւր. և ըզ կենն, առ էջ. և ըզ
շայ, առ սէ։ (Այսինքն, Ալեփ՝ Քաղ֊
դէացւոց՝ առ Խի՝ Յունաց։ Ջէ՝ և Թէ՝
Քաղդէացւոց՝ առ Փսի՝ Յունաց։
Ղային՝ Քաղդէացւոց՝ առ փոքր՝ Ե՝
Յունաց։ Շին՝ Քաղդէացւոց՝ առ

reges, ut qui orbis terrarum potiti
ſint, ſed etiam quicunque doctrinæ
operam dedêre, rerum ſuarum hiſto-
riam contextam Græcis tradere dili-
genter ſtuduerunt. Ita quidem Pto-
lemæus, qui & Philadelphus, omnium
gentium libros ac volumina, utiliter
ſanè in linguam Græcanicam curavit
3 transferenda. Ne quis autem hîc nos
criminetur, tanquam indoctos atque
imperitos, quòd eum, qui fuerit Æ-
gypti, Græciæ nos ſcripſimus fuiſſe
regem. Nam quia Græcos etiam in
poteſtatem ſuam redegit, ideò fuit
nominatus Alexandriæ ac Græciæ rex,
quo ſanè nomine nemo alius ex Ptole-
mæis, cæteríſve Ægypti regibus un-
4 quam appellatus eſt. Qui & Græcos
libros eò ſtudioſiùs collegit, quia mo-
rum Græcanicorum fuerit amantiſſi-
mus. Multæ aliæ hujuſcemodi ra-
tiones ſunt, ob quas eum Græciæ re-
gem appellaverimus; ſed cum brevi-
ter omnia complecti ſtatuimus, de illo
ſatìs dictum eſt. Multi porrò ex Græ-
ciâ celebres literarúmque ſtudioſi viri,
5 non modò ad libros, qui in regiis a-
liarum gentium tabulariis & templis
conditi erant, in Græcum ſermonem
convertendos incubuere; (ſicut eun-
dem comperimus ad hanc rem Bero-
ſum incitaviſſe, virum Chaldaicum,
omnis doctrinæ peritiſſimum) verùm
etiam quæcunque in artibus fuere mag-
na & admiratione digna, ſtudioſè un-
dique conquiſiverunt, Græcéque red-
6 diderunt. [1] Quemadmodum ա ad ք;
& գ ac թ ad փ; & կ ad է; & շ ad ս.
[Hoc eſt א Chaldaicum ad χ Græ-
cum; ז & ח Chaldaicum ad ψ Græ-
cum; ע Chaldaicum ad ε Græ-

Սիգմա՝

[1] Tam difficilis eſt atque abrupta hujus loci ſen-
tentia, ut videatur aliquid intercidiſſe. Quæ un-
cis incluſimus, in Armeniacâ editione literarum
diverſitate diſtinguuntur; & veri quidem ſimilli-
mum eſt, ab ſcripto codice ea abfuiſſe, ſed ab edi-
tore, explicationis cauſâ, adjecta.

Սիգմա՝ Յունաց։) Եւ ժողովեալ զայսոսիկ արանց՝ զորոց և մեք զանուանսն հաւաստի գիտեմք, նուիրեցին ’ի փառս Հելլենացւոց աշխարհին։ Եւ գովելիք են՝ ոչ իմաստասիրեցեալքն յաղագս ջանին և իմաստութեանն՝ առ ’ի յայլոցն լինելոյ գրոտկք, առաւել ևս՝ որք ընկալան և պատուեցին զայսպիսի Գիւտս իմաստից։ Վս̄ որոյ՝ և զբոլոր իսկ զՅոյնս, ոչ դանդաղիմ, Մայր՝ կամ Դայեակ ասել իմաստից. և վասն Յունացն զրուցաբանս՝ զակնարկութի մերոց պիտոյիցս առնելոյ՝ բաւական է այսչափ։

cum; ℧ Chaldaicum ad ς Græcum.}
Hæc autem collegêre ii, quorum ipſa nomina certò novimus, Græciæque gloriæ dicaverunt; laude quidem dig-
7 niſſimi, cùm quòd ex aliis, ipſi ſapientiæ ſtudioſi, conquiſiverunt, quæ ad doctrinam pertinerent promovendam, tùm præcipuè quòd ejuſmodi ſapientum inventa honorificentiſſimè, acceperunt. · Totam itaque Græciam ſine ullâ cunctatione matrem ſapientum ſeu nutricem appellârim. Sed de cauſis, quamobrem hiſtorias Græcorum nobis ante oculos conſtituere utile arbitrati ſimus, hæc hactenus.

ՊՐԱԿ Բ։

Յաղագս՝ անիմաստասէր բարուց Առաջնոցն մերոց Թագաւորաց՝ և Իշխանաց։

CAP. II.

De moribus antiquorum regum noſtrorum & principum à Philoſophiâ abhorrentibus.

Կամիմ և ոչ զանիմաստասէր բարս, Առաջնոցն մերոց Նախնեաց, առանց յիշատակի բամբասանաց Թողուլ՝ այլ և աստէն իսկ. ’ի սկզբան մերոյ գործառնութեանս, զվս̄ նց կշտամբութե յարմարել զբանս։ Զի թէ՝ արդարև՝ գովութե արժանի այնք ’ի Թագաւորաց իցեն. որք գրով և պատմութեամբ՝ զիւրեանցն կարգեցին հաստատել զժամանակս, և զգործս իմաստութե, և զքաջութի իւրաքանչիւր՝ արձանացուցին, ’ի վէպս և ’ի պատմութիս. Ըստ նոցանէ, և պարապելքն այսպիսեաց Ջգնութեց, Դիւանագիրք մատենից, ներբողականաց ’ի մէնջ արժանի եղեն ասից. ’Ի ձեռնորոց, և մերընթեռնուլն՝ զառ ’ի նոցանէ շարածս բանից, ըստ աշխարհօրէն կարգաց, իմաստնանալ ասեմք, և քաղաքականն ուսանիլ կարգս. յորժամ զայսպիսիս [a] ընթերցանիցեմք իմաստութե Քառս և զրուցատրութիս, որք են Քաղդէացւոց՝ և Հելլենացւոց,

[a] Edit. ընթերցասիրեմք.

1 VISUM eſt autem majorum noſtrorum mores à Philoſophiâ alienos non ſine vituperationis memoriâ præterire; ſed hîc in ipſo operis principio de iis arguendis verba facere. Nam ſi ii reges jure laudibus ſint digni, qui, hiſtoriis conſcriptis, ſua tempora digerere ſtatuerunt, atque eruditorum acta fortiúmque res geſtas literarum monimentis ſingulatim commendâ-
2 runt; illi quoque ſecundum hos meriti ſunt, ut à nobis celebrarentur, qui hiſce ſtudiis vacantes, in actis publicis conſcribendis laborem impendêre. Et nos ſanè ſermones de rerum orbis terrarum ſerie legentes, ab iis compoſitos, evadimus ſapientiores; civiliáque diſcimus inſtituta, dum eruditas Chaldæorum, Græcorum, Aſſyriorum atque Ægyptiorum narrationes hiſtoriáſ-
3 que lectitamus jucundiſſimé; atque adeò ad eorum virorum adſpiramus ſa-

Ասորես-

Ասորեստանեայց՝ և Եգիպտացւոց։ Առայսորիկ, և փափագիցեմք ես արդեօք՝ իմաստութե արանցն այնոցիկ, որք՝զայսպիսի փոյթ յանձին կալան։ Ապա ուրեմն ամենեցուն մեզ յայտնի է՝ Թագաւորացն մերոց, և այլոցն Առաջնոց, առ՚ի յիմաստն աղամարութի; և անկատարութի ոգոյն բանականի։ Զի թէպէտ, և եմք ածու փոքր․ և թուովյոյժ՝ ընդ փոքու սահմանեալ՝ և զօրութք տկար, և ընդ այլով՝ յոլովանգամ նուաճեալ թագաւորութե․ սակայն՝ բազում գործք արութե գտանին գործեալ և՚ի մերում աշխարհիս․ և արժանի [b] գրոց յիշատակի․ զորոց՝ և ոչ մի՝ ոք՚ի նոցանէ պէտ յանձին կալաւ մատենագրել։ Արդ՝ այնոքիկ՝ որք, և ոչ անձանց խորհեցան բարի առնել՝ և անուն յիշատակի աշխարհի թողուլ․ զի՞ արդեօք և մեղադրութիւն մեր՝ այնպիսեացն՚ի ձահ պատահիցէ․ զևս մեծագոյնս՚ի նոցանէ պահանջել՝ և որ ինչ հընագոյն քան զնո։ Այլ ասիցէ ոք արդեօք․ վն ոչ լինելոյ Գիր, և Դպրութի՚ի ժամանակին․ կամ, վն պէս պէս պատերազմացն, որ կուռ զմիմեանց զկնի անհետ՚ի վերայ գային։ Այլ ոչ արդարև՝ այսոքիկ կարծեցեալք լինին․ քանզի, գտանին, և միջոցք լեալ պատերազմացն՝ և գիր Պարսից, և Յունաց՝ որովք այժմ, գեւղից՝ և գաւառաց, ևս և իւրաքանչիւր տանց առանձնականութեց, և հանուրց հակառակութեց, և դաշանց այժմ առ մեզ գտանին անբաւ զրուցաց մատեանք․ մանաւանդ՝ որ [c]՚ի սեփհական ազատութե Պայազատութի։ Այլ ինձ թուի՝ ոչ այժմ, և առջինն Հայաստանեայց, լեալ անսիրելութի իմաստութե, և երգարանաց բա-

նաւորաց․

[b] Edit. գործոյ․ [c] Deeſt in Edit. ՚ի

pientiam, qui talem operam navârunt. Itaque nobis omnibus perſpicuum eſt, reges noſtros, & cæteros majores animo fuiſſe parum ſapienti, neque ſatis in ratione perfectos. Etſi enim natio ſumus haud longè extenſa, numero pauci, viribus parum valentes ac ſæ-
4 pius alieno imperio ſubjecti; multæ tamen res vel in noſtrâ regione præclarè geſtæ fuere, eæque memoriâ dignæ, quarum tamen hiſtoriam nemo illorum quiſquam utile arbitratus eſt contexere. Cum autem illi nè ſibi quidem cogitârunt ipſis benefacere, ſuíque memoriam apud poſteros relinquere; quomodo ſanè reprehenſio noſtra ita commoda acciderit, ut majora etiam ab eis poſceremus, atque adeò
5 ipſis antiquiora. Dicat verò fortaſſe aliquis hæc inde eveniſſe, quòd temporibus iſtis nullæ fuerunt literarum formæ, nulla literatura; aut propter varia bella, quæ ſibi invicem, alia continuò ex aliis, ſucceſſêre. Hi verò non exiſtimant rectè. Siquidem bellorum fuere intervalla, atque adeò
6 [1] Perſarum ac Græcorum literæ; quibus adhuc de vicis & provinciis, atque etiam rebus ſigillatim domeſticis, publicíſque controverſiis, ac fœderibus, ſcripta extant apud nos innumera hiſtoriarum volumina, [2] ac præcipuè dum ſucceſſio manſit libera.

Mihi verò videtur, ſicut nunc fit, ita veteres etiam Armenios à doctrinâ ac ratione fuiſſe nimis averſos; ideóque ſupervacaneum eſt ſuper ſocordibus hiſce, illiteratis atque agreſtibus

[1] Nec dubium quin Syriacè ſcripſerint ejus Armeniæ partis incolæ, quæ Syriam attingebat. Ἡ δ' ἐπιστολὴ, συρίοις γεγραμμένη γράμμασιν, ἀπέσταλτο παρὰ Ὀρόντου τοῦ σατραπείαν ἔχοντος Ἀρμενίας. Diod. Sic. xix. p. 670. edit. Hanov. Cæterùm de literarum Armeniacarum origine vide, quæ infrà Moſes noſter Armenius narret. l. III. c. 53.

[2] De hujus ſententiæ interpretatione valde hæremus, id quod lectores monere æquum duximus.

նաւորաց. վն̃ որոյ, աւելորդ է մեզ, և այլ յաղագս անբանից արանց՝ Թուլամտաց վայրենեաց ճառել։ Բայց ը̃ քո յոյժ զարմացեալ եմ, ընդ մտացդ ծնընդականութի̃. որ 'ի սկզբանց մերոց Ազգաց մինչև 'ցայժմուս միայն գտար զայսպիսւոյ [d] կրէ՝ բուռն հարկանել. և մեզ խոյզ խնդրոյս առաջի արկանել՝ երկար, և շահաւոր գործով՝ զազգիս մերոյ կարգել զՊատմութի̃ ճշդիւ, զԹագաւորացն և զՆախարարականացն ազգաց և տոհմից. Թէ, ո՞վ յումմէ. և, զի՞նչ իւրաքանչիւրոք 'ի նոցանէ գործեաց. և ո՛վ ոք 'ի ցեղիցս որոշելոց՝ ընտանի, և մեր ազնիւ. և՝ ո՛յք ոմանք եկք ընտանացեալք, և մեր ազնացեալք։ Եւ ըղ գործս՝ և զժամանակս իւրաքանչիւր գրով դրոշմել՝ 'ի ժամանակէ անկարգ Աշտարակին շինուածոյ մինչև 'ցայժմ։ Գեղեցիկ զայս քեզ համարեալ 'ի փառս՝ և անջան [e] հեշտութի։ Առ որ այսչափ միայն ասացից. Մի՛ թէ մատեան մերձ կայցէ ինձ ոչ̃ ասէ Յոբ. կամ դպրութիք քոց Հայրենեաց. որովք նմանագոյնք արդեօք Եբրայեցւոցն Պատմագրաց. 'ի վերուստ 'ի քեզ իջուցանեմ անսխալ. կամ 'ի Քէն՝ և 'յայլոցս սկսեալ՝ անդր 'ի վեր հանիցեմ, 'ի սկիզբն։ Բայց սակայն՝ ընկալայց թէպէտ և ջանիւ միայն. Թէ և շնորհակալ ո՛ք մերոցս գտանիցի լեալ աշխատութեց։ Եւ սկսայց յորոց և այլքն. որք՝ յեկեղեցւոջ, և ոյք՝ ըստ Քի̃։ Աւելորդ համարելով զարտաքնոցն երկրորդել յաղագս 'ի սկզբանն առասպելս, բայց եթէ՝ զկնիւն ժամանակ ինչ արդեօք. և զարս յայտնիս. որում և Անձայինքն 'ի Ճահ գայցեն պատմութիւնք բանից. մինչև 'ի հարկէ երթեալ հասանիցեմք 'ի Հեթանոսականսն՝ զրուցակարգութիս. սակայն՝ և 'ի նոցանէ, զոր ինչ հաւաստին կարծեմք առնուլ։

7 viris plura verba addere. Magnoperè
autem admiratus ſum animi tui fœcunditatem, qui unus à primordio noſtræ gentis ad hunc diem repertus fueris, qui hujuſcemodi opus aggreſſus ſis; nobíſque propoſueris inveſtigandam, ac longo ſed utili opere nationis noſtræ hiſtoriam perſcribendam; utique ut notaremus accuratè Regum ac Præ-
8 fectorum ſtirpem & progeniem, quis à quo ortus ſit, & quid eorum quiſque fecerit; quænam porrò familiæ indigenæ nobilíque genere ortæ ſint quæve advenæ in noſtræ gentis nobilitatem adſcriptæ; denique ut ſingulorum res geſtas ac tempora literis conſignaremus, jam indè à confuſâ e Turris exſtructione, uſque ad hodiernum diem. Hæc nempe pulchrè putas tibi gloriæ fore ac ſine labore vo-
9 luptati. De quo ego hoc tantùm dicam; *nunquid mihi liber adeſt*, (ut [3] Jobus ait) aut patriæ tuæ ſcripta, quorum ope, perinde atque Hebraici ſcriptores, ab ultimo principio uſque ad Te hiſtoriam ſine errore deducam vel à Te aliíſque incipiens, ad primordia aſcendam? Incipiam tamen quanquam conatu ſolo; ſi quis forte repertus erit, erga labores noſtros gra-
10 tus; atque indè incipiam, unde cæteri, *qui in Eccleſiâ & qui à Chriſto* ſupervacaneum exiſtimans externorum fabulas de rerum origine repetere quorum modò poſteritatem ad tempus quoddam enumerabimus, viróſque inſignes, quibus ipſa Divina hiſtoria opportunè congruet; donec neceſſariò procedente opere, ad Paganorum narrationes pervenerimus; è quibus tamen conſilium eſt depromere, quicquid fidem mereatur.

ՊՐԱ

[d] MS. մեծ իրէ. [e] Edit. հաշտութիւն.

[3] Job xxxvii. 20.

ԳԻՐՔ Գ.

Յաղագս՝ զի ոչ՝ սակս Ադամայ. և այլոց Նահապետացն՝ միաբանեցան Այլք ՚ի Պատմագրաց։

Յաղագս Արմատոյն հանուրց մարդկութեան. կամ թէ՝ հաճոյ ումեք թուեսցի ասել ծայրին. պարտ է մեզ սակաւ ինչ անցանել բանիւ. թէ ընդէ՞ր հակառակ Հոգւոյն խորհիլ անմիաբանեցան Այլքն ՚ի Պատմագրաց։ զԲերիոս ասեմ, զբազմավիպէն՝ և զԱբիւդենայ. կամ զնոյն ինքն զՆաւակառուցէն՝ և զայլոց Նահապետացն. ոչ միայն վս անուանց՝ և ժամանակաց՝ այլ վս ոչ ընկիզբն զառ ՚ի մէնջն Հաւացն կարգելոյ ազգի մարդկան։ Քանզի ասէ վս նորա Աբիւդենոս՝ համգոյն այլոցն այսպէս. և զնա ամենախնամն Ած եցոյց հովիւ՝ և առաջնորդ ժողովրդեանն։ Յետ՝ որոյ ասէ թագաւորեաց Աղորոս շարս տասն. որք լինին ամք. 36000. նոյնպէս՝ և յաղագս Նոյի. այլով անուամբ վարին՝ և ժամանակօք անբաւիւք. թէպէտ և վս ջրոյն սաստկութե՝ և ապականութե երկրի՝ զոյգ հոգևորացն բարբառին բանից. Նոյնգունակ՝ և զթիւ Նահապետացն՝ տասն Քսիսութրեաւ հանդերձ թուեն. որ ոչ միայն՝ ըստ բոլորման առ ՚ի յարեգակնէ, չորեք ժամանակեան ըստ մեզ լինելոյ տարւոյն հեռանայ յամաց մերայնոցն, մանաւանդ՝ թէ և յԱծայնոցն. այլ և ոչ ըստ Եգիպտացիքն զլուսնականն հաշուին ծագմունս. նա՝ և ոչ զառ ՚ի դիցն ոմանս ասացեալս. եթէ տարիս որք վարկցի

զուգեալ

CAP. III.

De Adamo cæterîſque familiarum Principibus, alios Hiſtoricos non conſentire.

1 De totius generis humani radice, ſeu quis ita potius appellare velit, vertice, paucis oportet indicari quamobrem à ſacris literis alii Scriptores diſſentiant; Beroſum dico Hiſtoricum literatiſſimum atque Abydenum; aut cur ipſe Abydenus de Navigii ædificatione, cæterîſque familiarum Principibus, non modò quod ad nomina attinet ac tempora, ſed etiam in eo quòd genus hominum ab
2 eâdem ſtirpe non repetant. De eâ enim re ita [1] Abydenus, pariter atque cæteri; ‘ Deus quidem providentiſſimus paſtorem conſtituit eum ‘ ac rectorem populi; deinde, dicit, ‘ regnavit Alorus ſaros decem, qui ‘ annos conficiunt 36000. ’ Similiter ad Noam diverſum adhibent nomen, ac tempus immenſum, quanquam de aquarum violentiâ & terræ corruptione cum ſacris literis conſentanea tradunt; atque itidem decem familiarum Principes ſimul cum Xiſuthro numerant. Atqui eorum anni non
3 tantùm à ſolaribus noſtris, qui quatuor tempeſtatibus ſunt concluſi, longè diſcrepant, atque adeò à Divinis; verùm neque cum Ægyptiis lunares computant ortus; neque verò eos, qui ex [2] diis nomen invenere; adeò ut

[1] Βασιλευσαι δε της χωρας πρωτον λεγει Αλωρον, τον δε ὑπερ ἑαυτου λογον διαδουναι ὁτι μην [μιν] του λεω [λεως] ποιμενα ὁ Θεος αποδειξαι. βασιλευσαι δε σαρους δεκα. Syncellus ex Abydeno, p. 38. edit. Paris. Eadem Scaliger in Euſebii Chronicon Græcum conjecit, p. 5. Decem etiam Chaldæi reges ab Syncello, p. 18. recenſentur, quorum primus Alorus, decimus Xiſuthrus eſt.

[2] *Hic annus* [Ægyptius, dies habens CCCLXV] *etiam* ἡλιακος *à quibuſdam dicitur, & ab aliis* ὁ Θεου ενιαυτος. Cenſorin. de die natali c. XVIII. ubi, monente Lindenbrogio, Θεος, ſolem ſignificat. Atque hunc, ut videtur, annum Chorenenſis noſter hîc intelligit.

զուգեալ համեմատեն [a] Յոյն Թուոցառարկութեանցս առ 'ի հաւաստել Ճշմարտութեան. երբեմն նուազ՝ և երբեմն աւաւելի՝ զհաւաքումն գումարելով։ Արդ՝ որէն է մեզ աստանօր զկարծիս նց̅ յայտնել՝ Թէ զինչ իւրաքանչիւրոք 'ի նոցանէ խորհեցան, այսպէս զայսոսիկ գրել։ Այլ վս̅ երկարութեան առաջիկայ գործոյս՝ այլում տեղոյ՝ և ժամանակի՝ զայսոսիկ Թողեալ՝ հատուսցուք աստանօր զբանս, ըսկսանելով յաղագս այսորիկ՝ ոպ̅ և հաւատացեալ եմք։ Ադամ նախաստեղծն։ Սա կեցեալ ամս, [b] 230 ծնանի զՍէԹ։ ՍէԹ կեցեալ ամս՝ 205. ծնանի զԵնովս. սր̅ [c] երկուքն յարձանագրութեանցն ընդդէմ երկուց հանդերձելոցն. ոպ̅ ասէ Յովսէփոս. Թէպէտ և [d] ուրանան յայտ։ Ենովս՝ որ յառաջին յուսացաւ կոչել զԱծ։ Եւ ընդէ՞ր արդեօք այս, և կամ վասն որոյ պատճառանաց նախնիս՝ [e] ասացեալ կոչեցելոյն զԱծ. և կամ, որպէս՝ կոչելն իմանի։ Քանզի՝ է Ադամ Ճշմարտապէս Ածաստեղծ։ Եւ սա 'ի բերանոյ Աստուծոյ առեալ ասի պատուէր. այլ և յանցուցեալ՝ և Թագստեան եղեալ. զո՞ւր ես՝ յԱյ̅. և ո՛չ յայլմէ՝ ումեքէ հարցանի. սոյպէս՝ և զվՃիռ վարկին՝ 'ի նորին բերանոյ լսէ։ Իսկ յետոյ՝ և Աբել՝ մերձաւոր՝ և ծանօԹ Այ̅ լեալ Պատարագ մատուցանէ՝ և ընկալեալ լինի. արդ՝ [f] ս̅ց այսպէս յընդունելութի և 'ի ծանօթութի Այ̅ լինել. է՞ր աղագաւ՝ սա առաջին ասի՝ կոչել զԱծ և այս Յուսով։ Արդ՝ զայլն վս̅ սր̅ 'ի տեսութեց՝ 'ի հրաւիրեալն մեր՝ յուղարկեսցուք տեղի։ Իսկ՝ որ 'ի ձեռն պատրաստն է՝ ասասցուք։ Քանզի՝ 'ի

qui reverà annos deſignari putant, ii, ad veri confirmationem, Græcorum numeris aptent & connectant, aliàs collectionem minuentes, aliàs augentes.
4 Nos autem hîc tantùm pro more noſtro eorum opiniones indicamus, & quid quiſque eorum ſenſerit, illud in animo erat tradere; at propter operis hujuſce longitudinem, hæc in alium locum ac aliud tempus differentes, jam ſermonem repetemus, initio narrationis facto, prout reverà fuiſſe credimus. Primus itaque omnium creatus eſt Adamus. Hic, cum vixiſſet
5 annos 230, genuit Sethum. Sethus, cum vixiſſet annos 205, Enoſum genuit. Hujus narrat [3] Joſephus duas fuiſſe in columnis inſcriptiones ad duas res præcavendas, quæ erant eventuræ; tametſi eas comparere negant. Cæterùm Enoſus [4] *primus ſperavit vocare Deum.* Cur autem hoc, aut ob quam cauſam hic primus dicitur vocare Deum, quídve ſibi
6 vult hæc vox *vocare.* Quippe Adamus à Deo re verâ fuit creatus, idémque ab ore Dei mandatum dicitur accepiſſe; atque etiam cum deliquiſſet ob eámque cauſam ſeſe abdidiſſet, à Deo interrogatum eſt *ubi es?* nec ab alio ullo; itidémque ex ejuſdem ore de ſe decerni audivit. Pòſt verò Abelus, Dei propinquus ac notus, cum ſacri-
7 ficium feciſſet, fuit acceptus. Hi autem cum ſic Deo accepti notíque eſſent, quâ de causâ is primus dicitur vocare Deum, ídque *ſperans* feciſſe?

պատու-

[a] MS. հուն. [b] MS. 237. [c] MS. երկունք. [d] MS. ուրին անյայտ. [e] Edit. կոչեցեալ. [f] MS. Այ̅

[3] Joſeph. Antiq. l. I. c. 3. p. 9. edit. Hudſon. De hiſce autem Sethi poſterorum columnis nihil quicquam apud Joſephum Hebraicum ſcriptum invenimus; quod propterea notamus, quia Viri clariſſimi La-Crozius & Schroderus, quæ teſtimonia ex Joſepho Moſes adducit, ea de Gorionide eſſe deprompta ambo ſint ſuſpicati, quâ de re explicatè pòſt dicemus ad lib. II. c. 18.

[4] Gen. iv. 26. Cæterùm Verſionem Armeniacam ex Græco fonte derivatam eſſe hîc ſatis ſit monuiſſe, quum de eâ uberiùs in Præfatione ſimus acturi.

պատուիրանազանցութե՛ գտեալ Առաջինն 'ի մարդկանէ, 'ի դրախտէն՝ և յԱՅ,չարութե՛ աղագաւ ո՛պ ասացեալ է՝ գտան արտաասահմանեալ։ Զկնի և ընտանեգոյն ԱՅ 'յորդւոցն Ադամայ, 'ի հարազատէն իւրմէ սպանանի 'յեղբօրէն։ Յետ՝ որոյ՝ ո՛չ.բանի ինչ ԱԾայնոյ՝ և ո՛չ՝ յայտնութե՛ ինչ իրիք եղելոյ. 'ի տարակուսանս, և 'յանյուսութի՛ ազգ մարդկան հատեցեալ լինի, այլ՝ և ինքնահաճոյ արդ՝արև գործս։ Յորոց միջի սա՛ քաջայոյս եղեալ՝ ուղղութե՛ հանդերձ, կոչէ զԱԾ։ Ի՛սկ՝ կոչել դ՝ կրկնակի իմանի. կամ[§] անուանել ո՛պ զմոռացեալս, կամ յօգնականութի՛ կարդալ։ Արդ՝ անուանելն՝ իբրև զմոռացեալ՝ ո՛չ է՛ 'ի դէպ. զի ո՛չ բազմութի՛ ամաց՝ ընդ մէջ անցեալ՝ որ 'ի մոռացումն նոցա զԱստուածդ ածէր անուն. և կամ զնոյն ինքն՝ որոյ անունն. և ո՛չ դարձեալ մահու՝ և թաղման գեռ ևս ըստեղծեալն 'յԱՅ հասեալ։ Ապա՛ ուրեմն՝ յօգնականութիւն կոչէ սա՛ զԱԾ։ Սա՛ կեցեալ ամն՝ 190, ծնանի զԿայնան։ Կայնան կեցեալ ամն՝ 170, ծնանի զՄաղաղիէլ։ Մաղաղիէլ կեցեալ ամն 165, ծնանի զՅարեդ։ Յարեդ կեցեալ ամն 162, ծնանի զԵնովք։ Ենովք կեցեալ ամն 165, ծնանի զՄաթուսաղայ. երկերիւր ամն արժանի՝ և հաճոյ՝ վարս ստացեալ՝ ո՛պ գիտէ՝ որ հաճեցաւն, փոխեալ աստի 'ի միջոյ ամբարշտաց՝ զորոյ զպատճառն՝ յետոյ հատուսցուք։ Մաթուսաղայ կեցեալ ամն 167, ծնանի զՂամէք։ Ղամէք կեցեալ ամն 188, ծնանի որդի և անուանեաց զանուն նորա Նոյ։

§ Edit. անուանեալ.

Atque alia quidem de eo in alium deſtinatum locum differentes, quod in promptu eſt jam proferemus. Nam cum primus iſte homo ob ſcelus & mandati violationem ex horto atque adeò à Deo, utì dictum eſt, eſſet
8 ejectus, quíque ex Adami filiis Deo fuit magìs cognatus, à fratre ſuo germano interfectus; nullúſque deinceps divinus ſermo, nulla omnino eſſet patefactio, in dubitationes & deſperationem genus humanum deductum eſt, útque ea ſolùm agerent, quæ ſibi complacuêre. Inter quos hic ſpei bonæ atque integritatis plenus, *vocavit*
9 *Deum. Vocare* autem duplicem habet intelligentiam; vel rem quaſi oblitam nominandi, vel in auxilium aliquem invocandi· Atqui iſta rem quaſi oblitam nominandi ſignificatio in hunc locum minimè convenit; non enim tot intercesſerant anni, ut Dei nomen Deúmve ipſum oblivione obruerent, cum necdum mortuus erat & ſepultus, qui à Deo ipſo fuerat factus; ac proinde in auxilium hic *vocat De-*
10 *um.* Is, cum vixiſſet annos 190, genuit Cainanem; Cainanes anno ætatis 170, procreavit Malalielem; Malaliel annum agens 165, genuit Jaredum; Jaredúſque anno ætatis 162, ſuſcepit Enochum; atque Enochus habens annos 165, Mathuſalam procreavit; cúmque poſtea per ducentos annos vitam coluiſſet benè moratam & comprobatam, ſicut ei perſpectum eſt, qui in eo conquievit, ex impiorum turbâ hinc ſublatus eſt; cujus cauſam
11 poſteà repetemus. Mathuſalas annos natus 167, Lamechum procreavit, qui, ætatis anno 188, [5] *genuit filium & nominavit nomen ejus Noam.*

Յաղագս

[5] Gen. v. 28.

Յաղագս Նոյի.

Եւ ընդէ՞ր արդեօք զսա միայն Որդւոյ անուամբ յորջորջեաց։ Իսկ վ̃ այլոցն ամենեցուն պարզաբար ասէ թէ ծնաւ. զոր ընդդէմ իմ̃ մարգարէանայ Հայրն. սա՛ ասէ՝ հանգուսցէ զմեզ ՚ի գործոց. և ՚ի տրտմութե̃ ձեռաց. [h] և յերկրէ՝ զոր անէծ Տ̃ր Ա̃Ծ։ Որ եղև՝ ոչ հանգիստ՝ այլ ջնջումն՝ որ ինչ միանգամ ՚ի վերայ երկրի։ Ինձ թուի հանգուցանելն դադարեցուցանելն է։ Իսկ դադարեցուցանելն՝ զամբարշտութիւն՝ և զչարիս՝ սատակմամբ մարդկան զազրագործաց՝ դարուն երկրորդի։ Քանզի՝ գեղեցկաբար ասաց թէ ՚ի գործոց մերոց, որ է՛ յանօրէնութեց. և ՚ի տրտմութե̃ ձեռաց. որովք կատարեմք զպղծութի̃ս։ Բայց՝ և հանգչին արդարև՝ ըստ այսմ մարգարէութեան ոչ ամենեքին. այլ կատարեալքն յառաքինութե̃ ոգիք. յորժամ չարիք՝ ո̃ս հեղեղաւ ջնջեալ մաքրին, իբրև առ Նոյիւ, մոլեալքն ՚ի չարիս։ Իսկ Որդւոյ անուամբ՝ մեծարեաց զնա Գիր, իբր զյայտնի՝ և զնշանաւոր. և արժանաւոր ժառանգ հայրենականացն առաքինութեանց։

[h] MS. addit մերոց.

De Noâ.

Et cur ſanè hunc unum filii nomine deſignavit? at de cæteris omnibus tantummodò dicit *genuiſſe?* de quo etiam vaticinatus eſt Pater, [6] *Hic*, dicens, *faciet ut quieſcamus ab operibus & mæroribus manuum, & à terrâ, quam execratus eſt Dominus Deus*;
12 qui contrà non quietis ſed omnibus quæcunque in terris erant perniciei cauſa fuit. Mihi verò locutio ea *facere ut quieſcamus*, idem valere videtur, quod facere ut ceſſemus, hoc eſt impietatem & ſcelus coercere ac reprimere hominum iſtorum impuriſſimorum ſtrage, qui in ſecundâ eâ Mundi ætate
13 vitam traducebant. Commodè etenim dicit, *ab operibus noſtris*, id eſt iniquitatibus, & *à mæroribus manuum*, quibus fœda flagitia admittimus. Ac quieſcunt ſanè de hoc vaticinio non omnes, ſed in virtute perfecti animi, cum ſcelera, quaſi diluvio abluta, purgantur; id quod Noæ temporibus iis accidit, qui flagitiis inſaniebant. Cæterùm eum filii nomine ſacræ literæ decorârunt, tanquam conſpicuum atque illuſtrem, ac virtutis paternæ hæredem perdignum.

ՊՐԱԿ Դ.

Յաղագս հաւասար գոլոյ Ազգաբանութե̃ երից որդւոցն Նոյի. ց՚Աբրահամ, և ցՆինոս, և ց՚Արամ. Եւ եթէ Նինոս, ո՛չ Բէլ և ո՛չ որդի Բելայ։

Ի այս յայտնի է՛ ամենեցուն՝ զի դժուարահաւաք, և տաժանելի է՛ ո̃պ գիւտ ժամանակացն ՚ի սկզբանէ մինչև առ մեզ. առաւել ևս

CAP. IV.

Quòd propagines trium Noæ filiorum æquales ſint inter ſe uſque ad Abrahamum, Ninum, atque Aramum; quódque Ninus neque Belus fuerit neque Beli filius.

1 EST autem omnibus perſpicuum, rem eſſe perdifficilem, ut rationem temporum ab origine uſque rerum habere compertam, ſic magis

գիւտ

[6] Gen. v. 29.

գիտել որդէծնութեան Նախարարականաց ծննդոց. յերից անտի որդւոցն Նոյի. ց'որքան կամք իցեն խուզել ումեք ը̃ իւրաքանչիւր դարուց։ Մանաւանդ՝ զի Ածայնոյն գրոյ զիւրսն 'ի բաց հատեալ յինքն սեփհական ազգ Սեմայ՝ ելլիք զայլոցն քբր զարհամարհելեացն. և իւրոցն անարժան կարգելոցն բանից։ Զորոց մեք ըսկսեալ ճառեսցուք, որքան է՝ կարողութի, որպէս գտաք զհաւաստին՝ ի հնոց պատմութեց, մերով մասամբ ամենեւիմբ անսուտ։ Իսկ դու՝ ով ուշիմ Ընթերցասէրդ՝ հայեաց աստանօր ը̃ հաստատութի կարգի՝ երից ազգացդ, մինչև ց'Աբրահամ, ց'Նինոս՝ և ց'Արամ, և զարմացիր։ Սեմ կեցեալ ամս 100, յետ երկուց ամաց ջրհեղեղին, ըստ Աստուածային բանից ծնանի զԱրփաքսաթ։

arduam clarorum Virorum propagines inveſtigare, ſi cui jam indè à tribus Noæ filiis, ſingulas ætates, quouſque libuerit, conſilium ſit perſcrutari. Id eâ re maximè fit, quia Divina hiſtoria, adſcitâ ſibi propriâ ſuâ Semi ſtirpe, cæteras prætermiſit, tanquam contemtas indignáſque quæ in orationis
2 ſuæ ſerie collocarentur. De quibus quidem jam nos narrare aggredimur, ea, quantùm in nobis erit, expoſituri, quæ in antiquis hiſtoriis invenimus fideliter tradita, ad noſtram certè gentem omnino errore vacuis. Tu autem, erudite ac ſtudioſe Vir, aſpice jam certum harum trium propaginum ordinem ac mirare. Semus annos natus 100, biennio poſt diluvium, ut in ſacrâ Hiſtoriâ eſt, genuit Arphaxadem.

Սեմ։

1. Սեմ ամս 100, ծնանի զԱրփաքսաթ։
2. Արփաքսաթ ամս 135, ծնանի զԿայնան։
3. Կայնան ամս 120, ծնանի զՍաղայ։
4. Սաղայ ամս 130, ծնանի զԵբեր։
5. Եբեր ամս 134, ծնանի զՓաղէկ։
6. Փաղէկ ամս 134, ծնանի զՌագաւ։
7. Ռագաւ ամս [a] 132, ծնանի ըզՍերուք։
8. Սերուք ամս 130, ծնանի ըզՆաքովր։
9. Նաքովր ամս 179, ծնանի ըզԹարայ։
10. Թարայ ամս 70, ծնանի զԱբրահամ։

Semus.

3
1. Semus anno ætatis 100, genuit Arphaxadem.
2. Arphaxades anno 135, genuit Canainem.
3. Cainanes anno 120, genuit Salam.
4. Salas anno 130, genuit Eberum.
5. Eberus anno 134, genuit Phalecum.
6. Phalecus anno 134, genuit Ragavum.
7. Ragavus anno 132, genuit Seruchum.
8. Seruchus anno 130, genuit Nachorem.
9. Nachores anno 179, genuit Tharam.
10. Tharas anno 70, genuit Abrahamum.

[a] MS. 130.

Քամն

Քամ։

1. Քամ ծնանի զՔուշ։
2. Քուշ ծնանի զՄեստրիմ։
3. Մեստրիմ ծնանի զՆեբրովթ։
4. Նեբրովթ ծնանի զԲաբ։
5. Բաբ ծնանի զԱնեբիս։
6. Անեբիս ծնանի զԱրբէլ։
7. Արբէլ ծնանի զՔայաղ։
8. Քայաղ ծնանի զմիւս Արբէլ։
9. Արբէլ ծնանի զՆինոս։
10. Նինոս ծնանի զՆինուաս։

Chamus.

4 1. Chamus genuit Chuſum.
2. Chuſus genuit Meſtraimum.
3. Meſtraimus genuit Nebrothem.
4. Nebrothes genuit Babium.
5. Babius genuit Anebim.
6. Anebis genuit Arbelum.
7. Arbelus genuit Chæalum.
8. Chæalus genuit Arbelum alterum.
9. Arbelus genuit Ninum.
10. Ninus genuit Ninyam.

Յաբեթ։

1. Յաբեթ ծնանի զԳամեր։
2. Գամեր ծնանի զԹիրաս։
3. Թիրաս ծնանի զԹորգոմ։
4. Թորգոմ ծնանի զՀայկ։
5. Հայկ ծնանի զԱրմենակ։
6. Արմենակ ծնանի զԱրամայիս։
7. Արամայիս ծնանի զԱմասիայ։
8. Ամասիայ ծնանի զԳեղամ։
9. Գեղամ ծնանի զՀարմայ։
10. Հարմայ ծնանի զԱրամ։

Japhethus.

5 1. Japhethus genuit Gamerum.
2. Gamerus genuit Thiram.
3. Thiras genuit Thorgomum.
4. Thorgomus genuit Haicum.
5. Haicus genuit Armenacum.
6. Armenacus genuit Aramæim.
7. Aramæis genuit Amaſiam.
8. Amaſia genuit Gelamium.
9. Gelamius genuit Harmam.
Imperium Arſacis et filiorum. Bellum cum Macedonibus, & amicitia cum Romanis.

1 ITaque, ut diximus, poſt [1] ſexaginta annos quàm Alexander mortuus eſt, Parthis imperitavit Arſaces Fortis, in urbe Orientis, quæ vocatur [2] Balcha, *in regione Cuſæorum* poſita. Is, aſperimis bellis concitatis, omnem Orientem in ditionem ſuam redegit, ac
2 Macedones Babylone depulit. [3] Audivit etiam de Romanis, quantùm illi potentiâ prævalerent per totum Occidentem atque Oceanum; eóſque Hiſpanis fodinas ademiſſe, unde auri & argenti metalla eruuntur, Gallíſque domitis ſtipendium impoſuiſſe. Miſſis itaque ad [4] Aſiæ Regem legatis, amicitiam & fœdus petit, ut ne Mace-

[1] Seleuci, Antiochi Soteris, atque Antiochi Thei anni, ſuprà ab Moſe numerati, ſexaginta quidem annorum ſummam conficiunt; at in eo errat Chorenenſis, quòd annum, quo Alexander mortuus eſt, cum Seleucidarum anno perperam conjunxit confuditque, quum tamen Seleucus anno demum poſt obitum Alexandri duodecimo principatum obtinuerit. Atque hunc eundem errorem Georgius etiam Syncellus erravit.

[2] Arſacem nonnulli, ut ſuprà Strabo tradidit, Bactrianum fuiſſe dicunt, atque equidem nomen hoc ad urbis Bactræ ſimilitudinem tam propè accedit, ut Balcham & Bactram idem eſſe oppidum putaremus, niſi videretur Bactra nimiùm longè à Parthiâ diſtare. Moſes quidem noſter in Geographiâ ſuâ Balcham in Ariâ ponit, cui tamen Ariæ tam amplos fines attribuit, ut illud addubitemus, an non ipſam Bactram deſignaverit. Cæterùm alia forſan urbs hîc poteſt ſignificari, quam Chorenenſis in Geographiâ ſuâ Palham, ſeu, ut eodem itidem more exprimatur, Palcham nominat, in regione Perſidis ſitam, cujus ejuſdem, ut videtur, urbis tanta olim celebritas fuit, ut dialectus quædam antiquæ linguæ Perſicæ *Palbavenſis* fuerit appellata, ut Hydius monet, qui etiam oppidum Iſpahanum hoc ipſo nomine notari refert. De Relig. Vet. Perſ. p. 418, 420. Sed jam aliquid de regione Cuſæorum dicendum eſt; & nihil quidem nobis vero propius ſuccurrit, quàm *Coſſæos*, ſive, ut Plutarchus vocat, *Cuſſæos hîc ſignificari*, quæ quidem regio forſan, non malè cum iis, quæ ſuprà ſcripſimus, convenire videbitur ei, qui cogitaverit, quàm difficilis res ſit, provinciarum limites in antiquâ Geographiâ accuratè definire. Vid. Cellar. Geogr. Antiq. III. 19. p. 492.

[3] Hic locus depromptus eſt ex libro primo Maccabæorum, c. VIII. ubi hæc verba ad Judam Maccabæum ſpectant, quæ quidem ut de Arſace verè dici poſſint, ratio temporum nequaquam patitur. Turpis hujuſce erroris nullam aliam excuſationem afferre poſſumus, niſi quod ſuſpicioni locus relictus ſit, aliquid intercidiſſe, ut ex inſequenti notâ patebit.

[4] Cum Aſia hâc tempeſtate ſub Seleucidarum imperio fuerit, nullus propriè Aſiæ rex eſſe potuit, quîcum Arſaces ſocietatem coiret, ut ſe a Macedonibus, ſive Seleucidis tueretur. Rex autem hicce Aſiaticus à I Mac. VII. 6. inductus videtur. Neque tamen cum Aſiæ rege, ſed cum Romanis Arſaces fœdus fecit, ut ex hujuſce capitis inſcriptione liquet, adeò ut inde proclive ſit conjectari, nonnulla ex hoc Chorenenſis loco excidiſſe.

օգնեսցեն Մակեդովնացւոց, ոչ, հարկս, այլ պատարագս, ամի ամ[illegible]յն՝ 100 քանքար ։ Այսպէս տիրեալ ամս 31, և յետ նր Արտաշէս որդի՛ նորա՝ 26, զոր պայազատէ նորին որդին Արշակ, որ կոչեցաւ Մեծ, պատերազմի ը Դեմետրեայ, որդւոյ Դեմետրի Անտիգոնեայ. քանզի ՚ի վր նորա եկն ՚ի Բաբելոն Մակեդովնական զօրու, և պատերազմեալ ՚ի ᵃ պարտութի մատնեցաւ, զոր կալեալ Արշակայ՝, տարաւ ՚ի պարթևս՝ հանդերձ երկաթեղէն կապանօք, ուստի՝ և Սերիպիդէսն կոչեցաւ ։ և իմացեալ եղբօր նորին ᵇ Սիդիացւոյ Անտիոքայ՝ զգնալն Արշակայ, գայ՝, ունի զԱսորիս ։ Իսկ Արշակայ երկոտասան բիւրու՝ անդրէն դարձեալ, և Անտիոքոս՝ ՚ի սաստիկ ձմերայնոյն՝ հերքեալ, պատահի՛ նմա պատերազմաւ՝ յանձուկ տեղիս, և կորնչի հանդերձ զօրօքն, և Արշակ տիրէ՝ երրորդ մասին Աշխարհիս ։ ըստ ᶜ յերիկայցն պատմութեանցն Հերովդոտեայ՝ է՛ ուսանիլ՝ ՚ի չորրորդէն, որ յաղագս՝ բաժանելոյ զբոլոր երկիրս՝ յերիս մասունս, և կոչէ զմին Եւրոպէ, և զմին Լիբէէ, և զմին Ասիա, որում և տիրեաց Արշակ ։

dones ſublevarent, néve tributi, ſed doni nomine, centum talenta quotan-
3 nis penderent. Is ita imperavit annis [5] XXXI, & poſt eum Artaſes filius ejus annis XXVI, quem excepit Arſaces filius, cognomine Magnus, qui bella geſſit cum [6] Demetrio Demetrii Antigoni filio; is enim adverſùs illum cum exercitu Macedonico Babylonem venerat, & commiſſo prælio, profligatus eſt, quem Arſaces captum & vinculis ferreis aſtrictum in Parthiam abduxit, [7] Seripedis nomine inde appel-
4 latum. Frater verò ejus [8] Antiochus, Sidetes, cognito Arſacis diſceſſu, ad occupandam Syriam proficiſcitur. Tum Arſaces cum centum & viginti millibus inde regreditur, cui ſe Antiochus, ſæviente hyeme, prælio objecit, in loco anguſto, ubi ipſe unà cum exer-
5 citu interiit, atque ita Arſaces tertiæ partis terrarum orbis imperium obtinuit, ſicut ex quarto [9] Herodoti hiſtoriarum libro intelligere licet, qui totam terram diviſam ſcribit in partes tres, quarum unam Europam, alteram Lybiam, tertiam Aſiam eſſe appellatam, cui quidem parti Arſaces imperitavit.

ᵃ MS. գերութի. ᵇ MS. Սգացւոյ. ᶜ MS. յ՚ երակնացն.

ՊՐԱԿ

[5] Arſaces annos II. regnavit, cui frater Teridates ſucceſſit per annos XXXVII. Syncell. p. 284. Euſ. Chr. Gr. p. 68. Juſtinus etiam atque Appianus, tum de nominibus, tum annis Arſacidarum tam longè à Moſe diſcrepant, quàm ſi de diverſis regibus, id quod fortè verum eſt, ſermo fuerit, qui tamen Moſes hæc infrà repetit, l. II. c. 65. Atque hic quidem, quod aiunt, nobis aqua hæret. Neque enim incertas conjecturas libet interponere, ſed potius aſſenſum ſuſtinere, donec veritas clariùs eluceat. Id unum hâc in cauſâ Lectores meminerint, tametſi Græcorum Romanorúmque Scriptorum fides atque auctoritas magìs nobis perſpecta ſit atque explorata, Orientis tamen Scriptores rerum ſuarum accuratiorem certè notitiam habere potuiſſe.

[6] Hujus rei meminère Scriptor Maccabæorum, 1 Mac. XIV. Joſephus, Antiq. XIII. 5. Appianus in Bell. Syr. p. 131. Syncellus, p. 292. Juſtinus, XXXVI. 1. XXXVIII. 10. Cæterùm hic Demetrius non Demetrii Antigoni, ſed Demetrii Soteris filius fuit, atque hic Arſaces ab Appiano Phraates appellatur.

[7] *Στρατευσας δε επ᾽ Αρσακην εις Βαβυλωνα, αιχμαλωτος ὑπο Αρσακȣ, και εις την Παρθικην αναχθεις, εφερετο σιδηρωθεις, ὁθεν και Σιδηριτης ελεγετο ὑστερον.* Syncell. p. 292. Jam cum Sideritem & Seripedem habeas, *utrum horum mavis accipe.* Vid. Euſ. Chr. Gr. p. 71.

[8] *Αντιοχον τον Σιδητην Αρσακιος Παρθος ανειλε.* Syncell. p. 293. unde etiam Scaliger in Euſebii Chronicon Græcum conjecit, p. 191. Conſulas quoque Scriptores jam antè laudatos.

[9] Herodot. l. IV. §. 40--46. qui idem locus à Procopio citatur, De Bell. Goth. l. IV. quod ideo obſervamus, quia alia quædam ſunt, Procopio cum Moſe communia, quæ vix alibi occurrunt.

ԳԼՈՒԽ Գ։

Թագաւորեցուցանելն զՎաղարշակ Աշխարհիս Հայոց։

Ի ժամանակին յայնմիկ, Թագաւորեցուցանէ զեղբայր իւր զՎաղարշակ Աշխարհիս Հայոց, ընդ հիւսիսի, և զարևմուտս տալով նմա սահմանս։ Սա (որպէս յառաջնումն մերում մատենի գրեցաք) Այր քաջ, և խոհեմ, ընդարձակ տիրեաց ՚ի վր̄ սահմանաց իւրոց, և կարգս կենցաղականս, որ չափ մարթ էր, շնորհեաց աշխարհիս, և նախարարութիւս, և նոցին նախարարութեցն նահապետութիւնս հաստատեաց զԱրս պիտանիս, որք ՚ի զաւակէ մերոյն Հայկայ, և որ այլ։ Քանզի և յետ սանձահարելոյն զՄակեդոնացիսն, և դադարելոյն պատերազմացն, սկիզբն առնէ բարեգործութեցն Պարթևն Քաջ։ Նախ և առաջին, փոխարէն բարեաց հատուցանելով Առն զօրաւորի, և իմաստնոյ, որ ՚ի Հրէից Շամբայ Բագարատ, տալով նմա իշխանութի ազգաւ Թագադիր լինել Արշակունեաց, և որ ՚ի նմանէ ծնեալ ազգ լինել կոչմամբ յանուն նր̄ Բագրատունի, որ է այժմ մեծ նախարարութի ՚ի մէջ աշխարհիս։ Քանզի այս Բագարատ նախաձեռն զինքն մատոյց ընծայ ըստ կամաց Վաղարշակայ, յառաջ քան զպատերազմունս Արշակայ ը̄ Մակեդովնացւոց զօրութեանն, և այս ՚ի դըրան արքունի։ Իսկ ՚ի ծայրս Հայերէն խօսից կողմնակալ, իշխան բիւրուց, և հազարաց յարևմտից կողմանէ։

Բայց դարձցուք անդրէն ՚ի վեր, պա-

CAP. III.

Valarſaces conſtituitur Armeniæ Rex.

1 PER ea tempora fratrem ſuum Valarſacem, [1] Armeniæ Regem fecit, regionis ei oras tradens, quæ ad ſeptentriones atque occaſum vergunt. Is, ut in primo noſtro libro ſcripſimus, cum *Vir* eſſet *fortis* ac ſapiens, ſummum in *fines ſuos imperium* exercuit, ac vitæ rationem *in regione* noſtrâ, quantum licuit, inſtitutis excoluit, & Præfecturas inſtituit, quarum principatum detulit Viris idoneis de noſtri Haici aliorúmque progenie.
2 Quippe Parthus ille Fortis, ubi Macedones repreſſit, belláque compoſuit, beneficia conferre occœpit, atque omnium primum, viri *illius potentis* ac prudentis Sambæi Bagarati Judæi beneficia remuneravit, cui munus hæreditarium detulit, coronam Arſacidis imponendi, progeniémque ejus ab eo Bagratidarum nomen tenere juſſit, quæ etiamnum regionis noſtræ ſumma
3 manet præfectura. Namque *hic* Bagaratus pro eo ac Valarſaces voluit; ſe ipſe in Aulâ regiâ, ultro obtulit, ante bella Arſacis cum Macedonibus geſta. Cæterùm is extremæ Armeniæ Satrapiam ad occidentem verſùs gubernavit, ubi millibus deciéſque millibus præfuit.

Jam verò de bello Valarſacis in

շակայ

[1] Βασιλευς μεν ὁμογενης παλαι τοις Αρμενιοις καθιςατο, ἡπερ τοις αναγραψαμενοις των ἱστοριων τα αρχαιοτατα δεδιηγηται, επειδαν δε Αλεξανδρος ὁ Μακεδων τον Περσων βασιλεα καθειλε, Περσαι μεν δεδυλωμενοι ἡσυχῃ εμενον. Παρθοι δε Μακεδοσιν επαναςαντες, και τῳ πολεμῳ περιγενομενοι, εξηλασαν τε αυτους ενθενδε, και τα μεχρι ες Τιγριν ποταμον εσχον. Procop. de Ædific. Juſtinian. l. III. c. 1. p. 52. edit. Paris.

մեռով յաղագս՝ պատերազմին Վաղարշակայ ընդ Պոնտացիս, և որ 'ի Փռիւգիա, վասն՝ յաղթութեան նորա ։

Ponto ac Phrygiâ ejúſque victoriâ hiſtoriam repetemus.

ԳԼՈՒԽ Դ ։

Եթէ՝ որպէս միաբանեալ Վաղարշակայ ըզքաջս Հայոց 'ի կարգս զօրու, խաղայ 'ի վերայ Մակեդոնացւոցն մտերմաց ։

CAP. IV.

Valarſaces, fortiſſimis Armeniorum in unum collectis, diſciplinam militiæ format, atque inde adverſùs Macedonum ſocios proficiſcitur.

ՅԵՏ պատերազմին՝ Արշակայ ընդ Մակեդոնացիս, և ունելոյ զԲաբելոն, և զարևելեայս Ասորեստանի, և զարևմտեայս, ᵃ միաբանէ՝ Վաղարշակ զօր բազում յԱտրպատականէ, և 'ի Հայոց, որ 'ի միջոց աշխարհիս՝, Արս անուանիս, և քաջս, և որ՝ առ սահմանօքն Ատրպատականի, զկոչեցեալն Բագարատ, և որք ընդ նովաւ՝ քաջք, և զծովեզերեայսն՝ մանկունս, որք 'ի Գեղամայ՝, և որք 'ի Քանանացւոց, ᵇ և Շարայի ծնունդք՝, և Գուշարայ, և առ ընթեր՝ Սիսականն, և զԿադմէականսն՝, և զսոցայն մերձաւորսն, ոչ թէ՝ զկէս մասն աշխարհիս, հասանէ 'ի միջոց աշխարհիս վերագոյն՝ քան զակունս՝ ծովին մեծի, յափն Երասխայ, մօտ յարմաւիր՝ որ ասի բլուր, աւուրս շատս առնելով անդ՝, ոչ ամօթ է ասել, զի՝ ոչ գիտէին զկարգս ինչ ։ և աստ միաբանեալ զկողմանս աշխարհիս՝, հասանէ առ սահմանօք խաղտեաց ։ քանզի՝ Խա-

ղդեայս,

1 POſtquam Arſaces, cum Macedonibus bellum gerens, Babylonem cepiſſet, Aſſyriámque tum ab oriente, tum ab occaſu occupâſſet; Valarſaces magnas copias ex Atropatiâ comparat, Viróſque inclytos ac fortes ex mediâ Armeniâ deligit, atque eum, cui Bagarato nomen, Atropatiæ fines accolentem, cum iis, qui ſub ejus imperio fuêre, & maritimos juvenes, Gelami,
2 Chananæorum, Saræi, Guſariíque poſteros; quíque Siſacias & Cadmæas oras habitabant, eorúmque finitimos ad dimidiam ferè regionis partem in unum cogit, quibuſcum in mediam regionem pervenit, paulò ſupra origines [1] magnæ paludis ad ripam Eraſchis, prope collem, ut appellatur Armavirenſem, ubi complures dies, quod narratu par eſt, commoratus eſt, cum turma diſciplinæ bellicæ nondum eſſet gnara, atque ibi etiam collectis earum terrarum incolis, ad [2] Chaldæ-

ᵃ MS. միաբանէ և. ᵇ Deeſt in Edit. և.

[1] Magna hæc palus videtur alio nomine Gelacunia fuiſſe appellata, ut colligere licet ex l. III. c. 46. infrà.

[2] Hi ſunt Chaldæi, quos Xenophon memorat, atque Armeniis finitimos fuiſſe docet. De Inſtit. Cyri. III. p. 71. Eos Strabo in Ponto collocat, & Chalybes olim vocatos refert, quos tamen à Chaldæis Xenophon diſtinguit; De Expedit. Cyri, VII. p. 427. Οἱ δὲ νῦν Χαλδαῖοι, Χαλυβες τὸ παλαιὸν ὠνομάζοντο. Strab. XII. p. 549. Inſignem Euſtathii locum noluimus hìc prætermittere. Χώρα δὲ Ἀρμενίας ἡ Χαλδία, ἧς μέχρις ἡ Ποντικὴ βαπλεια. τοὺς δὲ ἐκεῖσε Χαλδους λέγεσθαι ἐπικρατεῖ ἡ συνήθεια διουλλαβως, ὁ Χαλδαιους. —— λεγονται μεντοι παρα τινων και οἱ περι Χαλκιδα Χαλδοι, χαλδαιοι τρισυλλαβως, κατα Δικαιαρχον. Euſtath. ad Dionyſii Perieget. v. 767, ubi pro Χαλκιδα in Codice Etonenſi rectiùs ſcribitur Χολκιδα, quod Χολχιδα verè ſcribendum erat; namque hanc Chaldæorum provinciam Moſes noſter in Geographiâ, Colchidis partem fuiſſe tradit; quam ſcriptionem Stephanus etiam Byzantinus confirmat. Εισι δὲ και Χαλδαιοι ἐθνος πλησιον της Χολχιδος. Steph. in voce Χαλδαιοι.

զիկիայ, Պոնտոս, Մաժաք, Փռիւգիայ, և այլք, ոչ գիտելով զհամբաւ պատերազմին Արշակայ առ Մակեդոնացւոց պետութիւնն, զմիաբանութի դաշանցն հաստատուն առ Մակեդոնացիսն պահէին։ Վն որոյ ոմն Մորփիլիկեայ միաբանեալ զաստցեալն զայնոսիկ կողմանս, և գրգռէ ՚ի պատերազմ ընդ Վաղարշակայ. բայց պատահեն միմեանց առ բարձրաւանդակի միոջ բլրով քարագագաթնիւ, այժմ ասի Կողոնիա. և [c] մօտելք առ միմեանս, ձիգ ասպարիզովք միջոցացն ամբանան կողմանքն երկոքին բովանդակ աւուրս։

[c] MS. մօտեալք.

3 orum fines procedit. Quippe Lazicia, Pontus, Mazaca, ac Phrygia, aliáque circùm loca, ad quæ belli Arſacis in Macedonum imperium haud pervenerat fama, amicitiæ fœdera cum Macedonibus icta inviolatè ſervabant. Itaque Morphilocus quidam, regionem eam conſocians, Valarſacem prælio laceſſit, qui quidem obvii occurrerunt, apud collem quendam excelſum, lapidoſo cacumine celebrem, qui nunc nomen [3] Coloniæ tenet; et quantum ſtadiorum intercedebat, cum uterque communîſſet, complures ibi dies conſtiterunt.

ԳԼՈՒԽ Ե.

Պատերազմ Մորփիլիկեայ, և մկնդահար մահ։

Զկնի՝ անցանելոյ՝ բազում աւուրց ամրանալոյ՝ կողմանցն երկոցունց. գրգռի պատերազմ ՚ի մերմէ կողմանէս դիմեալ. վն որոյ յարդարէ՛, կամաւ՝ կամ ակամայ, և Մորփիլիկեայ զկուր կողմանն Ճակատ, [a] հաանէ՝ յանդուգն յարձակմամբ. քանզի՝ այր սրտեայ՝ էր, անդամօք երկար, և ըստ իրեարս պատշաճ, զոյգ մարմնով՝, և ոյժ սաստիկ ունելով, ամրացեալ պղնձով՝, և երկաթով՝, և այլովք ընտիր վառելովք ոչ պակաս ինչ Թուով՝, տապաստ յերկիր արկանէ՝ արս ընտիրս՝, քաջս՝ ՚ի մանկանցն Վաղարշակայ, և ջանայր հասանել յԱրքայն.

[a] Edit. հատանէ.

CAP. V.

Prælium cum Morphiloco, qui jaculo ictus, cecidit.

1 QUUM jam multos dies ſe uterque munitionibus continuiſſent, pugna tandem ab noſtrâ parte cietur. Morphilocus igitur, coactus aciem ſuam inſtruit, ac acerrimè impetum facit; ut qui vir eſſet animoſus, procerus, ac membris inter ſe concinnè aptis præditus, viribúſque corporis
2 plurimùm pollens. Is ære & ferro munitus, atque aliis non paucis delectis armatis circumdatus, fortes viros, ex Valarſacis juventute electos, cum humi proſtraviſſet, per magnum agmen armatum, ad regem Armenium adire contendit; atque ubi propè acceſſit,

Հայոց

[3] Hujus loci meminit Procopius, quem in Armeniâ olim ædificatum, deinde à Pompeio communitum, qui ei Coloniæ nomen indidit, ac poſt ab Juſtiniano refectum narrat. Ην δε [φρ]ουριον εν τηδε τη χωρᾳ εν ακρωνυχιᾳ λοφυ κατ[α]κρημνυ πεποιημενον τοις παλαι ανθρωποις, ὁ δη Πομπηϊος εν τοις ανω χρονοις ὁ Ρωμαιων στρατηγος εξελων, και της χωρας τῳ πολεμῳ κυριος γεγονως, εκρατυνατο τε ὡς μαλιστα, και Κολωνειαν επωνομασε. De Ædific. Juſtinian. III. 4. p. 57.

Հայոց՝ 'ի մէջ խմբի միոյ մեծի՝, և զի-
նու ամրացելոյ. և մօտ անցեալ, յաջ-
ողեցաւ ձգել զսուինն, քանզի էր
կորովի, և երկայնաձիգ հեռի[b] զաշ-
տենս[c] յարձակել, որպէս 'ի Թռիչս
սրաթև հաւուց. այլ ոչ ինչ կարի
յամեցին՝ ը մէջ[d] անցեալ արք քաջք,
և անուանիք, 'ի զարմիցն Հայկայ, և
Ասորեստանւոյն Սենեքերիմայ, և հա-
րեալ աշտէիւք՝, զքաջն սատակեցին,
և զզօրսն առաջի արկեալ, 'ի փախուստ
դարձուցանեն. բազում վտակս արե-
ան հեղեալ, զերկիրն ոռոգանէին՝,
իբրև հեղեղօք անձրևաց, և յայնմ հե-
տէ՝ դադարեալ խաղաղէր երկիրն,
նուաճեալ ընդ ձեռամբ Վաղարշակայ,
և Մակեդոնացւոցն դադարէր գոռն.

telum dexterè conjicere parat, erat e-
nim jaculandi peritiſſimus, atque emi-
nus aves celeriter volantes miſſilibus
3 ferire poterat. Tum verò nec mora,
viri fortes celebréſque, de ſtirpe Hai-
ci, Aſyriíque Senecharimi interveni-
entes, virum eum ſtrenuum telis confo-
dêre, exercitúmque ejus in fugam ver-
têre, et variis ſanguinis rivis, tanquam
pluviarum diluvio, terram irrigavêre;
atque ita ab eo tempore, à Valarſace
ſubacta regio otium & pacem habuit,
Macedonúmque ſtrepitus deſiit.

[b] Edit. յաշտէնս. [c] MS. արձակեալ. [d] MS. անցանել.

ԳԼՈՒԽ Զ.

Եթէ՝ որպէս կարգեաց Վաղարշակ զարևմուտս մերոյ աշխարհիս, և զհիւսիսի.

CAP. VI.

Quemadmodum Valarſaces occidentales atque aquilonares regionis noſtræ oras ordinaverit.

Ի[a] այսպէս կատարեալ կարգէ զսահմանս Մաժաքայ, և Պոն-
տացւոց, և զԵգերացիս, գառ-
նայ զհիւսիսեաւ առ ստորոտով[b] Պա-
հարեայ 'ի մէջ Տայոց, 'ի գիճին, և 'ի
մառախլուտ տեղիս մայրեաց, և 'ի լոռ-
ուէտս, գեղեցիկ իմն անդ կարգե-
լով զերկիրն, հաւասարելով զլեռնայ-
ինն, և[c] զջերմայոտն. 'ի բարեխառն,
և 'ի զուգագեղեցիկ վայելչութիւն իւ-
րոյ Թագաւորութեանն ամառնային
ժամանակին հովանոցս պատրաստե-
լով, յորժամ զհիւսիսեաւ երթիցէ,

1 Itaque confectis & compoſitis Ma-
zacæ, Ponti, [1] Egeriæque rebus,
prope radices Pahariæ, inter [2] Taien-
ſes, ad loca humida caliginoſaque, ſil-
vis paludibúſque plena ſeptentrionem
verſùs iter convertit, atque ibi terram
pulchrè decoravit, montana compla-
nans, & calida loca temperans; at-
que ad regni ſui decus & ornamen-
tum æſtivis temporibus umbracula
præparat, quandocunque in aquilonis
2 partes iturus foret, ac duo ſtabula in
nemoroſa planitie ſub montibus poſuit,

գոմս

[a] MS. այս այսպէս. [b] MS. Պարխարայ. [c] MS. զջերմահոտն.

[1] Egeria eadem regio eſt ac Colchis, ut ex Moſe noſtro in Geographiâ diſcimus.

[2] Taia eſt Armeniæ majoris provincia, de quâ vide Moſem in Geographiâ.

գոմս զերկուս տափարակսն, անտառա-
խիտս, հանդերձ լերամբքն կազմելով.
և որսոյ տեղիս. և զջերմութիւնն Կո-
ղայ 'ի մարմանդս այգեաց, և բու-
րաստանաց: այլ խորեմ աստ վս սի-
րելի առնն յայտնի գրել զամ, և մանր-
ապատում, զի անցից նշանակելով մի-
այն զտեղիսն հաւաստի, և զոձրն 'ի բաց
թողեալ, վասն պկապ սիրոյ զհրաշա-
լւոյն անխզելի պահելոյ: Եւ աստ կո-
չեցեալ զվայրենի, եկամուտ ազգն [a] որ
'ի դաշտին Հիւսիսոյ, և որ զստորոտով
մեծի լերինն Կաւկասու, և որ 'ի հո-
վիտսն, կամ 'ի ձորս [e] երկայնաձիգս
խորացեալք զհարաւով, 'ի լեռնէն 'ի
վայր մինչև 'ի դաշտաբերանն մեծ
իջանեն, պատուէր [f] տալով զաւազա-
կութի, և զմարդադաւութի յինքեանց
'ի բաց քեցուլ, և հրամանաց, և հար-
կաց արքունի հպատակ լինիլ, ոպ զի
միւսանգամ տեսեալ զնս, Առաջ-
նորդս, և Իշխանս հանդերձ գեղե-
ցիկ կարգօք հաստատեսցէ, և արձա-
կէ զնս հանդերձ արամբք իմաստնովք,
և վերակացուօք յիւրմէ: և ինքն ար-
ձակեալ զարևմտեայ բազմութիւնն,
իջանէ 'ի տեղիս խոտաւէտս, մերձ 'ի
սահմանն Շարայի, զոր հինքն անփայտ,
և վերին [g] Բասեան կոչէին, իսկ յե-
տոյ վս հաստուածին [h] Վնդուր Բուլղա-
րայ, Վնդոյ [i] բնակելով 'ի տեղիսն, յա-
նուն նորա անուանեցաւ Վանանդ, և
անուանք չինիցն, յանուն եղբարց, և
զարմից նորա անուանեալ կոչին մինչև
ցայժմ:

& loca venatui apta paravit, caloremque oppidi Colæ vineis hortiſque temperavit. Jam verò de viro hoc dilectiſſimo omnia ſingulatim declarare nolo, quò res certiores notem, filúmque orationis abrumpam, ut viri hujus mirifici vinculum amoris integrùm con-
3 ſervem. Huc itaque ubi agreſtes advenas, Septentrionis populos, & magni montis Caucaſi accolas convocavit, quíque in longis vallibus demerſi degebant, in Auſtri partibus, quà de eo monte in magnam planitiem deſcenditur, iis præcipit, ut latrocinia atque inſidias facere deſiſterent, & mandatis regiis obtemperarent, tributáque penderent, ut, cùm iterum eos viſurus eſſet, Duces ipſos ac Principes conſtitueret, & eorum ſtatum ſplendidè ordinaret, atque ita cùm de ſuis ſapientes viros eis præfeciſſet, miſ-
4 ſos facit. Dimiſſis inde Occidentis populis, in herbidos campos ipſe deſcendit, juxta Saræi fines, quem locum veteres Baſeniam ſuperiorem & lignis carentem appellârunt, pòſt verò ob coloniam [3] Bulgarorum à Vendo quodam illò deductam, qui & ipſe ibi habitavit, ab ejus nomine agri Vanandenſis nomen traxit, & oppida circumjecta de fratribus & progenie ejus acceptas ad hanc uſque ætatem
5 appellationes tenuerunt. Cæterùm ubi aquilonis frigus, & ſæva flamina jam

[a] Deſunt in Edit. որ 'ի դաշտին. [e] MS. երկայնագոգս. [f] Edit. առ-նելով. [g] MS. Բասէն. [h] MS. Վղնդուր. [i] MS. բնակելոյ.

[3] Si veterem Armeniacæ linguæ pronunciationem, quæ noſtra conſuetudo eſt, hic ſequebamur, Hos oportetet Bullarios potiùs appellari, quos cum Armeniis recentioribus Bulgaros vocavimus; cum eos hoc in loco intelligi veriſimile ſit, atque ex pravà pronunciatione ſcriptio mendoſa facilè potuerit oriri. Atque hinc quidem La-Crozius ſcriptoris noſtri antiquitatem addubitat. Utrum rectè an ſecus, id æquus atque eruditus Lector dijudicet. Nam tametſi hi populi non ante ſeptimum à Chriſto ſeculum in Europam commigrabant, quin tamen ſedes antiquitùs in Sarmatiâ circa Volgam flumen habuerint, nulla nobis in præſentiâ ſubeſt dubitandi cauſa. Vide infrà, c. VIII.

ցայժմ։ Իսկ ՚ի ցրտանալ հիւսիսոյ, և ՚ի դառն հողմ փչելոյ, խաղայ, իջանէ ՚ի դաշտն մեծ, և անդ զափամբ ծովին մեծի բնակի, ՚ի տեղւոջ ուր գետն մեծ ՚ի ծովակէն Հիւսիսոյ սկիզբն առեալ, իջանէ, և խառնի ՚ի ծովն մեծ։ Եւ անդ կարգեալ զզօրս աշխարհիս, և թողեալ վերակացուս յիւրքենէ, և իւր առեալ զգլխաւորսն զնմ, չուէ ՚ի Մծբին։

increbeſcebant, in planitiem magnam devenit, atque ibi præter litus magnæ paludis conſedit, quo in loco amnis magnus, ab lacu Aquilonari originem ducens, in paludem magnam influit. Inde cum regionis ejus militiam ordinâſſet, ducéſque ex ſuis præfeciſſet, ipſe, præſtantiſſimo quoque ſecum ſumpto, Niſibin profectus eſt.

ԳՐԱԿ Է.

CAP. VII.

Յօրինուած թագաւորութեանն, եթէ ուստի զնախարարութիւս կարգեաց, և որպէս, և զի արդ կենցաղավարիլ հրամայեաց։

Quemadmodum regni ſtatum, & præfecturas ordinaverit, vitæque rationem inſtituerit.

ԱՅՍ դրօշագ մեծ, և հաւաստի, պատմութեամբ լի, և [a] արժանի բանից ողորկագունաց, և յոլովից. քանզի բազում ինչ աստ կարգաց, և յօրինուածոց, տանց, ազգաց, քաղաքաց, շինից, դաստակերտաց, և համայն ասել օրէն թագաւորութե, և որ ինչ շուրջ զթագաւորութեն, զօրաց, զօրապետաց, կողմանց, կողմնակալաց, և որ նման այսոցիկ։ Արդ նախ, և առաջին, օրինադրէ թագաւորն զինքն, և զտուն իւր, և սկիզբն առնելով ՚ի գլխոյ իւրմէ, և ՚ի թագէ, զկոչեցեալն որ ՚ի Հրէից Բագարատ, շնորհակալութի նմա, վս յառաջագոյն անձնատուր ձեռնտուութեն առ թագաւորն, և միամտութե, և քաջութեն, և զյառաջ ասացեալ տանուտէրական պատիւն ազգին պարգևելով, և իշխել նմա թագ ՚ի գլուխ դնել թագաւորին, և կոչիլ Թագադիր, այլ և Ասպետ, և առանց ոսկւոյ, և ականց, զկրսէր մարգարիտն երեքտակեան վարսակալ ածել յորժամ յարքունիս ՚ի

1 JAM verò quaſi major nobis Tabula apparet, affabrè polita, compluribúſque hiſtoriis memoratu dignis ornata ac referta. Narrandum eſt enim de variis legibus & conſtitutionibus, familiarum, gentium, civitatum, oppidorum ac villarum, atque adeò, ut omnia complectar, de lege regni, & rebus ad regnum pertinentibus, militibus, ac ducibus, provinciis, earúmque gubernatoribus, aliíſque ejuſ-
2 dem generis. Atque omnium primum, ſe rex familiámque ſuam componit, & à capite ſuo & coronâ initium faciens, Ei, qui ab Judæis Bagaratus appellabatur, gratiam refert, quòd ſe in principio regi dedidiſſet, ſinceréque ac fortiter egiſſet. Itaque, ejus genti munus id honorificum defert, ut coronam regi imponeret, ipſúmque inde Coronantis atque Equitis nomen accipere jubet, permittítque, ut triplici redimiculo, ab auro gemmíſque vacuo, parvâ tamen margaritâ ornato crines,

ասան

[a] Edit. արժանից ողորկագունաց.

տան Թագաւորին՝ շրջիցի ։ Եւ՝ զգեցուցանօղս իւր զձեռս ՚ի զաւակէ Քանանացւոց, և անուն կոչէ ազգին՝ Գնթունիս՝, ոչ գիտեմ էր աղագաւ ։ Եւ Թիկնապահս իւր՝ զինուհանդերձ, ՚ի զաւակացն Խոռայ [b] Հայկազնոյ, արս ընտիրս՝, և քաջս, նիզակաւորս՝, և սուսերաւորս, և գլուխ նահապետութենոցա՝ զՄաղխազ ոմն, այր բարի՝, և սրտեայ ․ բայց՝ անուն ազգին զնախնականն պահէ ․ իսկ՝ [c] զԴատ՝, որ ՚ի զաւակէ՝ Գառնիկայ՝, որ ՚ի Գեղամայ, ՚ի վերայ որսոց արքունականաց կարգէ ․ որոյ որդի եղեալ՝, Վարաժ՝ յանուն նր, անուանի ազգն ․ բայց՝ այս զկնի՝ յաւուրս Արտաշիսի ։ Եւ զԳաբաղ ոմն անուն, ՚ի վերայ կուտից, և զԱբէլ սպասարար, և գահաւոր, և շէնս պարգևէ՝ նց, յորոց անուն կոչին սապէս՝ և նախարարութիքն՝ Գաբեղեանք, և Աբելեանք ։

Եւ զԱրծրունիսդ՝ գիտեմ, ոչ՝ Արծրունիս, այլ՝ Արծուէի-ունիս, որք՝ [d] զարծըւիս առաջի՝ նր կրէին ։ Թողում զառասպելացն բաջաղմունս՝ որ ՚ի [e] Հադամակերտին պատմի, մանկան նիրհելոյ՝, անձրև՝, և արև՝ հակառակեալ, և հովանի Թռչնոյն պատանւոյ Թալկացելոյ ։ Գիտեմ և զԳնունիսդ՝, Գինի-ունիս, զարժանի Թագաւորին պատրաստել ըմպելիս ․ որ սքանչելի իմն դիպեալ եղև՝ ըստ գործոյն՝ և անուանն ․ քանզի պատրաստէր զըմպելիս արքայի, յընտիր՝, և ՚ի համեղ գինեաց, ունէր՝ և կոչումն անուանն՝ գին՝,

cingeret, dum per aulam regiam in-
3 cederet. Ex Chananæorum etiam progenie deſignat, qui ſibi manus induerent, atque eos [1] Genthunios appellat, ſed cauſam nominis ignoro. At Satellites ſibi armatos, de Chori Haicani ſtirpe legit, viros fortes, haſtis, gladiiſque inſtructos, eorúmque principem Malchazum quendam, virum bonum & animoſum conſtituit; ſed avitum gentis nomen retinuit. Datum à Garnico Gelamii filio ortum, regiis venationibus præficit, de cujus filio, nomine [2] Varazo, gens ſea nuncupata eſt, verùm id poſtea factum eſt regnante Artaſe.
4 Gabalum inde quendam procuratorem villicum conſtituit, atque Abelum ei adminiſtrum attribuit, eíſque oppida aſſignat, & ab iis Præfecturæ, Gabelenſis atque Abelenſis, appellationes ſuas traxêre.

Novi etiam Arzrunios, non tamen Arzrunios, ſed potiùs Arzui-unios, id eſt, *aquilam tenentes*, quam ante eum
5 portabant. Omitto fabularum ineptias, quæ Hadamacertis narrantur, de puero dormiente, imbre ac ſole adverſantibus, & de ave juvenem langueſcentem obumbrante. Agnoſco quoque Genunios, vel potius Geni-unios, id eſt, *vini curam habentes*, ad quos pertinebat poculenta regi apparare, quorum officio nomen etiam mirè con-
6 veniebat; etenim qui regis pocula ex dulci atque exquiſito vino parabat,

Է

[b] Edit. Հայկայնոյ․ corruptè. [c] MS. զՋատ․ [d] Abeſt ab Edit. զարծըւիս․ [e] MS. յ՚Ադամակերտին․

[1] Nobis tamen non difficile eſt cauſam nominis conjecturâ aſſequi, cum vox ſimilis in variis linguis adhuc maneat, quæ manuum tegumentum ſonat. Gallicè *gant*, Italicè *guanto*, Hiſpanicè *el guante*. Hic iterum La-Crozius Chorenenſem arguit, quòd recentioribus vocabulis utatur. Sed quis poteſt hujus vocis primordium inveſtigare, aut, quin olim in Armeniam immigrârit, illud pernegare. Itaque hujuſcemodi res dubiæ, etſi ſunt ſuſpicioſæ, ac lectori perſpicaci ſcrupulum meritò injiciunt, vix tamen tantam vim habent, ut ſcriptoris fidem diſjiciant.

[2] Vide infrà, l. II. c. 10.

Է որ՝ կամի՛ մեծապէս [f] ուրախացեալ, ամենամեծապէս Վաղարշակ կարգէ ՚ի թիւ նախարարութեան ազգաց։ Եւ են այս երկու տունքս՝ ՚ի զաւակէ Սենեքերիմայ, Արծրունիք, և Գնունիք։ Ասեմ և զՍպանդունիսդ, ՚ի վերայ զենարանաց, և զՀաւունիսդ, Բազեակալս յաղագս ՚ի մայրիս բնակելոյ։ և եթէ առ ցոփս ինչ ոչ ունիցիս, և զձիւնակալսդ, ամարանոցաց պահակս, և ձիւնակիրս, և յառաջադիմութէ ազատացեալս, որպէս ընտանիք թագաւորաց։ Եւ գունդս, և պահապանս դրան արքունի կարգէ զչորս, զմի՛ մի իւրաքանչիւր բիւրովք վառելովք, ՚ի նոյն հին ՚ի զարմից թագաւորացն, որք ՚ի մերոյ նախնւոյն Հայկայ, որ բուն ոստանն անուանեալ։ որք Է ժամանակս ժամանակս ժառանգութի ՚ի հարցն ընկալեալ գեօղս, և դաստակերտս։ Իսկ ապա ուրեմն Պարսից թագաւորութեն այլս ոմանս յարուցեալ գունդս, և ոստան անուանեալ, ոչ գիտեմ թէ վն [g] սպառելոյ ազգին առաջնոյ, և թէ վն ընդդիմութե իրիք [h] արդեօք նշկահեալ, և ՚ի բաց ընկեցեալ զազգն, զայսլ ՚ի տեղի նց յարուցին գունդս անուամբ արքունի։ Այլ [i] առաջին ՚ի զարմից թագաւորացն առաջնոց հաստատի, որպ և այժմ ՚ի Վրաց աշխարհին, որ Սեփեծուլն կոչի։

Նա և ներքինիս ՚ի նոյն ազգէ խրգէլ հրամայեաց, և նահապետ նոցա զՀայրիշխան, [k] մասն ինչ յ'Ատրպատականէ

huic caſu nomen erat Gino, [quod *pretium* ſonat,] quâ de re Valarſaces lætatus, genus ejus in Præfecturarum numerum aſcripſit. Atque hæ ſunt duæ gentes ex ſtirpe [3] Senecharimi, Arzruniæ, & Genuniæ. Memorare juvat etiam Spandunios, id eſt, *cædi præfectos*, quibus laniarii curam mandavit, atque Havunios, hoc eſt, *aves aucupantes*, qui in ſilvis habitabant, ut ac-
7 cipitres captarent. Statuit etiam, quod fortaſſe ſupervacaneum exiſtimaveris, qui nivem per æſtatem conſervarent atque in aulam afferrent, eíſque, tanquam domeſticis regum famulis, libertatem conceſſit. Ad regiam autem cuſtodiendam cohortes quatuor, denûm millium armatorum, conſtituit, de veterum regum progenie, qui ab Haico progenitore noſtro orti, quas cohortes verum [4] Oſtanum nominavit, quæ deinde per multas ætates oppida & villas, avitas opes, tenuêre. Jam
8 verò Perſarum reges alias cohortes inſtituêre, quibus idem Oſtani nomen indidêre. Utrum, quia prior gens interiit, an, quòd, contentione aliquâ ortâ, contempta ſit & neglecta, ac nova propterea cohors in ejus locum regio nomine fuerit inſtituta, id nobis parùm conſtat. Cæterùm priores illas à priſcis iis regibus ortas eſſe conſtat, ut & illam, quæ in Iberorum regione adhuc manet, & Sephezulia appellatur.

9 Præterea ex eâdem gente Eunuchos ſibi deligi juſſit, quibus Hæriscanum principem præfecit, attribuít-

մինչև

[f] MS. զուարճացեալ. [g] MS. պառուելոյ. [h] իրիք ընկելոյ. [i] MS. առաջինն հաստատ ՚ի. [k] MS. մասին.

[3] Vide ſuprà, l. I. c. 22.

[4] *Oſtan* vox eſt Perſica, quam Caſtellus in Lex. Perſ. interpretatur, *Limen oſtii*, & *aulam regiam*. Nos ſuprà, ut loci ſententia poſtulabat, *Aſylum* reddidimus. Hic ſatìs aptè *ſatellites regios* potuimus vertere.

մինչև ց՚Ջուաշ, և ց՚Նախճաւան, և նահապետութե ազգին Սամծարոյ։ Բայց թէ որպէս, կամ ուր սորա իրք անյիշատակելի, ես ոչ գիտեմ։ Բայց յետ կարգելոյ զտուն թագաւորին, երկրորդ թագաւորութեանն լինէր ՚ի պաճակէ Աժդահակայ, Մարաց եղելոյ թագաւորի, որ այժմ Մուրացեանդ կոչեն. քանզի ոչ ասեն նահապետաց ազգին Մուրացեան տէր, այլ[l] Մուրացւոցն տէր։ և թողու ՚ի վերայ նր զամ շէնս, որք ՚ի գերութենէն Մարաց։ Եւ յարևելեայ կողմանէ զեզերբ Հայկական խօսիցս, կողմնակալս բիւրաւորս, զերկուս ՚ի ցեղից տանց նահապետութեց, զՍիսակեանսդ, և որ ՚ի Կադմեայ տանէն, զորոց զանուանս ՚ի միում ՚ի յառաջագունից ասացեալ ճառիցն կարգեցաք։ Յետ սորա մեծ և անուանի, և բազմաբիւր զարևելեայ հիւսիսոյ կողմանն կարգէ կողմնակալութի, զայր անուանի, և յամ գործ մտաւորութե, և հանճարոյ, և գործոյ պատերազմի, և խորհրդականութեան առաջին, զԱռան,[m] առ մեծաւ գետովն որ հատանէ զդաշտն մեծ՝ որ անուանի Կուր։

Բայց զայս գիտեա, զի զցեղս զայսոսիկ մեծամեծս, և անուանիս, մոռացումն եղև մեզ յառաջնումն մատենին յիշատակել, զգունդն որ ՚ի Սիսակայ, որ ժառանգեաց զդաշտն Աղուանից, և զլեռնակողմն նորին դաշտի, որ ՚ի գետոյն Երասխայ, մինչև ց՚ամուրն որ կոչի Հունարակերտ. և աշխարհն, յանուն քաղցրութե[n] բարուցն, անուանեցաւ Աղուանք. զի՝ Աղու ձայնէին զնա վս

que eis Atropatenes partem aliquam uſque ad Zuaſum & Naxuanum, & familiæ Samezariæ principatum. Cur autem hujus præfecturæ res non memoriæ mandatæ fuerint, illud etiam
10 minùs liquet. Familiâ regiâ ita conſtitutâ, ſecunda ab regali gente fuit ea, quæ de ſtirpe Aſtyagis, Medorum qui fuerat rex, profecta erat, quam nunc Murenſem vocant, neque enim Murenſis gentis, ſed Murenſium principem nuncupant, atque his omnia oppida aſſignat, quæ ex Medis capta
11 fuerant. Cæterùm ab oriente, in iis locis, qui Haicani ſermonis fines & termini ſunt, duos conſtituit præfectos, de Siſaci & Cadmi ſtirpe, quorum nomina in hiſtoriâ noſtrâ[5] ſuprà memoravimus. His conſtitutis, celebrem illam ac numeroſam Præfecturam ordinat earum terrarum, quæ inter ortum ſolis & Septentrionem ſpectant, atque ei regioni præpoſuit virum inclytum, & ingenio, prudentiâ, belli peritiâ, & conſilio longè omnium principem, A-
12 ranum, quem ad magnum flumen collocavit, quod in planitièm magnam delabitur, & *Cyrus appellatur.*

Scias autem velim maximas has atque illuſtres familias in priore libro oblitum me eſſe commemorare, nempe cohortem Siſaciam, quæ planitiem Albanam tenuit, & montanam regionem campis illis circumjectam, ab Eraſche flumine uſque ad caſtellum,
13 quod vocatur Hunaracerta; quæ quidem regio ab ſuavitate morum Siſaci appellabatur Aluana, [Albana], quippe ob morum ſuavitatem eum[6] *Alu*

քաղցրու_

l MS. մարացւոցն.   m Deeſt in Edit. առ.   n Edit. բարուցն որ.

5 Vide l. I. c. 11.
6 De vocis *Alu* ſignificatione nihil aliunde novimus, id quod propterea monuimus, ne Lector pro Armeniaco vocabulo haberet.

քաղցրութեան բարուցն. և 'ի սորա ծնըն-
դոց այս Առան, անուանին, և քաջս
կարգեցաւ կողմնակալ բիւրաւոր 'ի
ՊարթևէնՎաղարշակայ։ 'Ի սորա զաւա-
կաց ասեն սերեալ զազգն [o] Ոտեաց-
ւոց, և Գարդմանացւոց, և Ծոդաց-
ւոց, և Գարգարացւոց իշխանութիւնս։
Իսկ Գուշարայ որ յորդւոցն Շարայի
ժառանգեաց հաւասար բնակութե
իւրոյ զլեառն մըթին, որ է Կանգարք,
և զկէս մասին Ջաւախաց, զԿողբ,
զԾոբ, զՁոր, մինչև յամուրն Հու-
նարակերտ։ Բայց զտէրութիւն Աշո-
ցայ, և սեպհականութիւն Տաշրաց
կարգէ Վաղարշակ 'ի զաւակաց Գու-
շարայ Հայկազնոյ։ Իսկ ընդդէմ լերինն
Կաւկասայ, կողմնակալ հիւսիսոյ զմեծ
և զհզօր ազգն, և նահապետութե,
անուն Կարդայ բդեաշխ Գուգարաց-
ւոց, որ էր լեալ 'ի զաւակէ Միհրդա-
տայ, Դարեհի նախարարի, զոր ածե-
ալ Աղեքսանդրի, Թողու իշխան 'ի վր
գերութեանն Իվերիացւոց ազգացն,
զոր էած Նաբուգոդոնոսոր, ոպ Ա-
բիւդենոս պատմէ այսպէս ասելով։
Մեծազօրն Նաբուգոդոնոսոր [p] ուժ-
գնագոյն էր քան զՀերակլէս 'ի Լի-
բէացւոց։ Իվերիացւոց աշխարհն զօ-
րաժողով լեալ հասանէր, և վանեալ
վտանկեալ ընդ ձեռամբ նուաճէր, և
զմասն մի 'ի նոցանէ յաջակողմն Պոն-
տոս ծովու տարեալ բնակեցուցանէր։
Եւ է վերին այն յեզր երկրի յարև-
մուտս։ Իսկ 'ի հովտին մեծի Բասե-
նոյ, կարգէ նահապետութիւն, զոր
Դունին անուանեալ, որ 'ի զաւակացն
Հայկայ։

nominabant. Itaque Aranus hicce, clarus ac fortis, eo prognatus, ab Valarſace Partho decem millium præfectus conſtitutus eſt; & ex hujus progenie profectam narrant gentem Ogenſem, & Gardmanenſium, Zodenſium
14 & Gargarenſium principatum. Guſarius autem, ab Saræo ortus, poſſedit, incoluítque montem eum caliginoſum, cui [7] Cangario nomen eſt, & dimidiam partem Zavalæ, Colbam, Zopham & Zoram, uſque ad caſtellum Hunaracerta. Principatui autem Aſoſiæ, ac Taſirorum dominationi, Valarſaces
15 Guſarii Haicani poſteros præficit. Cæterùm è regione montis Caucaſi, Aquilonaris oræ præfecturam detulit magno illo & potenti viro, nomine Cardæo, Gugarenſium Conſuli, qui à Mithridate Darii ſatrape oriundus erat, quem Alexander eò ductum, Iberis captivis principem præfecit, quos Nabuchodonoſorus abduxerat, ut [8] Abydenus ſcriptum reliquit, ita dicens;
16 " Potens ille Nabuchodonoſorus,
" Herculem Libycum vi ſuperabat.
" Exercitu coacto, in Iberorum regio-
" nem venit, & profligatam oppreſ-
" ſámque in ditionem ſuam redegit,
" & partem quandam populi ad dex-
" tram maris Pontici abduxit collo-
" cavítque.

Eſt autem hæc Iberia ad occidentalem regionis oram poſita. Deinde in magnâ valle Baſenenſi principatum inſtituit, quem Dunium nominavit, cui

[o] MS. Օդեացւոց. [p] MS. բռագոյն.

[7] Pleraque omnia hæc loca ab Moſe recenſentur in Geographiâ, quam Lector facilè poteſt conſulere.

[8] Μεγασθενης δε φησι Ναβουχοδροσορον Ἡρακλεως αλκιμωτερον γεγονοτα, επι τε Λιβυην και Ιβηριην στρατευσαι, ταυτας δε χειρωσαμενον αποδασμον αυτεων εις τα δεξια του Ποντου κατοικισαι. Euſebius ex Abydeno Præp. Evang. IX. 41. Chron. Gr. p. 49. Μεγασθενης — αποφαινειν πειραται τουτον τον βασιλεα τη ανδρεια και τω μεγεθει των πραξεων υπερβεβηκοτα τον Ἡρακλεα. καταστρεψασθαι γαρ αυτον φησι Λιβυης την πολλην και Ιβηριαν. Joſephus de Nabuchodonoſoro, Antiq. X. 11. p. 460. Contr. Ap. I. p. 1343.

Հայկայ: Իսկ զայր խոժոռադէմ, և բարձր, կոպտատարազ անձն, և տափակաքիթ, խորակն, և դժնահայեաց, 'ի զաւակէ Պասքամայ, 'ի Հայկայ Թոռնէ, ք Տուրք անուն կոչեցել, որ վն առաւել ժահադիմութեն կոչէին Անգեղեայ, վիթխարի հասակաւ, և ուժով, հաստատէ կուսակալ արևմտից, և յերեսացն անպիտանութենէ կոչէ զանուն ազգին Անգեղ տուն: Բայց եթէ կամիս, և սուտս վն նր, անյաջ, և փցուն, որպ և Պարսիկք, վն Ռոստոմայ Սաճկի հարիւր և ի փղոյ ր ուժել ասեն. կարի աննմանագոյնս թուէն և նմա երգ բանից վն ուժեղութե, և սրտեայ լինելոյ, որք ոչ Սամփսոնի, և ոչ Հերակլեայ, և ոչ Սաճկին նմանեն այն զրոյցք. Քանզի երգէին նմա բուռն հարկանել զորձաքար վիմաց ձեռօք, ս ուր ոչ գեզութի, և տ ճեղքուլ ըստ կամաց, մեծ, և փոքր, և քերել եղնգամբքն, և կազմել որպ տախտակ, և գրել նոյնպէս եղնգամբք արծուիս, և այլս այսպիսիս, և յեզեր ծովուն մեծի Պոնտոսի, դիպեալ նաւաց թշնամեացն, դիմէ 'ի վերայ, և 'ի խաղալ նոցա 'ի խորն, ու իբր ասպարէզս ութ-ու-տասն, և սա ոչ ժամանեալ, առնու, ասեն, վէմս բոլորաձևս, և ձգէ ըզկնի, և 'ի սաստիկ պատառմանէ ջուրցն, ընկղմին նաւք ոչ սակաւք, և ամբարձումն ալեացն, որ 'ի պատառմանէ ջուրցն, վարէ զմնացեալ նաւսն բազում մղոնս. ո՜ կարի է առասպելս, այլ և առասպելաց առասպել:

17 Haici poſteros præpoſuit. Occidentalem autem præfecturam dedit, viro fœdo, procero, rudi, ſimis naribus, atque aſpectu torvo, ſtaturâ & viribus prævalenti, qui erat de [9] Paſchami ſtirpe, Haici nepotis, cui quidem nomen erat Turchio, eum verò propter ingentem vultûs fœditatem Angelium, id eſt, *deformem* cognominârunt, & progeniem ejus ab aſpectûs fœditate,
18 gentem Angeliam vocabant. Age verò, ſi placet, vilia vanáque de eo mendacia declarabo, qualia Perſæ de [10] Reſtomo Sazico memorant, quem CXX elephantis viribus fuiſſe ſuperiorem tradunt. De hujus pariter robore & fortitudine ea celebrant, quæ à ſimilitudine veri longiſſimè abſunt, quem ſanè neque Samſoni, neque Herculi, nec
19 Sazico fabulæ iſtæ conferunt. Canunt etenim quadrata eum ſaxa manibus prehendere potuiſſe, & ad arbitrium ſuum, magna æquè ac parva, divellere, unguibúſque abradere, &, velut in tabulâ, aquilarum figuras, aliáque id generis effingere atque unguibus inſcribere: Qui cum apud magni maris Pontici litus hoſtiles quaſdam naves offendiſſet, impetum in eas fecit, quas in altum octo aut decem circiter ſtadia provectas, ubi conſequi non potuit, globoſis eas lapidibus inceſſit,
20 quorum conjectu aquæ, ut aiunt, tantoperè diffindebantur, ut naves non paucæ demerſæ fuerint, & fluctuum vis, aquarum fiſſurâ altiùs ſurgentium, reliquas naves multos mille paſſus propulerit. Prôh ingens fabula, aut potiùs, fabularum fabula.

Բայց

ք MS. Տորք. ր MS. ուժիլ. ս MS. և ոչ գոյր դեզութիւն. տ MS. ճեղքել. ու MS. իբրև.

[9] Suprà, l. I. c. 22. [10] De hoc Heroe vide Caſtellum in Lexico Perſico, p. 291.

Բայց ի՞նչ զի՞ է. քանզի էր արդարև
սաստիկ հզօր, և այսպիսեաց [x] զրուցաց
արժանաւոր։ Բայց զկնի դորա հաստա-
տէ զմեծ նախարարութիւն Ծոփաց,
՚ի չորրորդն կոչեցեալ Հայս։ Այլ
զնախարարութիւն Ապահունեաց, և
զՄանաւազեանն, և զԲզնունականն,
՚ի նոյն զաւակաց Հայկայ ՚ի բնակչացն
գտեալ զպերճագոյնսն, տեարս կար-
գէ, յանուն շինից; և գաւառաց կո-
չելով։ Այլ մոռացաք զդժնեայ
[y] զՍլաքն անուանեալ այր, զոր ոչ կա-
րեմ հաւաստեաւ ասել ՚ի Հայկայ,
թէ յառաջագունից քան զնա եղելոց
յաշխարհիս, զոր հին զրոյցքըն պատ-
մեն լինել. բայց էր այր քաջ, կարգէ
զսա սակաւ արամբք պահել զլեառնն,
և որսալ զքօշանսն, որք անուանեցան
Սլկունիք։ Այսպէս և ՚ի նոյն իրս
զՄիանդակն անդառնալի, և ՚ի սմա-
նէ Մանդակունիք։ Բայց յորդւոցն
Վահագնի գտեալ արս, որք ինքնակամ
խնդրեցին զմեհենից պաշտամունսն,
պատուէ մեծապէս, ՚ի ձեռն տալով նցա
զքրմութիւն, և կարգէ ընդ առաջին
նախարարութիւնս, և անուն կոչէ Վա-
հունիս։ Սոյնպէս և զԱռաւենեանն,
և զԱրեհաւանեանն գտեալ, ՚ի զար-
մից առաջնոց թագաւորացն, կարգէ
՚ի նոյն [z] անուանսն։ Եւ զՇարեշան,
՚ի տանէ [a] Սարասարայ, հաստատէ
բդեաշխ մեծ, և կուսակալ յարևմտից
հարաւոյ, յեզերս սահմանացն Ասո-
րեստանի, առ ափն Տիգրիս գետոյ, գա-
ւառս պարգևելով [β] զԱղձն, և որ շուրջ
զնովաւ, և զլեառնն Տօրոս, [γ] և որ Սիմ,
և կլէսուրն ամ։ Իսկ զՄոկացին ՚ի նոյն
գաւառէ գտեալ այր, որ ունէր ընդ [δ] իւ-
րև Սրիկայս բազում, նախարարութի

Quid autem tibi videtur? fuit enim rê ipſâ immani robore, ac tali narratione
21 digniſſimus. Magnam inde præfecturam Zophenſem in quartâ, quæ vocatur, Armeniâ, inſtituit, atque etiam præfecturas Apahuniam, Manavaziam, & Beznuniam, ordinavit, & viros quoſdam illuſtres ex progenie Haici inter incolas nactus, dominatum eis dedit, & ab oppidis provinciiſque nomina in-
22 didit. Cæterùm oblitus ſum rudem illum virum, [11] Slachum nomine, memorare, qui ab Haico ortúſne fuerit, an ab iis qui regionem noſtram [12] priores incolebant, id quod vetuſtæ narrationes tradunt, pro certo dicere nequeo. Huic, cum vir eſſet fortis, paucos homines attribuit, eíſque mandat, ut montem illum tueantur, atque hircos venentur, iiſque nomen Selcuniorum datum eſt. Idem munus Miandaco injungit, à quo profecti Manda-
23 cunii. Nactus autem quoſdam ex Vahagenii poſteris, qui fanorum miniſteria cupidè petebant, honores amplos eis tribuit, & ſacerdotium demandavit, atque in ſummis præfecturis aſcripſit, Vahunióſque nuncupavit. Aravenios item, & Arahavenios, priſcis regibus prognatos, iiſdem nominibus ordina-
24 vit. Ac Sareſanum, Saraſaro ortum, Conſulem creat & procuratorem ejus regionis, quæ inter occaſum & meridiem ſpectat, in finibus Aſſyriæ, ad flumen Tigrim ſitæ; provinciámque ei Alznenſem, & loca circumjecta, ac Taurum Simúmque montes, atque omnem [13] Cœle-Syriam credidit.

և

[x] Deeſt in Edit. զրուցաց. [y] Edit. զՍյաքն. [z] MS. աւանսն. [a] MS. Սանասարայ. [β] Edit. զԱրձն. [γ] MS. ուր և. [δ] MS. իւրեաւ.

[11] Scribendum certè eſt *Slucum*, ita utì infrà, c. 81, rectè ſcribitur, atque ipſa Armeniaci ſermonis indoles poſtulat.

[12] Vide ſuprà, l. I. c. 11.

[13] Neſcimus, an Vox Armeniaca *Cleſur*, quam *Cœleſyriam* vertimus, hîc fortè potius Κλεισούραν ſignificet, ut Cl. La-Crozius monet. Ὀρη ἀπότομα καὶ παντάπασιν ἀδιέξοδα, ξυνιόντα ἐς ἄλληλα, στενωποὺς ἀπεργάζονται δύο,——ἅσπερ νενομίκασι Κλεισούρας καλεῖν. Procop. de Armeniâ loquens, De Ædific. l. III. c. 3. p. 56. l. IV. c. 2. p. 70. Ed. Paris. Κλεισοῦραι, τὰ ὀχυρώματα τῶν διαβάσεων. Suidas.

հաստատէ։ Նոյնպէս՝ և զԿորդուացիս, և զԱնձևացիս, և զԱկէացիս՝ 'ի նոյն գաւառաց։ Իսկ՝ զՌուշտունիս, և զԳողթնեցիս՝ գոն պատմեալ՝ 'ի Սիսականէն արդարև հատուած. ո՛չ գիտեմ, թէ յանուն արանց[ε] զգաւառսն։ անուանեալ, և թէ՝ յանուանց գաւառացն՝ զնախարարութիւն կոչեցեալ։ Իսկ՝ յետ այսր ամ̃ի՝ մեհեան շինեալ՝ յԱրմաւիր, անդրիս հաստատէ արեգական, և լուսնի, և իւրոց նախնեացն։ Եւ աղերսեալ՝ որ՝ 'ի Հրէից Շամբայ Բագարատ, որ և՝ Թագադիր, և Ասպետ, հանդերձ հարկեցուցանող բանիւք՝ թողուլ զօրէնս Հրէութեանն, և պաշտել[ζ] զկուռս, զոր ո՛չ առեալ յանձն, թողու՝ ըստ կամաց՝ զնա արքայն Վաղարշակ, հրաման տուեալ, զքաղաքն Շամիրամայ նորոգել՝, և յայլ բազում տեղիս՝ շինել քաղաքս բազմաբնակս, և շէնս գլխաւորս, և մարդախիտս, և օրէնս իմն հաստատէ 'ի [η] տան թագաւորութեն իւրոյ. և ժամս որոշէ, ել՝ և մտից, և խորհրդոց՝, և խրախճանութեց՝, և զբօսանաց։ Եւ կարգս զինուորութեց, և նոցունց, առաջինս՝, և երկրորդս՝, և երրորդս, և որ՝ 'ի կարգին է։ Եւ զյիշեցուցանողս երկուս, 'ի ձեռն գրոյ այլ ոմն՝ զբարի յիշողութիս առնելով, և այլ ոմն՝ զվրէժ խնդրութեանց, և բարի՝ յիշեցուցանողին՝ հրաման տայ, 'ի բարկութեն արքայի՝, և յանիրաւ հրամանս՝, յիշեցուցանել զիրաւն, և զմարդասիրելն։ Իրաւարարս՝ 'ի տանն արքունի, իրաւարարս՝ և 'ի քաղաքս, և յաւանս. հրաման տայ՝ և քաղաքացեաց մարդկան՝, կարգ [θ] և պատիւ ունել առաւել՝ քան զգեղջկաց, և գեղջկաց՝ պատուել զքաղաքացիս՝ իբրև զիշխանս, և քաղաքացեաց մի՝ [ι] առաւել՝ առ գեղջկօքն պերճանալ, այլ՝ եղբայրաբար վա-

25 In eâdem provinciâ Mocenium quendam ubi reperit, qui magnam nequam & perditorum hominum turmam ſibi habuit ſubjectam, præfecturam ex iis conſtituit, iiſdémque in locis Cordiæos, Anzevenſes atque Acenſes ordinavit. Cæterùm Reſtunios & Golthnenſes coloniam rê verâ fuiſſe Siſaciam, traditum invenio. Utrum provinciæ à viris illis, an à provinciis nomina ſua præfecturæ acceperint, illud ignoro.

26 His omnibus conſtitutis, Armaviri fanum exſtruxit, ſtatuáſque ibi Soli, Lunæ, & Majoribus ſuis poſuit. Ab Sambæo Bagarato Judæo, qui etiam Coronans atque Eques appellabatur, magnâ verborum aſperitate poſtulavit, ut ab Judaicis legibus deſciſceret, & ſimulachra coleret, quod cùm facere recuſavit, libertatem ei in eâ re Rex Valarſaces conceſſit.

27 Exinde urbem Semiramidis jubet renovari, multíſque aliis in locis oppida condi, atque incolis repleri, & nobiles ac frequentes villas exſtrui, legéſque quaſdam de aulâ ſuâ poſuit, quibus exeundi & intrandi, conſiliorum, & epularum atque oblectamentorum tempora diſtribuit. Militarem diſciplinam ordinat, & in primam, ſecundam, tertiam cæteráſque claſſes diſponit.

28 Adhæc duos monitores inſtituit, qui ſe ſcripto, alter de clementiâ, de pœnis expetendis alter, commonerent; & monitori benigno præcipit, ut regem iratum atque iniqua imperantem de æquitate & humanitate admoneret. Judices in aulâ regiâ, judices in oppidis villíſque ſtatuit; ampliorem dignitatem atque honorem civibus, quàm ruſticis haberi

29 jubet; Ruſticis, ut cives, tanquam

րել

[ε] MS. անուանեն. [ζ] MS. զմեհեանս. [η] Abeſt ab Edit. տան. [θ] MS. արդոյ և. [ι] MS. կարի.

րիլ՝ վն բարեկարգութեան, և անխա-
խանձոտ կենաց՝, որ է խաղաղութե, և
շինութե կենաց՝ պատճառ, և որ ինչ
նման այսոցիկ ։ Եւ քանզի բազումու-
նէր ուստերս, պատշաճ վարկաւ, ոչ
ամենեցուն՝ կալ ՚ի Մծբին, վն որոյ
առաքէ զնն * ՚ի գաւառն Հաշտենից,
և ՚ի Ձորն՝ որ է՛ նորին սահմանակալ,
որ է՛ արտաքոյ՝ Տարօնոյ, ՚ի նն թող-
լով զշէնս ամ, հանդերձ յաւելուա-
ծով մուծից առանձինն, և ռոճկաց
կարգելոց յարքունուստ ։ Եւ միայն
զառաջին որդւոց իւրոց, որ կոչէր՝ Ար-
շակ, պահէ առ իւր ՚ի համար Թա-
գաւորութե, և նորուն ուստր՝ զոր ա-
նուանեաց՝ Արտաշէս, զոր յոյժ սիրե-
աց ։ Քանզի էր արդարև՝ տղայն կայ-
տառ՝, և հզօր մարմնով, ոպ զի՝ կար-
ծիս տալ ՚ի հայեցողաց՝ որ ՚ի նմայն ա-
ճելոցն էին արութիք ։ Եւ եղև այս՝
յայնմ հետէ, և առ յապայ λ օրէնք ՚ի
մէջ Արշակունեաց՝, միոյ որդւոյ բնա-
կիլ ընդ արքայի, փոխանորդ լինիլ
Թագաւորութեն, այլոց ուստերաց՝, և
դստերաց գնալ ՚ի կողմանս՝ Հաշտե-
նից, յազգին ժառանգութի ։ Բայց
Վաղարշակ՝ յետ այսպիսեաց արութեց, և
քաջութեց՝, և բարեկարգութեց՝ մե-
ռանի ՚ի Մծբին, Թագաւորեալ ամն՝
քսան՝ և երկու ։

principes, colant, imperat; Civibus,
nè ſe erga ruſticos ſuperbè gerant, ſed
fraternam inter ſe vitam degant, ho-
neſtè inſtitutam, & ab invidiâ remo-
tam, unde tranquillitas vitæ & ſecuri-
tas, aliáque ejuſdem generis ſint oritu-
ra. Cæterùm quum multos filios ha-
beret, parum utile eſſe ratus, ut cuncti
ad Niſibim manerent, in provinciam
30 eos Haſtenſem dimiſit, & ad Zoram,
quæ fines ejus contingit, trans Taro-
nem ſitam, illíſque univerſa ea oppida
attribuit, & ſtipendia inſuper de gazâ
regiâ ſingulis ſtatuit; at ex filiis ſuis,
natu ſolùm maximum, Arſaces ei nomen
erat, imperio deſtinatum, atque ejuſ-
dem filium, quem Artaſem vocavit, ſibi
valdè charum, ſecum retinuit, quip-
pe erat re verâ puer elegans, & viri-
31 bus corporis valentiſſimus, ut inde
ſignificatio virtutis, quanta evaſura eſ-
ſet, eluceret. Deinceps inde conſuetudo
Arſacidarum fuit, ut unus de filiis cum
rege habitaret, regni ſucceſſor futurus,
cæteríque filii ac filiæ in regionem
Haſtenſem ad poſſeſſiones ſuas abirent.
Cæterùm Valarſaces, his præclaris
editis operibus, egregiiſque inſtitutis,
Niſibi deceſſit, poſtquam imperâſſet
annos duos & viginti.

* MS. բնակիլ ՚ի. λ Deeſt in Edit. օրէնք.

ՊՐԱԿ Ը ։

Յաղագս՝ մերոյ Արշակայ առաջնոյ՝, և նորին գործոց ։

Արշակ որդի Վաղարշակայ՝ Թագա-
ւորէ ՚ի վր Հայոց՝ ամն երեքտա-
սան, նախանձաւոր, և հետևօղ հայ-
րենեացն լեալ առաքինութեցն, բա-
զում կարգս ուղղութե գործեաց՝,
պատերազմելով ընդ Պոնտացիս, և

CAP. VIII.

De noſtro Arſace primo, ejúſque actis.

1 ARſaces, Valarſacis filius, Ar-
meniis imperitavit annos de-
cem & tres, paternæ virtutis æmulus
atque imitator. Multa is præclarè
geſſit atque inſtituit, Ponticíſque bel-
lum inferens, ſignum ejus rei reliquit

նշան

նշան եթող՝ յեզր մեծի ծովուն՝, զնի-
զակն իւր, ասեն՝, զբոլորատէգ, զոր ա-
րեամբ զեռնոց, ասեն՝, մխեալ էր, ձգեալ
'ի հետևակուց՝, նստոյց խորագոյնս յեր-
կանաքար արձանի, զոր կանգնեաց 'ի
ծովեզերն ։ Զայս արձան պատուե-
ցին բազում ժամանակս՝ Պոնտացիք,
ոպ̃ զառ 'ի յ աստուածոցն գործս ։ Իսկ
'ի գոռալն Արտաշիսի միւսանգամ՝ ընդ
Պոնտացիս, ասեն՝ ընկեցեալ զարձանն
'ի ծով ։ 'Ի սորա աւուրս՝ աղմուկ մեծ
'ի [b] գօտիս մեծի՝ լերինն Կաւկասու՝
յաշխարհին Բուլղարաց, և բազումք 'ի
նոցանէ հատուածեալք՝ եկին յաշխարհս
մեր, և բնակեցան ներքոյ Կողայ՝, յ'ար-
գաւանդահող՝, և հացաւէտ տեղիս՝,
մինչև 'ի ժամանակս բազումս ։ 'Ի սմա-
նէ նեղեալ՝ որդիք Բագարատայ, վս̃
զկուռս պաշտելոյ, երկուք ոմանք՝ սրով
կատարեցան 'ի վր̃ հարցն օրինաց արի-
աբար, զորս ոչ պատկառիմ ասել՝ հե-
տևօղ լինիլ Անանիանց՝, և Եղիազա-
րեանց ։ Բայց՝ այլքն՝ յանձնառունն՝
[c] այնչափ միայն՝, 'ի շաբաթս հեծանել
յ'որս, և 'ի պատերազմունս, և զման-
կունս թողուլ անթլփատս՝, յորժամ
լինիցին, քանզի անկինք էին, և հրա-
մայեցաւ յԱրշակայ՝ մի՝ տալ նց̃ կա-
նայս յամ̃ նախարարութեց̃, եթէ՝ ոչ
ուխտ պայմանի դիցեն՝ թողուլ զթլփա-
տութի̃ ։ զոր յանձն առնուն՝ զերկուս
զայս միայն, այլ ոչ և զերկրպագութի̃
կռոց ։ Աստանօր՝ սպառին բանք ծե-
րունոյն՝ [d] Մարիբասայ Կատինայ ։

ad litus magni maris, haſtam ſuam rotundâ cuſpide, quam ſerpentium ſanguine imbutam, dum pedes jacularetur, profundè admodum defixiſſe fertur in columnâ lapidis molaris, quam
2 in litore erexerat. Hanc columnam diu Pontici coluerunt, ut Deorum opificium, ſed cùm inter Artaſem & Ponticos tumultus poſtea oriretur, columnam eam in mare aiunt fuiſſe conjectam. Cæterùm, hoc regnante, ad oras magni montis Caucaſi, in regione [1] Bulgarorum tumultuatum eſt, ut multi ex incolis, inde migrantes, in
3 regionem noſtram venirent, ac in locis fertiliſſimis, maximéque frumentariis, infra Colam ad longum tempus ſedes caperent. Is porrò Bagarati filios vexavit, quò eos ad ſimulachrorum cultum traduceret, de quibus duo ferro cæſi, pro patriis legibus fortiter morte occubuêre, quosquidem Ananiæ & Eleazari fuiſ-
4 ſe æmulos haud vereor dicere. Cæteri autem in eo tantùm obſecuti ſunt, ut ſabbatis, [2] venandi, aut bellandi cauſâ, equis iter facerent, neque liberos, ſiquando eſſent habituri, circumciderent; tum enim uxores non habebant, atque Arſaces interdixerat, nè eis de Præfecturis conjuges darentur, niſi ſi pactiones feciſſent, circumcidendi conſuetudinem ſe omiſſuros. In his igitur duobus rebus morem geſſerunt, in ſimulachrorum cultu non item. Atque hîc Hiſtoria ſenis Maribæ Catinenſis deſinit.

ՊՐԱԿ

[a] Edit. է. [b] MS, գօղիս. [c] MS. այսչափ [d] MS. Մարաբաս.

[1] Vide ſuprà, l. II. c. 6.

[2] In hâc Exercitatione toti erant Reges Orientis, nec illam unquam, niſi gravi de cauſâ, intermittebant. *Regem etiam Regum Exercitatione venandi, & convictu Megiſtanum abſtinuiſſe, quod apud Parthos Juſtitii inſtar eſt.* Sueton. in Caligula. Vide Strabon. p. 710. Tacit. Annal. l. II. 2. Q. Curt. VIII. 9. Briſſon. de Regio Perſarum Principatu. l. I. p. 109.

ԳՐԱԿ Թ.

Եթէ՝ ուստի՞ եգիտ զպատմութիւնս՝ զկնի մատենիցն՝ Մարիբաս Կատինայ ։

[9] Τα μεν αλλα παντα των Ἱεροσολυμιτων διηρπαζον δι Παρθοι, και το βασιλειον, μονων δε απειχοντο των Ὑρκανου χρηματων, τα δ' ην εις τριακοσια ταλαντα – τα μεν ουν κατα την πολιν ουκ απεχρησε τοις Παρθοις, αλλα και την χωραν αυτων εξιοντες εκακουν, Μαρισαιων τε πολιν δυνατην ανεστησαν Joſeph. Antiq. p 646. Παρθοι δ' εν Ἱεροσολυμοις εφ' ἁρπαγην τραπομενοι, των φυγαντων εις τας οικιας εισεπιπτον και το βασιλειον, απεχομενοι μονων των Ὑρκανου χρηματων ην δ' ου πλειω τριακοσιων ταλαντων.—Παρθοι μετα τας ἁρπαγας επι τοσουτον ὑβρεως εχωρησαν, ὡς—αναστατον ποιησαι την Μαρισαιων πολιν. De Bello, p. 988-9. Hoc in loco Moſes planè eſt Joſepho contrarius. Joſephus Parthos Hieroſolymam diripuiſſe, ſed ab Hyrcani nummis abſtinuiſſe ſcribit, quorum ſumma non erat major quam trecentorum talentorum. Contra ea Moſes Armenios milites cæteris peperciſſe, at Hyrcani pecunias, trecenta amplius talenta, rapuiſſe tradit. Majorem quidem fidem meretur Joſephus; rarum tamen eſt, ut hoſtes ab ejus pecuniis abſtineant, contra quem jam pugnavêre. Mendum aliquod hîc ſubeſſe facilè crediderimus, niſi verborum ſeries connexioque ei ſuſpicioni videretur repugnare. Cæterùm benè eſt Chorenenſi, quòd Gorionidem auctorem non ſit ſecutus, qui de hac re nihil refert.

[10] Παρθοι δε—καθισασι μεν εν Ἱεροσολυμοις Αντιγονῳ τα πραγματα δεσμωτην δ' Ὑρκανον αναγουσιν εις την Παρθυηνην. Joſeph. de Bell. p. 989. Jam autem oportet commonſtrari, hiſtoriam hanc non eſſe de Gorionide depromptam; quæ quidem res, cùm ei demum maximè erit perſpicua, qui Moſem ac Gorionidem inter ſe accuratè contulerit, totum Gorionidis locum fuimus ſubjecturi, niſi quod longior viſus eſſet, quàm ut in notas commodè conjici potuerit. Itaque hìc tantùm varietates nonnullas breviter indicabimus, lectorem monentes, ſi hanc controverſiamque velit dijudicare, ut Gorionidis ipſius loca perlegat. Apud Gorionidem *Antigonus Pacorum* Perſarum Regem, apud Moſem *Pacorus*, qui Syriæ præfuit, *Bazaphranem* Armenium adit. Ibi mulieres *octingentæ*, hîc *quingentæ* tantùm memorantur. Ibi *Pacorus*, hîc *Bazaphranes* pocillatorem Hieroſolymas mittit. Ibi Herodes ac Phaſaelus *Pacorum in Syriâ Damaſci*, hîc *Bazaphranem Ecdippæ Galilææ oppidi* conveniunt. Apud Gorionidem de Bazaphrane, de oppido Ecdippâ, de medico ad Antigonum miſſo, de Hyrcani nummis, de Mariſſâ oppido nihil prorſus memoratur, quæ ſingula tum apud Joſephum, tum apud Moſem Chorenenſem occurrunt. In ſummâ, totum orationis filum, atque ipſe rerum contextus ab Gorionidis hiſtoriâ tam longè diſcrepat, ut non poſſimus ſatis admirari, unde quis illud ſibi perſuadere potuerit, hiſtoriam in hoc capite expoſitam ex Joſepho Hebraico eſſe ſumptam. Cæterùm Chorenenſis non in omnibus cum Joſepho Græco conſentit, quem tamen ſubinde videtur Armeniacè reddidiſſe; ſed ex aliis etiam ſcriptoribus quædam partim addidit, partim immutavit, ut ex locis, quos ſuprà adduximus, patet. Vide etiam de hac re notas noſtras ad l. I. c. 3. l. II. c. 13, 14, 15, 16, 18, 20, 24, 32.

տանել զՀիւրկանեանն աւերէին, և [d] զՍարիկացւոց քաղաքն գերի առեալ, Թագաւոր կացուցանէին զԱնտիգոնոս, կապել զՀիւրկանոս՝ ածեն Տիգրանայ՝ Հանդերձ գերութբն. և Տիգրան հրաման տայ Բարզափրանայ՝ նստուցանել զգերին Հրէից՝ որ ’ի Սամարացւոց, ’ի քաղաքին Շամիրամայ, և Տիգրանայ ոչ աւելի բաւեալ՝ [e] քանզ երկեամ մի, յետ այսորիկ վախճանի, Թագաւորեալ ամս՝ 33.

dæos captivos, qui ex Samariâ erant, in urbe Semiramidis collocaret. Cæterùm Tigranes harum rerum non plus biennio ſuperſtes, deceſſit, poſtquam tres & triginta annos regnâſſet.

[d] MS. Սամարացւոց. [e] MS. զերեք ամ.

ԳՐԱԿ ԺԹ.

CAP. XIX.

Այլ պատերազմ Հայոց, ընդ զօրս Հռովմայեցւոց, և պարտութն Սիղոնի և Բենդեգեայ։

Aliud prælium Armeniorum adversùs exercitum Romanum. Clades Silonis & Ventidii.

Հերովդէս գնացեալ ’ի Հռոմ առաջի Անտոնիոսի, և Կեսարու, և Սինկլիտոսին, զինքեան միամտութիւն առ Հռովմայեցիսն պատմէ՝ և Թագաւոր Հրէաստանի յԱնտոնիոսէ եղեալ, առնու իւր զօրավիգն օգնականութե՝ զԲենդեգէոս Հռովմայեցւոց սպարապետ զօրօք պատերազմել ընդ զօրս Հայոց՝ [a] որոյ հասեալ յԱսորիս՝, փախստական առնէ զզօրս Հայոց, և զՍիղոն Թողեալ ընդդիմակաց Հայոց մերձ Եփրատ, և զՊակորոս սպանեալ, դառնայ յԵրուսաղէմ ’ի վր Անտիգոնի։ Իսկ՝ Հայոց միւսանգամ օգնութիւն զօրու ’ի Պարսից գտեալ, դիմեալ ’ի վր Սիղոնի, և փախստական զնա ’ի Բենդեգէոս արկանեն, հեղմունս արեանց առնելով անքաւս։

1 HERODES, Romam profectus, coram [1] Antonio & Cæſare ſenatúque ſincerum ſuum erga Romanos ſtudium declaravit, & Judææ Rex ab Antonio conſtitutus, ſubſidio ſibi accepit [2] Ventidium Romanorum ducem cum exercitu, ad bellum cum
2 Armeniis committendum; qui, ut in Syriam venit, Armeniorum copias fugavit, ac relicto Silone, qui contra Armenios ad Euphratem pugnaret, & Pacoro interfecto ipſe Hieroſolyma adverſùs Antigonum rediit. Armenii, autem, auxilium iterum à Perſis nacti, in Silonem impetum faciunt, eúmque fuſum ad Ventidium pellunt, non ſine cruentâ hominum ſtrage.

ԳՐԱԿ

[a] Deſunt in Edit. որոյ հասեալ ’յԱսորիս, փախստական առնէ զզօրս Հայոց, և զՍիղոն Թողեալ ընդդիմակաց Հայոց։

[1] Joſeph. Antiq. XIV. p. 654. De Bell. I. p. 990. etiam Appian. De Bell. Parth. p. 156. Dion. Caſſ. l. XLIX. Plutarch. in Antonio.
[2] Joſ. Antiq. p. 652-3. De Bell. p. 991. Vide

ԳԻՐԱԿ Ի։

Եթէ՝ զի արդ Անտոնիոս հերովդի դիմեալ ՚ի վերայ զօրացն Հայոց, առնու [a] զՇամշատ։

Զայրացեալ Անտոնիոս հերովդի հասանէ ամ զօրօք Հռովմայեցւոց, և հասեալ ՚ի [b] Շամշատ, լսէ զմահն Տիգրանայ, և առեալ զքաղաքն, և թողեալ զՍոսիա զօրավիգն Հերովդի, մարտ [c] դնելով ընդ Երուսաղէմի ՚ի վերայ Անտիգոնի, ինքն ՚ի ձմեռոցս գնայ յԵգիպտոս, փութայր հասանել ըստ շամբշութե առն կնամոլոյ ցանկութե վառեալ ՚ի Կղէոպատրայ դշխոյն Եգիպտացւոց։ Այս Կղէոպատրա դուստր է Պտղոմեոս Դիոնիսի, թոռն Պտղոմայիդ Կղէոպատրայ, և սիրելի յոյժ Հերովդի։ վա որոյ առաւել եւս յանձնէ Անտոնիոս [d] զՀերովդէս Սոսիայ. որ և մարտուցեալ ինչ քաջապէս, առնու զԵրուսաղէմ, և սպանեալ զԱնտիգոնոս, թագաւորեցուցանէ զՀերովդէս ամ Հրէաստանի, և Գալիլեայ։

CAP. XX.

Antonius ipſe, Armeniorum copias adortus, Samoſata capit.

1 IRacundiâ Antonius permotus, cum univerſo Romano exercitu profectus, [1] Samoſata pervenit, ubi ei de Tigranis morte fama delata eſt. Captâ igitur urbe, relictóque Soſio, qui, Herodem adjuvans, bellum Hieroſolymitanum contra Antigonum adminiſtraret, ipſe in Ægyptum [2] hiematum properat quam celerrimè, ut vir libidine in fœminam ardens, quippe qui Cleopatræ Ægyptiorum reginæ cupidine impotenter flagraret.
2 Hæc Cleopatra [3] filia erat Ptolemæi Dionyſii, Ptolemaidis Cleopatræ neptis, Herodémque adamabat maximè; eóque diligentiùs Soſio Antonius Herodem commendat, qui quidem fortiter bellum gerens, [4] Hieroſolyma cepit, atque, Antigono interfecto, omnis Judææ & Galilææ Herodem regem fecit.

[a] Edit. զՇամբատ. [b] Edit. Շամբատ. [c] MS. դնել. [d] Deeſt in Edit. զՀերովդէս.

[1] Joſeph. Antiq. p. 654. De Bell. p. 996.
[2] *Tempeſtates quoque infeſtas ſuper tam infeliciter ſuſceptum Parthicum bellum culpâ ſuâ paſſus eſt* [M. Antonius] *quia hiemare in Armeniâ nolebat, dum ad Cleopatram feſtinat.* Epitom. Livian. lib. CXXX.
[3] Vide ſuprà, l. II. c. 13. Nos quidem de hac ſtirpe addubitamus.
[4] Joſeph. Antiq p. 658, 660. De Bell. p. 1000.

ԳԻՐԱԿ ԻԱ։

Յաղագս թագաւորելոյն Արտաւազդայ, և պատերազմել ընդ Հռովմայեցիս։

ՀԱՅՈՑ թագաւորէ Արտաւազդ՝ որդի Տիգրանայ։ սա ժառանգեցուցանէ զեղբարս իւր, և զքորս ՚ի գաւառին Աղիովտի, և Առբերանւոյ, թողուլ

CAP. XXI.

De regno Artavazdis & bello cum Romanis.

1 EXIN Armeniis imperitavit Artavazdes, filius Tigranis. Is fratribus ſuis ac ſororibus poſſeſſiones in provinciis Aluhotenſi & Arberanenſi dedit, regiúmque eis vectigal attribuit,

’ի

'ի նոսա՝ զմասն արքունի՝ որ 'ի շենանայնց գաւառաց, հանդերձ առանձին մթերից, և ռոճկաց, ըստ օրինակի ազգականացն՝ որ 'ի կողմանս Հաշտենից։ ոչ՝ զի լինել նոցա պատուականագոյն, և [a] առաւել թագաւորացն՝ քան զայլսն Արշակունիս, միայն օրինադրէ՝, ոչ կեալ յԱյրարատ, 'ի բնակութիւն արքայի։ Բայց՝ այլ ոչ [b] ինչ գործ արութե, և քաջութե եցոյց, այլ ուտելեաց, և ըմպելեաց պարապեալ, մօրից, և [c] եղեգնապուրակաց թափառեալ՝ շրջէր, և առապարաց, գիշավայրիս, և զխոզս արածելով, զիմաստութենէ, և զքաջութենէ՝, և զբարի յիշատակաց՝ անփոյթ արարեալ, ծառայ՝, և ստրուկ որովայնի լինելով, արդարև զաղբիս մեծացուցանէր։ Սա՝ բամբասելով յիւրոց զօրացն՝, վն առաւել պղերգութեան՝, և սաստիկ որկրամոլութե, մանաւանդ զի և Միջագետս Ասորւոց՝ Անտոնիոսի հանեալ էր 'ի նմանէ, ը̃ որ՝ զայրացեալ Արտաւազդ՝, հրաման տայր՝ զօր յարուցանել. ըղբիւրաւորս Ատրպատական նահանգին, և զբնակիչս լերինն Կաւկասու հանդերձ Աղուանօք, և Վրօք, խաղայ՝ իջանէ 'ի Միջագետս, և հալածականս առնէ զզօրս Հռոմայեցւոց։

quod ex provinciæ ejus oppidis redibat, propriúmque ipſis ſtipendium inſuper ſtatuit, de more cognatorum, qui in regione Haſtenſi habitabant, ut honoratiores eſſent, atque adeò ad regiam dignitatem propiùs accederent
2 quam Arſacidæ cæteri; lege tantùm ſanxit, ne Araratam, quæ erat regia habitatio, incolerent. Nullum verò aliud præclarum aut forte opus edidit, ſed cibo potionique deditus, paludes atque arundineta & confragoſa loca peragrans, onagros porcóſque paſcebat; ſapientiæ, fortitudinis, bonæque famæ [1] negligens, ventris ſervus ac mancipium, ſuum re ipsâ ſtercus maxi-
3 mi faciebat. Is à militibus ſuis, ob ingentem ſocordiam & immanem gulam reprehenſus, maximè quòd Meſopotamia Syriæ ei fuerat ab Antonio adempta, ídque indignè ferens, copias jubet comparari, ex provinciâ Atropatenes, decies mille, montíſque Caucaſi accolas, cum Albanis ſimul & Iberis; eóque exercitu in Meſopotamiam profectus, Romanorum copias inde pepulit.

ՊՐԱԿ

a MS. առ աւել.

b Abeſt ab Edit. ինչ.

[1] Contra ea Plutarchus atque Appianus, ut La-Crozius monet, Artavazdem virum literatum fuiſſe ſcribunt. Ὁ δ' Ἀρταυάσδης καὶ τραγῳδίας ἐποίει, καὶ λόγους ἔγραφε καὶ ἱστορίας, ὧν ἔνιοι διασώζονται. Plut. in Craſſo, p. 564. Appian. in Parth. p. 155. Dion Caſſius l. XLIX. duos Artavazdes memorat, Medorum unum, alterum Armeniorum regem, atque inde forſan eſt, quod hac in re alii ſcriptores ab noſtro Moſe diſſentiant.

Գլուխ ԻԲ.

Զերբակալ առնել զԱրտաւազդ Անտոնեայ։

[a] Ռնչեալ առիւծաբար գազանութեամբ Անտոնիոս, առաւել ևս թունեալ 'ի Կղէոպատրայ, քանզի՝ քէն պահեալ էր՝ վն լլկանաց իւրոյ հանոյն, որ 'ի Տիգրանայ, և ոչ միայն՝ Հայոց, այլ բազմաց այլոց թագաւորաց լինէր մահաբեր, զի՝ նոցայնոցն տիրեսցէ իշխանութեց· սակս որոյ՝ բազում թագաւորս ըսպանեալ Անտոնիոս, Կղէոպատրայ հաւատայ՝ զնց իշխանութիւս, բաց 'ի Տիւրոսէ, և 'ի Սիդոնէ՝, և որ միանգամ՝ ընդ Ազատ գետովն էին։ Եւ առեալ զբազմութիւն զօրացն՝, դիմէ 'ի վր Արտաւազդայ, և անցեալ ընդ Միջագետս՝, կոտորէ անհնարին զզօրս Հայոց, և ձերբակալ առնէ զարքայն նց, և դարձեալ յԵգիպտոս՝ պարգևէ Կղէոպատրայ, զԱրտաւազդ՝, որդի Տիգրանայ՝, հանդերձ բազում ընչիւք յանկածէ պատերազմին։

CAP. XXII.

Artavazdem Antonius capit.

1 TUM verò fremere Antonius, ut leo efferatus, Cleopatræ veneficiis maximè inflammatus, quæ utique inveteratum odium in Tigranem ob [1] aviam ſuam ab eo læſam conceperat; neque Armeniis modò ſed aliis etiam regibus necis cauſa fuerat, quò eorum regnis ipſa potiretur; ob eamque cauſam, multis regibus Antonius peremptis, imperia illorum [2] Cleopatræ tradiderat, præter Tyrum & Sidonem, quæque loca intra flumen Eleutherum jacebant.
2 Is igitur cum exercitu maximo, in Artavazdem invadit, & per Meſopotamiam tranſiens, Armeniorum copias atrociter cædit, ipſorúmque regem capit. Ægyptum inde reverſus, [3] Artavazdem, Tigranis filium, cum amplis belli ſpoliis Cleopatræ donat.

Գլուխ

[a] Edit. մռնչեալ.

[1] Vide ſuprà l. II. c. 13, 20.

[2] Διδωσι δε και τας εντος Ελευθερε ποταμε πολεις αχεις Αιγυπτε, χωεις Τυρε και Σιδωνος. Joſ. Antiq. p. 670. Διδωσιν αυτη πολεις τε, πλην Τυρε και Σιδωνος, τας εντος Ελευθερε ποταμε πασας. De Bell. p. 1001. Atque hîc Gorionides ſilet.

[3] Vide Plutarch. in Antonio, p. 939. Appian. in Parth. p. 169. Dion. l. XLIX. Τετων ἡ Κλεοπατρα τυχεσα, και παρεπεμψασα μεχεις Ευφρατε τον Αντωνιον επ' Αρμενιαν στρατευομενον, ανεστρεψε. —Αντωνιος δε, την Αρμενιαν καταλαβων, Αρταβαζην τον Τιγρανε, συν τοις παισι και σατραπαις, δεσμιον εις Αιγυπτον αποπεμπει, δωρεμενος τετοις την Κλεοπατραν. Joſeph. Antiq. p. 770, 1. Ὠν γινομενη κυρια, και προπεμψασα μεχεις Ευφρατε τον Αντωνιον επιστρατευοντα Παρθοις, ἡκεν εις Ιεδαιαν.—και μετ' ε πολυ παρην εκ Παρθων Αντωνιος, αγων αιχμαλωτον Αρταβαζην τον Τιγρανε παιδα, δωρον Κλεοπατρα. De Bell. p. 1001. Ubi priore loco adverſùs *Armenios*, altero contra *Parthos* profectus eſſe dicitur Antonius; quæ obſervatio alia Joſephi loca, jam antè adducta, explicare poteſt, in quibus Joſephus Moſéſque inter ſe diſſidere ac diſcordare videntur, quum hic Armenios, ille Parthos commemoret.

ԳԼՈՒԽ ԻԳ։

Յաղագս թագաւորելոյն Արշամայ, և զառաջինն մասնաւոր հարկել Հայոց Հռովմայեցւոց, և արձակումն Հիւրկանու քահանայապետի, և վասն նորին վտանգ ազգին Բագրատունեաց։

Քսաներորդի ամի, ՚ի կատարումն աւուրց թագաւորութեն Արշիզի, ժողովեալ զօրք Հայոց՝ հրամանաւ նորին, թագաւորեցուցին ՚ի վերայ ինքեանց՝ զԱրջամ, որ և՝ Արշամ, որդի Արտաշիսի, եղբայր Տիգրանայ, հայր Աբգարու։ զսա ոմանք կոչեցին յԱսորւոց՝ ᵃ Մանովազայ, ըստ յոլովից սովորութե՝ կրկին ունելով անուանս, ոպ Հերովդէս Ագրիպպաս, և ոպ Տիտոս Անտոնինոս, և կամ՝ Տիտոս Յուստոս։ Բայց՝ քանզի ՚ի նմին ամի՝ վախճանեցաւ Արշէզ, թողլով զթագաւորութիւն Պարսից՝ որդւոյ իւրում Արշօրի՝ մանկան փոքրկան յոյժ տղայոյ, ոչ ոք էր որ օգնէր Արշամայ՝ ընդդէմ կալ Հռովմայեցւոց, խօսի ընդ նս ՚ի հաշտութի խաղաղութեան, տալով զհարկս ՚ի Միջագետս Ասորւոց, և ՚ի կողմանց Կեսարու՝ ՚ի ձեռս Հերովդի։ այս եղև սկիզբն՝ Հայոց մասնաւորիլ ընդ հարկաւ Հռովմայեցւոց։ Զայսու ժամանակաւ եղև մեծ ցասումն ᵇ Արշամայ ՚ի վերայ Ենանոսի ասպետի իւրում թագադրի. քանզի՝ նա արձակեաց զՀիւրկանոս, Հրէից քահանայապետ, զոր գերեալ էր ᶜ Բազափրան Ռշտունւոյ յաւուրս Տիգրանայ։ Իսկ՝ Ենանոս պատճառս ՚ի առ արքայի ասելով, եթէ՝ փրկանս խոստացաւ՝ 100 քանքար, ամն.

CAP. XXIII.

De regno Arſami, quo primùm tempore populo Romano Armenia partim vectigalis fit. Hyrcani Pontificis liberatio, quæ res calamitatem Bagratiæ genti intulit.

1 ANNO Arſis vigeſimo, ſub finem imperii ejus Armeniorum copiæ, ejus juſſu congregatæ, Ardſamum, qui & Arſamus appellatur, Artaſis filium, fratrem Tigranis, Abgari patrem regem ſibi conſtituerunt. Hunc nonnulli de Syris [1] Manovazum vocârunt, quippe qui, ut complures alii, duplex adeptus eſſet nomen, ſicut He-
2. rodes Agrippa, Titus Antoninus, aut Titus Juſtus. Cæterùm quum Arſes eodem anno mortuus eſt, relicto Perſarum imperio filio ſuo Arſaviro admodùm infanti, nemo erat, qui Arſamo adversùs Romanos ſubveniret; itaque de pace cum eis agit, tributáque ex Meſopotamiâ Syriæ, Cæſareæque partibus per Herodem pendit. Ac tunc primùm Armenia populo Ro-
3. mano ex parte ſtipendiaria facta eſt. Iiſdem temporibus Enano equiti ſuo & coronanti Arſamus vehementer ſuccenſuit; namque is [2] Hyrcanum, Judæorum Pontificem maximum, cuſtodiâ liberaverat, quem, Bazaphranes Reſtunius, Tigrane imperante, captivum duxerat. Enanus hujus rei cauſas afferens, regi narrat, eum ſibi centum talenta, ut redemptionis pretium, pactum fuiſſe; quæ ab eo accipere ſpe-

ունելով

ᵃ MS. Մանովազայ. ᵇ Deeſt in Edit. Արշամայ. ᶜ MS. Բարզափրան.

[1] Joſephus Monobazi Adiabenorum regis meminit, qui tamen idem potius videtur atque Abgarus Arſami filius, ita uti infrà obſervari oportebit. Antiq. XX. 2. p. 878.

[2] Vide Joſeph. Antiq. XV. 2, 6. De Bell. I. 22. ubi tamen hanc rem aliter exponit.

տանելով տանուլ 'ի նմանէ, [d] և յանձն էառ տալ, վո՞ րոյ ժամադրութիւն 'ի վերայ նր սահմանէ Արշամ։ և նորա առաքեալ զմի յեղբարց իւրոց 'ի Հրէաստան, որում անուն էր Սենեքիայ, առ Հիւրկանոս, զի տացէ ինչս յաղագս իւրոյ փրկութեն, և երթայ առաքեալն յԵնանոսէ, պատահէ սպանեալ զՀիւրկանոս Հերովդի, զի մի ինչ դաւ նորա թագաւորութեանն լինիցի։ արդ՝ իբրև ժամադրութիւնն, և չտայ գանձս փրկանացն Հիւրկանոս Ենանոս, բարկացաւ 'ի վերայ նր Արշամ, և ընկեցեալ 'ի պատուոյն հրամայէ դնել 'ի բանտի։ Յայնմ ժամանակի քսութիւն մատուցանէ զնմանէ արքայի [e] Զուրայ, նահապետ ազգին [f] Գնթունեաց, ասելով։ Գիտեա արքայ զի ապստամբել 'ի քէն կամեցաւ Ենանոս, խորհուրդ ընդ իս բերելով, զի երդումն խնդրեսցուք 'ի Հերովդէ թագաւորէ Հրէաստանի, իբր ընդունել զմեզ, և տալ ժառանգութիւն 'ի [g] բնիկ երկրի մերում, քանզի նորա կտուտ ծանակեցաք յաշխարհիս յայսմիկ։ և իմ ոչ յանձն առնելով, ասեմ ցնա, ընդէր [h] պատրիմք զրուցօք, վաղնջուց և պառաւեալ առասպելօք, Պաղեստինացիս զմեզ վարկանելով։ և նր անյուսացեալ յինէն, նմին իրի իսկ առաքեաց զքահանայապետն Հիւրկանոս, և առաւել ևս 'ի Հերովդէ անյուսացաւ, սակայն ոչ մեկնի 'ի [i] դրժողութեան բարուցն, եթէ ոչ արքայդ աճապարեսցես նմա։ Այսմ քսութեց հաւանեալ Արշամայ, և հաւատացեալ, հրամայեաց տանջանս պէս պէս 'ի վերայ Ենանոսի կուտել, և վախճան գործոյն կամ թողլով իսպառ զօրէնս Հրէութեան, և երկիր պագանել արեգական,

rans, daturum ſe regi pollicetur;
4 atque eâ rê diem ei penſionis Arſamus
conſtituit. Is itaque unum ex fratribus
ſuis, cui Senecæ nomen erat, in
Judæam ad Hyrcanum miſit, ut redemptionis
pretium repoſceret; qui
cum veniſſet, ab Enano miſſus, Hyrcanum
comperit ab Herode interfectum,
ne quid inſidiarum regno ejus
5 ſtrueretur. Itaque poſtquam præſtituta
dies advenit, neque etiam redemptionis
Hyrcani pretium Enanus daret,
ei Arſamus obiratus, dè gradu dejecit,
atque in cuſtodiam tradi juſſit. Eodem
tempore Zuræus, Genthuniæ
gentis princeps, calumniam ei apud
regem inſtruens, "Scias, inquit, ô
"Rex, Enanum à te voluiſſe deficere;
6 "mecum enim iniit conſilium,
"ut ab Herode Judæorum rege juſjurandum
exigeremus, ſe nos exceptutum,
atque in avitâ patriâ
"hæreditatem daturum; in hac etenim
regione deriſui nuper fuimus ac
"deſpicatui. Ego verò, qui renuerem,
quid, inquam, eſt, quòd
"vetuſtis rumoribus atque anilibus fabulis
deludimur, Palæſtinos nos eſſe
7 "arbitrantes? à me itaque deſperans,
"continuò Hyrcanum Pontificem
"maximum dimiſit; & quamquam
"ab Herode magis deſperat, non
"tamen à morum perfidiâ deſiſtet,
"niſi ſi ei, Rex, occurrere occupaveris."
Huic calumniæ fidem
habens Arſamus, varia in Enanum
ſupplicia jubet cumulari; & res tandem,
eò deducta eſt, ut aut leges
8 Judaicas prorſus deſereret, & ſolem,
regiſque ſimulachra, coleret, quâ refretus,
ſuum ei principatum Rex eſſet

և

[d] Abeſt ab Edit. և.
[e] MS. Զօրայ.
[f] Edit. Գնթունեաց.
[g] MS. բնակ.
[h] MS. պարտիմք.
[i] MS. դժրողութե.

և պաշտել զկուռս արքային, [k] ընդ որ վստահացեալ արքային, տացէ նմա զնոյն իշխանութիւն, կամ կախել զփայտէ, և բնաջինջ լինել ազգին դր̅։ և սպանեալ զմի յազգականացն առաջի նր̅, որում անուն էր Սարիա, և առ ընթեր զորդիսն մատուցեալ ’ի տեղի սպանմանն, որոց անուանքն Սա-
9 փատիա, և Ազարիա, յերկիւղէ մահուան որդւոցն, և ’ի թախանձելոյ կանանցն, կատարէ զկամս արքային. հանդերձ ա̅մ ազգատոհմաւ, և յառաջին պատիւն իւր հաստատի· սակայն ոչ ամենևին վստահանայ ’ի նա արքայ [l] այլ առաքէ զնա ’ի Հայս, հաւատալով նմա զաշխարհն, զի ’ի Միջագետաց միայն հեռացուսցէ զնա։

redditurus, aut cruci ipſe ſuffigeretur, ejúſque ſtirps funditùs deleta foret; cúmque unum ex cognatis coram eo peremiſſet, cui Sarias nomen, & prope cædis locum liberos admoviſſet, qui Saphatias & Azarias appellabantur, metu filiorum necis, & mulierum
9 precibus motus, voluntati regis cum omni ſimul cognatione obſecutus eſt, atque ita in priſtinam dignitatem reſtitutus fuit. Ei tamen Rex non planè confidens, in Armeniam miſit, eámque regionem ei tradidit, ſatis habens eum à Meſopotamiâ removere.

[k] MS. ը̅ որով հակեալ արքային·

[l] Deſunt in Edit. այլ առաքէ զնա ’ի Հայս·

ԳՐԱԿ ԻԴ։

Գժտութիւն Հերովդի ընդ Արշամայ, և ակամայ հնազանդութիւն։

ՅԵՏ այսր եղև խռովութիւն ’ի մէջ Հերովդի արքային Հրէաստանի, [a] և մերոյն արքայինն Արշամայ· քանզի Հերովդէս, յետ բազում գործոց արութեանց, ձեռնամուխ լինի ’ի բարեգործութիւս, շինուածս բազումս առնելով [b] բազում քաղաքաց, սկսեալ ’ի Հռովմէ մինչև ց’ Դամասկոս· [c] խնդրեաց յԱրշամայ բազմութի̅ արանց անարուեստից գործաւորաց, որովք զԱսորւոց զԱնտիոքայ զանանց, և զանկոխ հրա-
2 պարակսն ’ի [d] խոհերացն, և ’ի տղմոցն, լցցէ· զոր [e] ոչ առեալ յանձն Արշամայ, զօրս ժողովէ ը̅դդիմանալ Հերովդի, և ’ի ձեռն հրեշտակաց յղէ

CAP. XXIV.

Diſſidium inter Herodem & Arſamum, qui tandem coactus, paret.

1 DISSIDIUM deinde inter Herodem Judæorum regem & Arſamum noſtrum ortum eſt: Quippe Herodes, poſt multas res fortiter geſtas, benefica opera aggreſſus eſt; multáque [1] ædificia in variis oppidis ab Româ ad Damaſcum uſque conſtruxit. Ac propterea plebeiorum is opificum multitudinem ab Arſamo petit, quibus Antiochiæ in Syriâ plateas, cœno lutóque invias, ſterneret. Quod cum Arſamus abnueret, copias comparavit,
2 quibus Herodi reſiſti poſſet, & per legatos Romam ad Cæſarem miſſos orat, ne ſe ſub Herodis imperio ſubjiceret. Cæſar verò, tantùm abfuit, ut

առ

[a] Edit. ընդ մերոյ· [b] MS. յոլով· [c] MS. խնդրեալ· [d] Edit. խոհերց· [e] MS. չառել·

[1] Joſeph. Antiq. XV. 9. XVI. 5. De Bell. I. 21.

տա Կայսր [e] ՚ի Հռոմ, զի մի զնա ընդ-
իշխանութեամբ Հերովդի արասցէ. իսկ
Կայսրն ոչ միայն զԱրշամ չազատէ
յիշխանութենէ Հերովդի, այլ և զա-
մենայն Միջերկրեայսս նմա հաւատայ.
Յայնմ ժամանակի Հերովդէս զա-
ներ Աղեքսանդրի որդւոյ իւրոյ, որ էր
՚ի հօրէ Տիմոնէ, և ՚ի մօրէ ՚ի թա-
գաւորութենէ Մարաց, ՚ի զաւակաց
Աժդահակայ վիշապազանց, Ժ
իւրով ձեռամբ թագաւոր Միջեր-
կրեայցն կացուցանէր, առեալ իւր ՚ի
սպասաւորութիւն, [f] տասն գունդ ՚ի
Գաղատացւոց, և ՚ի Պոնտացւոց: տե-
սեալ զայն Արշամայ, երկրպագէ Հե-
րովդի իբրև Տն, ածիւ իսկ տալով նմա,
զոր խնդրէր, գործաւորս, որովք
լցեալ զհրապարակսն Անտիոքացւոց,
քսան վտաւանաւ երկայնութե, յատա-
կեաց սպիտակ [g] կճասալ յատակօք,
զի [h] ուխտաւորք յատակացն դիւրա-
գոյն կարգեսցեն, առ ոչ ինչ վնաս
առնել, [i] քաղաքին: Բայց Արշամայ
վարեալ զթագաւորութիւնն ամս
քսան, վախճանեցաւ:

Arſamum ab imperio Herodis libera-
ret, ut omnia imperio ejus [2] Mediter-
ranea commiſerit. Per ea tempora
Herodes [3] Alexandri filii ſui ſocerum,
ex patre Timone & matre ex Medo-
rum regno, de Aſtyagis & Draconum
genere, natum, ſub ſe Mediterraneo-
3 rum regem fecit, & ſubſidio ſibi ac-
cepit decem Galatarum & Pontico-
rum cohortes; quod ubi Arſamus in-
tellexit, Herodem, ut Dominum, co-
luit, & quot vellet, operarios, ei pro-
tinus miſit; quibus [4] Antiochiæ pla-
teas in viginti ſtadiorum longitudinem
ſaxis atque albo marmore conſtravit,
ut torrentes pavimentis prohiberen-
tur, ne quid detrimenti oppido affer-
rent. Cæterùm Arſamus viginti annos
imperio potitus, mortem obiit.

ՊՐԱԿ

[f] Edit. գունդ զԳաղատացւոց և զՊոնտացւոց omiſsâ voce տասն. [g] Edit. կճեայ սալայատակօք. [h] Edit. ուխտաւորք. [i] Deeſt in Edit. քաղաքին.

[2] Joſeph. Antiq. XV. 7. De Bell. I. 20. Cæterum regionis hujus Mediterraneæ fines terminóſque conſtruere erit ſanè difficile.

[3] Alexander in Matrimonium duxit Glaphyram Archelai Cappadocum regis filiam. Joſeph. Antiq. XVII. 1. De Bell. I. 25.—Ἡ Αλεξανδρȣ γυνη Γλαφυρα, γενεαλογȣσα την ἀυτης ευγενειαν, και ὡς πασων των κατα το βασιλειον ειη δεσποτις, κατα πατερα μεν απο Τημενȣ, κατα μητερα δε απο Δαρειȣ τȣ Ὑστασπȣ ȣσα. De Bell. p. 1017. Cæterum Joſephus de Glaphyrâ, Moſes de Archelao loquitur; quàm rectè ipſe viderit, quum nos neque Glaphyræ neque Archelai genus aliunde poſſimus confirmare.

[4] Αντιοχευσι δε, τοις εν Συρια μεγιστην πολιν οικȣσιν, ἡν κατα μηκος τεμνει πλατεια, ταυτην αυτην στοαις παρ' εκατερα, και λιθῳ την ὑπαιθρον ὁδον ξεστῳ καταστρωσας, πλειστον εις κοσμον και την των οικȣντων ευχρηστιαν ωφελησεν. Joſ. Ant. p. 721. Την δε Αντιοχεων των εν Συρια πλατειαν, ȣ φευκτην ȣσαν ὑπο βορβορȣ, κατεστρωσε τε σταδιων εικοσι το μηκος ȣσαν ξεστῃ μαρμαρῳ, και προς τας ὑετων αποφυγας εκοσμησεν ισομηκει στοα; De Bell. I. 21. p. 1010. Atque hic iterum Gorionides ſilet, quem quidem nunquam nobis in mentem veniſſet toties nominare, niſi *La-Crozii & Schræderi* auctoritate fuiſſemus ad id impulſi.

ԳԼՈՒԽ ԻԵ.

Թագաւորութիւն Աբգարու, և մնալն բոլորովին Հայոց ընդ հարկաւ Հռովմայեցւոց, և պատերազմ ընդ Հերովդի զօրացն, և սպանանել զեղբօր որդի նորա՝ զՅովսէփ։

Թագաւորէ Աբգար՝ որդի Արշամայ՝ ՚ի քսաներորդ ամի Արշաւրայ, թագաւորի Պարսից։ այս [a] Աբգարոս կոչիւր Աւագայր, վն առաւել հեզութեանն, և իմաստութեանն, որում յետոյ և տիքն. զայս՝ ոչ կարելով [b] ուղղակի խօսել Ասորւոց, և Յունաց, կոչեցին Աբգարոս։ ՚Ի սմ երկրորդ ամի թագաւորութեանն, հարկին Հռոմայեցւոց բոլորովին՝ ամ կողմանց Հայոց, քանզի՝ հրամայեալ յՕգոստոս Կայսերէ, ոպ ասի ՚ի Ղուկայ Աւետարանին, աշխարհագիր [c] առնել ընդ ամ տիեզերս. վն որոյ՝ ՚ի Հայս առաքեալ Գործակալք Հռովմայեցւոց, բերելով զպատկերն Օգոստոսի Կայսեր, կանգնեցին յամ մեհեանս։

Զայսու ժամանակաւ՝ լինի ծնեալ փրկիչն մեր Յս Քս, որդի Այ, ՚ի Հրէաստանի։ Զամին աւուրբք լինի խռովութի ՚ի մէջ Աբգարու, և Հերովդի, զի՝ Հերովդի հրամայեալ զիւր պատկերն հուպ ՚ի Կայսերական պատկերն կանգնել ՚ի մեհեանս Հայոց, զոր՝ չառեալ յանձն Աբգարու, պատճառս ՚ի վերայ նր յուզէ Հերովդէս,

 առ-

CAP. XXV.

Abgari Imperium. Armenia univerſa populo Romano fit vectigalis. Prælium cum Herodis exercitu. Joſephus, fratris ejus filius interficitur.

1 ABGARUS, Arſami filius, regnare cœpit, anno Arſaviri Perſarum regis vigeſimo. Hic Abgarus vocabatur *Avagair*, i. e. *vir primarius*, propter inſignem manſuetudinem & ſapientiam, poſtea etiam propter ætatem; quod nomen cum non poſſent rectè pronunciare [1] Syri & Græci, appellârunt Abgarum. Anno hujus imperii ſecundo omnis omninò Armenia populo Romano vectigalis

2 facta eſt. Imperaverat enim Auguſtus Cæſar, ut in Lucæ Evangelio traditur, per univerſum orbem cenſum inſtitui; eâque de re Romani Procuratores in Armeniam miſſi ſunt, qui Auguſti Cæſaris effigiem attulerunt, & in omnibus fanis collocârunt.

Per ea tempora natus eſt in Judæa ſervator noſter Jeſus Chriſtus, Dei filius. Iiſdem temporibus exorta eſt diſſenſio inter Abgarum & Herodem.

3 Suam enim effigiem in Armeniis templis juxta Cæſaris ſimulachrum Herodes juſſerat ſtatui; quod cum Abgarus renueret, occaſionem diffidii Herodes captans, [2] Thracum & Germanorum copias mittit, ad incurſiones,

[a] MS. Աբգարէս. [b] MS. ուղղախօսել. [c] MS. լինել.

[1] Græci nimirum nullam literam habent, quæ Latinæ *v* reſpondeat, neque Syri literam ſuam *Vau* Latino modo pronunciant, ſed ut litera noſtra Anglicana *w*.

[2] Cur hic *Thracum & Germanorum* mentio fiat, nos neſcire profitemur; & miramur quidem, quid cauſæ ſit, cur *Herodes Judæus* atque *Abgarus Armenius* ita diffiderent, quorum regna tam longo intervallo ſunt disjuncta. Meritò itaque quæri poteſt, an non pro *Herode Judææ rege*, *Herodes rex Chalcidis* ſubſtitui debeat.

առաքէ զզօրս Թրակացւոց, և Գերմանացւոց, ասպատակաւ հինից, յերկիրն Պարսից, հրաման տուեալ ընդ աշխարհն Աբգարու անցանել։ Իսկ Աբգար ոչ հաւանեալ ընդդիմանայ, ասելով եթէ ընդ անապատ է հրաման Կայսեր անցանել զօրացդ 'ի Պարս․ ընդ որ յոյժ դառնացեալ Հերովդէս, անձամբ ինչ ոչ կարէր վճարել, պէս պէս ցաւոց զնա ըմբռնեալ, վն զի 'ի Քս համարձակեցաւ, որդանց 'ի նմա եռացեալ, որպ պատմէ Յովսեփոս, առաքէ զեղբօր որդի իւր զՅովսեփ, որում տուեալ զդուստր իւր որ յառաջ էր կին Փերուրի եղբօր իւրոյ, և նա առեալ զբազմութի զօրացն, գայ հասանէ յաշխարհն Միջագետաց, պատահէ Աբգարու 'ի զօրանիստ գաւառին Բուգնան, և մարտուցեալ մեռանի 'ի զօրացն Աբգարու, և զօրքն փախստական լինին։ Նոյն հետայն վախճանի և Հերովդէս, և Հրէից ազգապետ զԱրքեղաւոս նորին որդի Օգոստոս կացուցանէ։

more latronum, in Perſidem faciendas, iiſque edixit, ut per Abgari regionem tranſirent. Abgarus verò renuens, atque obſiſtens, Cæſaris fuiſſe mandatum contendit, ut milites in Perſidem
4 per deſerta iter facerent. Herodes, ob eam rem irâ vehementer permotus, cùm ipſe nihil exequi poſſet, quòd variis doloribus correptus eſſet, quia in Chriſtum acerbiùs invectus fuerat, [3] vermibúſque, ut Joſephus ſcribit, ſcateret, fratris ſui filium [4] Joſephum mittit, cui filiam ſuam in matrimonium dederat, quæ priùs Pheroræ
5 fratris ſui uxor fuerat. Is igitur cum magnis copiis in Meſopotamiam pervenit, atque Abgaro in provinciâ Bugnaniâ obviam occurrit, ubi commiſſo prælio ab Abgari militibus cæditur, exercitúſque profligatur. Eodem temporis veſtigio moritur etiam Herodes, atque Archelaum filium ejus Judæis [5] Ethnarcham Auguſtus conſtituit.

[3] Joſeph. Antiq. p. 768. De Bell. p. 1041.

[4] Joſeph. Antiq. p. 726, 807. edit. Hudſon. Et quanquam hanc hiſtoriam Joſephus non exponit, tamen in eo eam confirmat, quod Joſephum à Parthis occiſum refert. Αλλ' επιδρα Φερωρας τον βασιλικον γαμον προς ερωτα δυλης, εφ' ῳ χαλεπηνας Ηρωδης, την μεν θυγατερα τῳ προς Παρθων υστερον αναιρεθεντι συνεζευξεν αδελφιδῳ. De Bell. I. 24. p. 1018.

[5] Joſeph. Antiq. XVII. 13. p. 785. De Bell. II. 6. p. 1057.

ՊՐԱԿ ԻԶ.

CAP. XXVI.

Շինուած Եդեսեայ քաղաքի, և յիշատակումն սակաւուք ազգի մերոյ Լուսաւորչին։

Ædificatio urbis Edeſſæ, & brevis mentio generis Illuminatoris noſtri.

ԶԿՆԻ ոչ բազում աւուրց վախճանի Օգոստոս, և փոխանակ նորա թագաւորէ Հռոմայեցւոց Տիբեր, և Գերմանիկոս, Կեսար եղեալ, ձաղեաց զառաքեալսն 'ի Հռոմ, զիշխանսն Արշօրի, և Աբգարու, յաղագս պատերազմի նց, յորում սպանին զեղբօր որդին Հերովդի։

1 POST paulò moritur Auguſtus, atque ejus loco Romanis imperitavit Tiberius. Germanicus autem, qui & Cæſar, Arſaviri & Abgari legatos, Romam miſſos, graviter increpuit, propter bellum, in quo fratris Herodis filium interfecerant; id quod Abgarus ægrè ferens, defectionem co-

ընդ

ընդ որ խստացեալ Աբգարու, խորհէր ապստամբութիւն, և պատրաստէր պատերազմի․ յայնժամ շինէ քաղաք, զտեղի պահպանութե [a] գնդին Հայոց, ուր յառաջագոյն զգուշանային Եփրատու ՝ի [b] Կրասոսէ, որ կոչի Եդեսեա, և փոխէ ՝ի նա զարքունիսն իւր՝ որ ՝ի Մծբին. և [c] զա̃մ զկուռս իւր՝ [d] Նաբոգ, և զԲէլ, և զԲաթնիքաղ, և զԹարաթայ, և զմատեանս մեհենից [e] վարժարանիցն, և միանգամայն զդիւանս թագաւորացն։ Յետ այսր մեռեալ Արշաւիր, թագաւորէ ՝ի վր Պարսից Արտաշէս որդի նր։ Արդ՝ թէպէտ և ոչ է կարգ պատմութեանս ՝ի ժամանակի, և ոչ ըստ կարգի է զոր ասելս ձեռնարկեցաք, այլ քանզի սերունդք Արշաւրի թագաւորի են որ Հայոց ազինս հաւատոյ եղեն առիթ, և Արտաշիսի որդւոյ նորա [f] արիւն և հարազատութիւն, անկ զբն առասցուք յաղագս պատուականութեն մարդկանն՝ նախակարգեալ ՝ի գիրս առ ընթեր Արտաշիսի, զի իմասցին որք ընթեռնուն, եթէ համազգիք քաջին են. իսկ զկնի ապա նշանակեսցուք զժամանակս գալստեան հարց նց ՝ի Հայս, որք են Կարենեանք [g] և Սուրենեանք յորմէ սբն Գրիգոր, և յորմէ Կամսարականք, յորժամ ՝ի շարս կարգին հասանիցեմք [h] ՝ի ժամանակս թագաւորին, որ զնոսայն ընկալաւ։ Բայց Աբգարու ոչ աջողեցաւ խորհուրդն ապստամբութե. զի խռովութի անկեալ ՝ի մէջ ազգականացն իւրոց թագաւորութեանն Պարսից, զօրս ժողովեալ, անդ չուէր, համոզել զնս, և դադարեցուցանել։

2 gitabat, bellúmque apparabat. Illo tempore urbem condit, quæ Armeniæ cohorti propugnaculo eſſet, quo in loco Euphratem à Craſſo defenderant, quæ [1] Edeſſa appellatur; atque regiam ſuam à Niſibi, & ſimulachra ſua, Nabogum, Belum, Bathnicalum ac Tharatham fanorúmque bibliothecas ſimul & regum tabularia eò tranſtulit. Moritur poſt hæc Arſavirus, regnúmque Perſidis filius ejus Artaſes tenuit.
3 Jam verò, quanquam narratio noſtra neque hiſtoriæ neque temporis ordinem ſequitur, tamen quia Arſaviri regis progenies, & Artaſis filii ejus, conſanguinei & cognati in causâ fuêre, quare natio Armeniorum fidem ſit amplexa, hîc primùm viros iſtos, honoris ergò, in hoc libro ſub Artaſis tempora memorabimus, ut intelligant
4 legentes, fuiſſe eos de Fortis illius ſtirpe; pòſt autem, tempora declarabimus, quibus Patres eorum in Armeniam immigrârunt, qui ſunt Carenii, & Surenii, à quibus [2] Sanctus Gregorius, & Camſarii orti, quum ad regis iſtius ætatem, qui eos excepit, ex ordine devenerimus. Cæterùm Abgaro parum proſpere ceſſit conſilium defectionis, namque inter cognatos ejus in Perſidis regno coorta ſunt diſſidia, ad quæ componenda atque ipſos deliniendos, exercitu conſcripto, ipſe illò proficiſcitur.

ԳՐԱԿ

[a] Edit. գնդն. [b] MS. Կարսիոսէ. [c] Abeſt ab Edit. զա̃մ. [d] Edit. Նաբագ. [e] Edit. վարժարանին. [f] Deſunt in Edit. արիւն և. [g] Abſunt ab Edit. և Սուրենեանք. [h] Deſunt in Edit. ՝ի ժամանակս.

[1] Alii hanc urbem antiquiorem faciunt; ſed uſitatum eſt permultis ſcriptoribus urbis conditorem appellare eum, qui eam refecit atque inſtauravit.

[2] Vide infrà l. II. c. 27, 77.

ԳԼՈՒԽ ԻԷ։

Յաղագս երթալոյն Աբգարու յարեւելս, և թագաւորեցուցանելոյ Պարսից զԱրտաշէս։ Եւ թէ զի արդ կարգեաց զեղբարս իւր, յորոց մեր Լուսաւորիչն և ազգակիցք [a] նորին։

ԵՐԹԵԱԼ Աբգարու յարեւելս, գտանէ թագաւորեալ Պարսից զԱրտաշէս, որդի Արշօրի, և ընդդիմացեալ նմա զեղբարս իւր, քանզի նա խորհէր ազգաւ ի վերայ նց թագաւորել, և նք ոչ առնուին յանձն, վս որոյ պաշարեալ զնս Արտաշիսի, և երկիւղ մահու եդեալ ՚ի վր նց, բազում պատառմունք, և անմիաբանութիւնք [b] ՚ի մէջ զօրացն, և այլոց ազգականացն լինէին. քանզի Արշօրի թագաւորի էին որդիք երեք, և դուստր մի։ առաջին, նոյն ինքն արքայ Արտաշէս. երկրորդ Կարէն, [c] երրորդ Սուրէն։ և քոյր նոցին՝ որ անուանեալ կոչիւր Կոշմ, կին զօրավարին ամ Արեաց ՚ի հօրէն [d] կարգեալ։ Իսկ Աբգարու համոզեալ զնս խաղաղանալ, ՚ի մէջ ամենեցուն հաստատէր զայն ինչ սահմանելով, թագաւորել Արտաշիսի համդերձ իւրովք ծննդովք, ոպ [e] խորհեցաւ, և զեղբարս անուանել [f] Պալհաւս, յանուն քաղաքին իւրեանց, և աշխարհին մեծի, և քաջաբերւոյ. ոպ զի լինիլ նց պատուականագոյն, և առաջին քան զամ նախարարութիւնս Պարսից, ոպ արդարեւ զարմն թագաւորաց։ Եւ դաշինս, և երդմունս ՚ի միջի

CAP. XXVII.

Abgarus in orientem proficiſcitur atque Artaſem Perſis regem conſtituit, deinde fratrum ſuorum res ordinat, à quibus Illuminator noſter & cognati ejus oriundi.

1 ABGARUS in orientem profectus, Perſis imperitantem reperit Artaſem, Arſaviri filium, contrà quem fratres ejus contendebant, quia cogitabat gentilitium in eos imperium obtinere, id quod illi detrectârunt, ob eámque cauſam, quòd eos Artaſes obſeſſerat, necíſque timorem injecerat, factiones & diſſidia multa militum, aliorúmque cognatorum crebrò naſcebantur. Arſaviro etenim regi tres
2 erant [1] filii, filiáque una. Primus liberorum, idem ipſe rex Artaſes; ſecundus, Caronius; tertius, [2] Surenas; atque ipſorum ſoror, cui nomen erat Coſma, cujus vir omnium Ariorum dux à patre fuerat conſtitutus. Abgarus igitur ad pacem eos cohortatus, his conditionibus cunctos aſtrinxit, regnaturum Artaſem, cum ſuâ progenie, ſicut ipſe voluerat; & fratres ejus ab nomine ipſorum urbis & regionis magnæ ac fertilis, Balhavenſes ap-
3 pellatum iri, ut eſſent majore in honore ac dignitate, quàm cæteri omnes Perſarum Satrapæ, quippe regio ſanguine orti. Fœderibus autem & jurejurando inter eos ſanxit; ut, ſi forte Artaſi ſtirps virilis defeciſſet, ipſi

հա

[a] Edit. իւր. [b] Deeſt in Edit. ՚ի մէջ. [c] MS. և. [d] MS. կարգեցեալ. [e] MS. խորհեցան. [f] MS. Պահլաւս.

[1] Vide infrà l. II. c. 65.

[2] Nomen fuit apud Perſas ei datum, qui ſecundus ab rege erat, cuique jus erat gentilitium, ut novo regi diadema primus imponeret. Appian. in Parth. p. 140. Ammian. Marcellin. l. XXX.

հաստատեալ, զի թէ՝ դէպ՝ լիցի ըսպառ իլ զարմից Արտաշիսի պատանեաց, նոքա մատիցեն 'ի թագաւորութիւն։ Եւ արտաքոյ ցեղին նր՛ թագաւորեցելոյ ցեղս [g] որոշեալ զնն երիս, կոչմամբ այսպիսեաւ՝ Կարենի Պալհաւ,
4
Սուրենի Պալհաւ, և զքոյրն՝ Ասպահապետի Պալհաւ, յանուն տանուտէրութե՝ և զնորա անուն որոշեալ։ և ասեն՝ զսուրբն Գրիգոր՝ 'ի Սուրենեան Պալհաւէ, և զԿամսարականն, 'ի Կարենեան Պալհաւէն։ Այլ զայսր [h] գոլոյն զորպիսութե, 'ի կարգին պատմեսցուք.
5
միայն [i] պատմելով այժմ, առընթեր Արտաշիսի, զի ծանիցես զազգս զայս մեծ, թէ՝ հաւաստի արիւն Վաղարշակայ են, այսինքն, զարմ Արշակայ մեծի՝ եղբօր Վաղարշակայ։ Եւ այսոցիկ՝ այսպէս կարգեցելոց, և զգիր ուխտին ընդ իւր առեալ Աբգարու դառնայ, ոչ առողջ մարմնով, այլ չարաչար ցաւովք՝ ախտացեալ։

ad regnum adirent. Ac deinde præter ipſius Regis claſſem, in tres eos claſſes deſcripſit, quas Careniam Balhavenſem, Sureniam Balhavenſem, eámque Sororis, Imperatoriam Balhavenſem,
4
ab mariti munere, nuncupavit. Et Sanctum Gregorium quidem, à Sureniâ Balhavenſi, Camſarios verò à Careniâ Balhavenſi claſſe profectos narrant. Cæterùm hanc rem ſuo loco pòſt declarabimus; hîc tantùm ſub Artaſis tempora memoravimus, quò gentem hanc illuſtrem Valarſacis ſan-
5
guine re verâ ortam cognoſceres, hoc eſt, progeniem eſſe Arſacis magni, Valarſacis fratris. His igitur ita conſtitutis, atque exemplo pactionis Abgarus ſecum ſumpto, inde regreditur, parùm corpore ſanus, ſed graviſſimis doloribus afflictus.

g MS. որոշել. h MS. գայոյն. i MS. նշանակելով.

ԳՐԱԿ ԻԸ.

CAP. XXVIII.

Դարձ Աբգարու յարեւելից, և տալ օգնականութե Արետայ 'ի մարտ ընդդէմ Հերովդի չորրորդապետի։

Abgarus ab oriente reverſus ſuppetias miſit Aretæ, qui adversùs Herodem Tetrarcham bellum gerebat.

1 ԻԲՐԵՒ դարձաւ Աբգար յարեւելից, լուաւ նա զՀռոմայեցւոց, թէ՝ 'ի կասկածանս անկեալ են՝ վս նր, իբրև թէ՝ զկնի զօրու գնաց յարևելս. վս որոյ՝ գրեաց առ գործակալս Հռոմայեցւոց զպատճառս երթալոյն [a] իւրոյ 'ի Պարսս, միանգամայն և զգիր ուխտին, որ ընդ Արտաշիսի, և ընդ եղբարս նր, տալ տանել, և նոքա ոչ հաւատային նմա, վս զի և թշնամիք չարախօսք էին զնմա-

1 ABGARO ab Oriente reverſo, nunciatum eſt, Romanis de eo ſuſpicionem eſſe injectam, quaſi ſi exercitûs cogendi causâ in Orientem profectus eſſet. Literis itaque ad Romanos Procuratores datis, ſuæ in Perſidem profectionis cauſas Abgarus exponit, ſimul mittens exemplum pactionis inter Artaſem & fratres ejus
2
factæ. Qui tamen fidem ei non habebant, quoniam inimici ejus Pilatus,

նէ.

a Edit. նորա.

յնէ, Պիղատոս, և Հերովդէս չորրորդապետն, և Լիւսիանոս, [b] և Փիլիպպոս։ Իսկ Աբգարու եկեալ ’ի քաղաքն իւր յԵդեսիա, միաբանեաց ընդ Արետայ արքային Պետրեացւոց, տալով զօրս ’ի ձեռն Խորենայ ումեմն Արծրունւոյ՝ մարտնչիլ ընդ Հերովդի. քանզի՝ նախ զդուստր Արետայ արքային՝ կին առեալ Հերովդի, և ապա անարգել, ’ի բաց եհ[illegible]զի՝ զՀերովդիադայ մեկնեալ յառնէն իւրմէ կենդանւոյն ’ի բաց եհան. յաղագս որոյ՝ ըստէպ յանդիմանեալ ’ի Յովհաննէ Մկրտչէ, այնր աղագաւ՝ եսպան զՅովհաննէս Մկրտիչ։ Եւ եղև պատերազմ ընդ նոսա, և ընդ Արետա արքայ՝ վն անարգանաց դստերն, յորում սաստկապէս հարեալ՝ սատակեցան զօրքն Հերովդի, յօգնականութենէ քաջացն Հայոց. որպ յածային իմն, գոգցես, տեսչութենէ, վրէժս հատուցանել է մահուանն Յովհաննու Մկրտչի։

Herodes Tetrarcha, & Lyſanias, ac Philippus eum eſſent calumniati. Tum verò Abgarus, ut in urbem ſuam Edeſſam venit, cum [1] Aretâ Petrææ rege ſocietatem coit, cui per Chorenum quendam Arzrunium ſubſidia mittit, ut cum Herode confligat. Herodes etenim Aretæ regis filiam pridem in
3 matrimonium duxerat, quam pòſt repudiavit, Herodiadémque à viro ſuo adhuc vivo ad ſe traduxit; id quod in cùm in eo Johannes Baptiſta valdè reprehenderet, Johannem Baptiſtam propterea occidit. [2] Fit igitur Prælium inter eum atque Aretam regem, ob filiæ repudium; in quo Herodis exercitus, fortium Armeniorum ope, profligatus atque atrociter cæſus eſt, adeò ut divina providentia Johannis Baptiſtæ necem eâ re ulciſci videretur.

ԳԼՈՒ

[b] Abeſt ab Edit. և.

[1] Ἐν τετῳ δε στασιαζεσιν Αρετας τε ὁ Πετραιος βασιλευς και Ἡρωδης, δια τοιαυτην αιτιαν. Ἡρωδης ὁ τετραρχης γαμει την Αρετα θυγατερα, και συνην χρονον ηδη πολυν. στελλομενος δ' επι Ρωμης, καταγεται εν Ἡρωδε αδελφε οντος εκ ὁμομητριε.—ερασθεις δε Ἡρωδιαδος της τετε γυναικος—τολμᾳ λογων απτεσθαι περι γαμων.—ην δε εν ταις συνθηκαις, ὡστε και τε Αρετα την θυγατερα εκβαλειν. Joſeph. Antiq. XVIII. 6. p, 804.

[2] Και μαχης γενομενης, διεφθαρη πας ὁ Ἡρωδε στρατος.——τισι δε των Ιεδαιων εδοκει ολωλεναι τον Ἡρωδε στρατον ὑπο τε θεε, και μαλα δικαιως τινυμενε κατα ποινην Ιωαννε τε επικαλεμενε Βαπτιστε. Joſeph. Antiq. p. 805.

ԳԼՈՒԽ ԻԹ։

Առաքումն Իշխանացն Աբգարու առ Մարինոս, յորում տեսին զՓրկիչն մեր Քս̅, ուստի եղեւ սկիզբն հաւատոցն Աբգարու։

ԸՆԴ այն ժամանակս եկաց 'ի գործ հազարապետութեան կայսեր, 'ի վերայ Փիւնիկեցւոց, և Պաղեստինացւոց, Ասորւոց, և Միջագետաց, Մարինոս որդի Ստորոգեայ։ Առ որ առաքեաց Աբգարոս երկուս 'ի գլխաւորաց իւրոց, զՄարիհաբ բդեաշխն Աղձնեաց, և զՇամշագրամ նահապետ Ապահունեաց տոհմին, և զԱնան հաւատարիմ իւր, 'ի քաղաքն Բեթքուբին, զգացուցանել նմա զպատճառս երթալոյն իւրոյ յարևելս, ցուցանելով նմա զգիր ուխտին, որ ը̅ Արտաշէս, և ը̅ եղբարս իւր, և առնել զնա թիկունս

օգ-

CAP. XXIX.

Abgari Principes ad Marinum leguntur. Vident Servatorem noſtrum Chriſtum, quæ res fuit Abgaro fidei primordium.

EA [1] tempeſtate [2] Marinus, Sto-
1 rogis filius, Cæſaris Tribunus, Phœniciæ, Palæſtinæ, Syriæ ac Meſopotamiæ præſidebat; ad quem duos de principibus ſuis legavit Abgarus, Marihabum Alznenſium Conſulem, & Samſagramum Apahuniæ gentis Principem, atque etiam fidiſſimum ſibi Ananum, ad [3] Bethcubin oppidum, qui ſuæ in orientem profectionis cauſas exponerent, atque exemplum pactionis
2 inter Artaſem & fratres ejus factæ oſtenderent; illúmque ſibi adjutorem adjungerent. Qui cum veniſſent, eum [4] Ereutheropoli offenderunt; íſque

[1] Venimus jam ad eam hujus libri partem, quæ hiſtoriam exponit adeò lectu ac notatu dignam, ut ejus cauſâ totum Chorenenſem tanti ſit perlegere; Cæterùm de Abgari hiſtoriâ tot tantíque viri tam fusè & copiosè in utramque partem diſputârunt, ut totam controverſiam hîc aperire atque explicare foret ſupervacaneum; quod quidem munus nos libenter defugimus; ſed cum ii de hac Chorenenſis hiſtoriâ nihil noverant, quæ difficultates rei minuat, ac rem ipſam plerumque valdè confirmet, nos pro more noſtro paucas obſervationes breviter interponemus.

[2] Per hæc tempora Syriam adminiſtrabat Ælius Lamia, cui tamen provinciam ſuam adire non fuit permiſſum, ut ſcribit Tacitus, l. VI. c. 27. qui etiam Julii cujuſdam Marini meminit, c. 10; an verò is idem ſuerit atque hic Marinus, id omnino incertum eſt.

[3] Videtur hic idem eſſe locus, ac Bethagabra, ſive Bethgubrin, qui erat vicus in regione Eleutheropolitanâ poſitus; ut Cl. Relandus docet, in Palæſtin. l. III. p. 627, 641.

[4] Quod hîc, ſcribarum incuriâ, *Ereutheropolis* pro *Eleutheropoli* ponitur, leviculum eſt. Longè major de oppido ipſo ſubeſt difficultas, quam tamen, ut videtur, Ammianus Marcellinus tollit. Quippe viri Clariſſimi & Geographorum facilè Principes Cellarius & Relandus, urbem hanc Eleutheropolim, cujus nuſquam Joſephus aut Ptolemæus meminerunt, nondum putant fuiſſe conditam; quorum tamen ſententiæ vix accedere poſſumus, quum Ammiani locum expendamus, qui Palæſtinæ urbes recenſet, *Cæſaream, quam ad honorem Octaviani Principis exædificavit Herodes, & Eleutheropolim, & Neapolim, itidémque Aſcalonem, Gazam ævo ſuperiore exſtructas*, l. XIV. c. 8. Atque hîc quidem, ni fallimur, Eleutheropolis dicitur ante Cæſaream fuiſſe condita; id quod tum ex verborum ſerie & continuatione, tum etiam ex eo apparet, quòd *ævum ſuperius* hoc in loco vix poteſt verè eam modò ætatem deſignare, quæ Ammiani ipſius tempora proximè anteceſſit, quum urbs ea, ineunte ſæculo quarto, ut Cellarii verbis utar, *florens erat & celebris adeò, ut Euſebius ac Hieronymus ex illâ & Æliâ ferè omnium oppidorum vicorúmque diſtantias ac poſitiones metirentur*. Accedit denique, quæ ratio maximè valet, quòd cæteræ urbes, quas ſimul Ammianus recenſet, ut eodem tempore exſtructas, tametſi dubium eſt, an fuerint omnes Cæſareâ priores, per ea tamen antiqua tempora certè fuerint inſtauratæ. Sic Neapolis, quæ olim Sichem appellabatur, novum id nomen bello ultimo Hieroſolymitano accepit;

cepit;

ցանկալութեան, որոց եկեալ գտին զնա յԵլևթերուպօլիս, և նր ընկալեալ զնոսա խաղաղութբ, և մեծարանօք, առնէ պատասխանի Աբգարու. մի՛ կասկածել ՚ի Կայսերէ սակս այնր, միայն [a] զհարկեսն լիով փութասցիս։ Եւ նց դարձեալ անտի ելին յԵրուսաղէմ, տեսանել զՓրկիչն մեր Քս, վս լրոյ համբաւուց սքանչելագործութեանցն, որում և ականատես եղեալ, պատմեցին Աբգարու, ընդ որ զարմացեալ Աբգարու, հաւատաց ճշմարտապէս իբր արդարև որդի Այ, և ասէ, այն զօրութիւնք Այ են, և ոչ մարդոյ. զի չիք ոք ՚ի մարդկանէ որ կարէ յարուցանել զմեռեալս, բայց միայն Աձ։ Եւ քանզի ապականեալ էր մարմին նր ՚ի [b] չարաչար ցաւոց, որ պատահեցին նմա ՚ի Պարսից աշխարհին յառաջ քան զեօթն ամ, [c] որ ՚ի մարդկանէ ոչ եղև նմա հնարս բժշկութեան, ետ տանել առ նմա թուղթ աղաչանաց, գալ, և բժշկել զնա ՚ի [d] ցաւոցն, օրինակ զայս։

eos comiter atque adeò magnificè excepit, Abgaróque reſpondit, nè quid de eâ re à Cæſare metueret, tributum modò, quantum imperatum
3 eſt, ſine morâ perſolveret. Illi itaque, inde redeuntes, Hieroſolymam profecti ſunt, Servatorem noſtrum Chriſtum viſuri, propter ejus miraculorum famam, quorum cùm ipſi oculati teſtes fuiſſent, ea Abgaro renunciârunt, de quo Abgarus admiratus, eum re verâ Dei filium eſſe credidit, "Namque "hæ vires", inquit, "Dei ſunt, "non hominis, neque enim quiſquam "hominum eſt, qui mortuos ſuſcitare
4 "poſſit, ſed Deus ſolus." Quoniam verò gravi morbo laborabat, qui eum in Perſide ſupra ſeptem annos invaſerat, neque ab hominibus ullo molo ſanari poterat; literas ad eum dedit, quibus ſuppliciter orabat, ut ad ſe veniret, & dolores ſuos ſanaret, quarum hoc eſt exemplum.

Թուղթ Աբգարու առ փրկիչն [e] Յս Քս։

Աբգար Արշամայ, Իշխան աշխարհի, առ Յիսուս [f] փրկիչ բարերար որ [g] երևեցաւ յԵրուսաղէմ-

[5] *Epiſtola Abgari ad Servatorem Chriſtum.*

5 Abgarus, Arſami filius, Princeps regionis, Jeſu Servatori benefico, qui in Hieroſolymitanâ regione apparuit,

մացուց

[a] MS. զի զհարկեայն. [b] Edit. չար. [c] MS. և ՚ի. [d] MS. ՚ի ցաւոց անտի. [e] Deeſt in Edit. Յս. [f] MS. փրկիչ և. [g] Edit. երևեցար.

cepit; namque eam Plinius & Joſephus ita nominant, atque extant ejus urbis nummi, qui Flaviæ Veſpaſiani uxoris nomen inſcriptum habent, id quod auctorem & tempus inſtaurationis deſignat. Aſcalonem, urbem etiam antiquam, Herodes magnus, ſi non inſtaurâſſe, at certè ornâſſe atque amplificâſſe dici poteſt, ut ex Joſepho colligere licet; De Bell. Judaic. l. I. c. 20. p. 1010. edit. Hudſon. atque ejus urbis nummorum inſcriptus numerus initium ducit ab anno U. C. 650. De Gazâ denique Joſephi teſtimonium adſcribemus, qui eam à Gabinio inſtauratam fuiſſe diſertè tradit. Γαβινιος μεν—επι την αλλην Ιυδαιαν ηει, και όσαις γε εντυγχανε καθῃρημεναις των πολεων, κτιζειν παρεκελευετο. και ανεκτιαθησαν Σαμαρεια, και Αζωτος, και Σκυθοπολις, και Ανθηδων, και Ραφια, και Δωρα, Μαρισσα τε και ΓΑΖΑ, και αλλαι ουκ ολιγαι. Antiq. XIV. 5. p. 616. In ſummâ, nuſquam omnino, quantum ſcimus, traditum eſt, has urbes poſterioribus temporibus paulò ante Ammiani ætatem inſtauratas eſſe & exſtructas, nec proinde tam longi in hac notâ fuiſſemus, niſi Cellarii & Relandi ſententia repugnâſſet, quos Lector de his urbibus conſulere debet, ut totam rem dijudicet.

[5] De his epiſtolis conſulat Lector *Euſebium*, in Hiſt. Eccleſ. I. 13. *Procopium* de Bell. Perſ. II. 12. atque inter recentiores, *Caveum* in Hiſt. Literar. *Grabium* in Spicilegio Patrum, & *Fabricium* in Codice Pſæudepigrapho, ubi aliorum ſcriptorum teſtimonia proferuntur.

մացուց աշխարհիդ, ողջոյն։ Լու-
եալ է ինմ վ͞ն քո, և վ͞ն բժշկութեանցդ՝
որ լինին ՚ի ձեռս քո առանց դեղոց, և
արմատոց· զի՝ ո͞պ ասի, տաս դու կու-
րաց տեսանել, և կաղաց գնալ, և զբո-
րոտս սրբես, և զայսս պիղծս, և զդևս
հանես, և որ միանգամ չարչարեալ
են յերկար հիւանդութ͞եբք բժշկես,
դու՝ և զմեռեալս յարուցանես։ Եւ
իբրև լուայ վ͞ն քո զայս ա͞մ, եդի ՚ի
միտ իմում մի՛ յերկուց [h] անտի, կամ թէ՝
դու իցես Ա͞ծ իջեալ յերկնից՝ և գոր-
ծես զայդ, կամ թէ՝ դու իցես որդի
Ա͞յ, և զայդ առնես։ Այդ՝ վասն այ-
նորիկ գրեցի ես առ քեզ, աղաչել
զքեզ՝ զի աշխատ լինիցիս՝, և եկեսցես
առ իս՝, և բժշկեսցես զհիւանդութ͞իս,
զոր ունիմ ես։ Նա և լուայ զի և
Հրեայք [i] տրտնջեն զքէն, և կամին
չարչարել զքեզ, բայց՝ քաղաք մի փոք-
րիկ, և գեղեցիկ է իմ, և բաւական է
մեզ երկոցունցս։ Որոց տարեալ
զթուղթն՝, պատահեցին նմա յԵրու-
սաղէմ։ զայս վկայէ՝ և աւետարանա-
կան Բանն, եթէ՝ էին ոմանք և ՚ի
հեթանոսաց յելելոց առ նա։ վ͞ն որոյ՝
ոչ [k] համարձակէին որք լուանն՝ ասել
ց՚ Յ͞ս, այլ ասեն ցՓիլիպպոս, և ց
Անդրէաս, Անդրէաս՝, և Փիլիպպոս
ասեն ց՚ Յ͞ս։ իսկ՝ ինքն Փրկիչն մեր՝,
յայնմ ժամանակի՝ յորում կոչեացն
զնա՝, ոչ եառ յանձն, բայց՝ թղթոյ
արժանի արար զնա, որ ունի օրինակ
զայս։

salutem. Audivi de te,[l] deque ſanationibus, quæ per manus tuas fiunt. Tu enim, ut dicitur, cæcis viſum reſtituis, claudos facis, ut ambulent, leprâ affectos purgas, ſpiritus impuros, dæmoniáque ejicis, & quotquot diuturnis morbis cruciati ſunt, tu ſanas, atque
6 adeò mortuos ſuſcitas. Ubi igitur hæc omnia de te audivi, horum alterutrum mecum ſtatui, aut te eſſe Deum, ab cælo delapſum, qui hæc opereris, aut Dei filium, qui hæc efficias. Propterea itaque ad te ſcripſi, orans, ne graveris ad me venire, & dolores, quibuſcum conflictor, ſanare. Audivi etiam Judæos in te fremere, ac tibi pœnas moliri, eſt autem mihi urbs parva & pulchra, quæ noſtrûm utriſ-
7 que ſufficiet. Qui autem epiſtolam ferebant, ei Hieroſolymis occurrerunt, cujus rei teſtimonio eſt Evangelii dictum illud, *fuêre*, inquit, *quidam de Ethnicis, qui ad eum aſcenderant*, ideóque qui *audiebant, id Jeſu narrare non auſi ſunt, ſed Philippo nunciant & Andreæ*; *Andreas & Philippus Jeſu narrant*. Ipſe autem Conſervator noſter, quo tempore accitus erat, ire recuſavit, ſed eum epiſtolâ dignum judicavit, cujus hoc eſt exemplum.

Պատասխանի թղթոյն Աբգարու, զոր գրեաց Թովմաս առաքեալ՝, հրամանաւ Փրկչին։

8 *Reſponſum Epiſtolæ Abgari, quod ſcripſit * Thomas Apoſtolus, juſſu Servatoris.*

Երանի իցէ այնմ, որ հաւատայ յիս, իբր՝ ոչ իցէ նորա տեսեալ զիս, զի՝

Beatus eſt ille, qui in me credit, tametſi is haud me viderit; de me enim

գրե-

[h] Deeſt in Edit. անտի. [i] Edit. տրտունջ են. [k] Edit. համարձակին.

6 Apud Euſebium Chriſtus ipſe Abgari literis videtur reſcripſiſſe, atque inde nonnulli contra harum Epiſtolarum auctoritatem argumenta duxêre, quorum vim hic Chorenenſis locus infringit.

գրեալ է վասն իմ այսպէս. զի որք տեսանենն զիս, ոչ հաւատայցեն յիս, և որք ոչն տեսանիցեն զիս, նոքա հաւատայցեն և կեցցեն։

Իսկ վասն այնր զի գրեցեր դու առ իս, գալ ինձ առ քեզ, արժան է ինձ աստ կատարել զա̃մ ինչ վ̃ս որոյ առաքեցայ յԵրուսաղէմ, իբրև կատարեցից
9 զայս, ապա համբարձայց առ այն որ առաքեացն զիս, և յորժամ համբարձայց, առաքեցից զմի յաշակերտաց աստի իմոց, զի զքո ցաւսդ բժշկեսցէ, և կեանս քեզ, և որոց ընդ քեզ են, շնորհեսցէ։

Զայս թուղթ եբեր [l] Անան սուրհանդակ Աբգարու, ընդ որում և զկենդանագրութի Փրկչական պատկերին, որ կայ յԵդեսացւոց քաղաքին [m]։

ita ſcriptum eſt; [7] qui me vident, in me non credent, & qui me non videbunt, ii credent & vivent.

Quod verò ad me ſcripſiſti, ut ad te venirem, oportet me hîc loci omnia perficere, quorum causâ Hieroſoly-
9 mam miſſus fui. Cum hæc perfecero, tunc ad eum, qui me miſit, aſcendam; & poſtquam aſcenſus ero, ex his meis diſcipulis unum ad te allegabo, qui dolores tuos ſanet, vitámque tibi atque iis, qui tecum ſunt, largiatur.

Hanc epiſtolam attulit Ananus Abgari curſor, ſimúlque eam Servatoris [8] imaginem, quæ in oppido Edeſſæ extat.

[l] Edit. Ենան. [m] MS. addit մինչև ց՚ այսօր ժամանակի.

1 CUM verò puer Artaſes adoleviſſet, variáque fortitudinis operæ Sembatus nutritius ejus edidiſſet, Ariorum Satrapæ, eo delectati, regi ſupplicârunt, ut quicquid petiiſſet, ei concederet. Annuens Rex, "Quærite", inquit Satrapes, "quid Vir ille fortis velit". Illi verò, "immortalem tuam petit beneficentiam, neque enim aliud quid Sembatus efflagitat, niſi ut Artaſes Sanatrucis filius, ſanguis tuus & cognatio, regno pulſus, in regnum ſuum reſtituatur." Tum Rex Regum aſſentiens, partem aliquam ex Aſſyriæ & Atropatenes copiis Sembato tradidit, quibus Artaſem in paternum ſolium reſtitueret.

ԳՐԱԿ

[a] MS. ցուցեալ. [b] MS. մաղթեն.

ՊՐԱԿ ԽԱ։

Յաղագս՝ լսելոյ Երուանդայ զգալն Արտաշիսի, և գումարել զզօրս 'ի պատրաստութիւն պատերազմի։

ՀԱՍԱՆԷ լո՛ւր առ Երուանդ 'յՈւտէացւոց գաւառին, եթէ՝ գումարեաց արքայն Պարսից զօ՛րս բազումս 'ի ձեռս Սմբատայ, զի, 'ի վերայ քոյ խաղացեալ, ածցէ զմանուկն Արտաշէս 'ի թագաւորութիւն իւր։ զայս լուեալ Երուանդայ՝, եթող անդէն զբազումս 'ի նախարարացն կողմնապահս, և ինքն գնաց 'ի քաղաքն իւր փութանակի, կուտել առ ինքն զզօրս Հայոց, զՎրաց՝, և զկողմանցն Կեսարու, նաև և զՄիջագետաց, աղերսօք, և պարգևօք։ և էին աւուրք գարնայնոյ, վ̃ն որոյ՝ երագ ժողովեցան զօրքն՝ ա̃մ։ Նա՛ և՝ Արգամ, տանուտէր Մուրացեան, որ 'ի ծննդոցն Աժդահակայ՝, ամբոխ հետևակաւ։ ք̃զի՝ դարձուցեալ էր Երուանդայ՝ 'ի նա՛ ըզգահն երկրորդական, զոր հանեալ էր 'ի նոցանէ Տիգրանայ, և տուեալ իւրում քեռա՛ւոն՝ Միհրդատայ, ᶜ իսկ յետ մահուանն Միհրդատայ ոչ ումեք տուեալ լինէր, մինչև՝ Երուանդայ դա՛րձուցանել զնա առ Արգամ, և ոչ միա՛յն նմա, այլ և՝ ա̃մ նախարարացն տայր պատիւս, և զօրացն ամենեցուն պարգևս ᵈ առատապէս։

CAP. XLI.

Eruandus, adventare Artaſem certior factus, exercitu coacto, in bellum ſe parat.

1 AD Eruandum itaque in Utienſi provinciâ fama perfertur, Perſarum regem magnas copias collegiſſe, eáſque Sembato tradidiſſe, “ ut, in te “ impetu facto, puerum Artaſem in “ regnum ſuum induceret. ” Hoc Eruandus audito, relictis ibi multis Satrapis, qui regionem tuerentur, ipſe in oppidum ſuum quàm celerrimè contendit, ut Armeniæ, Iberiæ, Cæſari-
2 enſis tractûs, ac Meſopotamiæ copias, precibus ac donis ad ſe alliceret atque adjungeret. Erat tum tempus vernum, ac propterea copiæ ſtatim convenerunt; acceſſit etiam Argamus, Princeps Muraſius, de ſtirpe Aſtyagis, cum catervâ peditum; namque ei reſtituerat Eruandus ſecundum dignitatis lo-
3 cum, quem [1] Tigranes illi ademerat, & *Mithridati ſororis ſuæ viro dederat, ſed poſt Mithridatis obitum nullus alius* obtinuerat, quoad in eodem Eruandus Argamum reponeret. Neque eum modò, ſed omnes etiam Satrapas, honoribus decoravit, cunctíſque militibus munera largè dedit.

ՊՐԱԿ

ᶜ Deſunt in Edit. իսկ յետ մահուանն Միհրդատայ. ᵈ Abeſt ab Edit. առատապէս.

[1] Suprà l. II. c. 13.

ԳԼՈՒԽ ԽԲ։

Եթէ՛ որպէս, ընդ մուտն Արտաշիսի յիւր աշխարհն, յաջողեցաւ գործն։

ԱՅԼ Սմբատ, հանդերձ մանկամբն Արտաշիսիւ, աճապարէր հասանել ՚ի սահմանս Ուտեացւոց, ընդ առաջ նմա ելին զօրք կողմանցն այնր, նա և նախարարքն, զորս եթող Երուանդ։ Զայն իբրև լուան այլ նախարարք Հայոց, լուծանէին, լքանէին, և զատչիլ յԵրուանդայ խորհէին. նա և զայն ևս տեսանէին, թէ զօրք Հռոմայեցւոց ոչ հասին նմա ՚ի թիկունս։ Իսկ Երուանդ առաւել [a] ևս յորդագոյն տայր զպարգևսն, և բաշխէր միոյ միոյ ՚ի նոցանէ զգանձսն. և որչափ [b] շատ տայր, շատ ևս ատելի լինէր. քանզի գիտէին ամենեքեան, եթէ ոչ առ առատութե [c] տայ, այլ առ երկիւղի վատնէ, և ոչ այնչափ սիրելի զայնոսիկ առնէր, որոց շատն տայր, քան թէ թշնամի։ և քան զնոսա, զայնս որոց ոչն տայր, էր տեսանել [d] լաւագոյնս.

CAP. XLII.

Quòd Artaſi, intra regionem ſuam ingredienti, res proſperè ceſſerit.

1 SEMBATUS verò, cum puero Artaſe, ad Utienſium fines proficiſci maturat; cui obviam prodière regionis iſtius copiæ, atque etiam Satrapæ, quos Eruandus ibi reliquerat. Id ubi cæteri Satrapæ Armenii audivêre, metu perculſi atque exanimati, ab Eruando deſciſcere cogitabant, illud ſimul animadvertentes, exercitum Romanum haudquaquam ei ſubſidio veniſſe.
2 Tum verò Eruandus majora dona cumulare, ac theſauros unicuique ſingulatim diſtribuere. Quò autem plura dedit, eò majori in odio fuit, cum ſcirent univerſi, non liberalitate ſed metu, adeò eum eſſe pecuniæ prodigum atque profuſum; neque, eos, quibus larga munera dedit, tam ſibi amicos, quam inimicos reddidit, quòd eos, quibus nihil donaverat, meliori loco eſſe viderent.

[a] Abeſt ab Edit. ևս. [b] MS. առատատուայր առաւել և ատելի. [c] Deeſt in Edit. տայ. [d] MS. պերճագոյնս.

ԳԼՈՒԽ ԽԳ։

Երուանդայ պատերազմ ընդ Արտաշիսի, և փախուստ, և առումն քաղաքի նորին, և մահ։

ԱՅՑ Սմբատ, հանդերձ մանկամբն Արտաշիսիւ, ելանէ առ ափն ծովուն Գեղամայ, զթիկամբքն Արագածն կոչեցեալ լերին, աճապարէին հասանել ՚ի բանակն Երուանդայ, առ ոչինչ համարեալ

CAP. XLIII.

Eruandus, prælio cum Artaſe inito, in fugam vertitur. Urbs ejus capitur. Ipſe moritur.

1 AT Sembatus, cum puero Artaſe, ad Gelamii lacûs ripam proficiſcitur, à tergo montis cui nomen Aragazo, atque inde ad Eruandi caſtra pervenire properabat, cujus exercitûs multitudinem prorſus aſpernatus eſt;

զբաղ

զբազմութիւն զօրաց նր̄, միայն [a] ակն ածէին ՚ի Մուրացենէն Արգամայ. զի այր քաջ էր, և բազմաց տէր տիգաւորաց։ Եւ ճամբարն Երուանդայ էր բացագոյն ՚ի քաղաքէ նորին, աւելի քան զերեք հարիւր ասպարիզաւ ՚ի հիւսիսոյ, ՚ի վր̄ գետոյն Ախուրեան. 2 զայն իբրև լուեր Երուանդ, հանէր ընդ առաջ զբազմութիւն զօրացն, և ճակատէր ոչ հեռի յիւրմէ բանակէն։ Իսկ Արտաշիսի [b] արձակեալ պատգամ առ Արգամ, նահապետ Մուրացեան, հանդերձ բազում երդմամբք, թողուլ ՚ի վր̄ նր̄, զոր ինչ գտեալ էր յԵրուանդայ, և կրկին այլ յաւելուլ, միայն 3 զի զԵրուանդ [c] թողեալ ՚ի բաց գնասցէ։ և իբրև [d] յանդիման ճակատուն Երուանդայ ելին [e] նշանակք Արտաշիսի, Արգամայ առեալ զբազմութիւն հետևակացն ՚ի կողմն ելանէր, և Սմբատ հրամայէր զփողսն պղնձիս [f] գոչեցուցանել, և յառաջ առեալ զճակատն իւր, իբրև զարծուի [g] յերամ կաքաւուց, խոյանայր. Իսկ նախարարքն 4 Հայոց, որ յաջ, և որ յահեակ թևան էին, ՚ի նա խառնեալ միանային։ և զօրք Վրաց, հանդերձ արքայիւն իւրեանց Փարսմանաւ, թէպէտ և [h] յանդուգն յառաջեալ բախէին երագապէս, այլ դառնային ՚ի միւս կողմն փախուցեալ։ և անդ էր տեսանել կոտորած անհնարին [i] գնդին Երուանդայ, և ըզզօրաց Միջագետաց։ Եւ ՚ի խառնակել այսպիսի ճակատուց, պատահեն Արտաշիսի 5 արք քաջք Տորացիք, որոց զգլխս [k] իւրեանց եդեալ Երուանդայ, [l] պայմանեալ սպանանել զԱրտաշէս։ որոց դիպեալ ՚ի հետի, ընդ մէջ անցանէ Գիսակ, որդի սնընդեան Արտաշիսի, և սատակեալ զնոսա [m] որ և զկէս դիմացն [n] նորա ՚ի

ab Argamo autem Muraſio nonnihil veriti ſunt, ut viro forti, ac qui numeroſo haſtatorum agmini præeſſet. Caſtra verò Eruandi, plus trecenta ſtadia ad Septentrionem versùs ab urbe ejus aberant, ſuper flumen Achurianum 2 poſita; itaque Eruandus, his auditis, maximas ſuas copias produxit, & non longè à ſuis caſtris aciem ordinavit. Artaſes verò, miſſis nunciis ad Argamum, Principem Muraſium, jurejurando pollicetur, relicturum ſe ei, quicquid ab Eruando conſecutus fuerat, alterúmque tantum adjecturum, modò 3 ut Eruandum desereret. Cum itaque adversùs Eruandi aciem Artaſis ſigna proceſsêre, Argamus cum multitudine peditum ſeceſſit. Sembatus verò æneis tubis claſſicum jubens cani, primámque aciem ſuam promovens, velut aquila in perdicum gregem, arietabat. Tum Satrapæ Armenii, qui ad dextrum quíque ad ſiniſtrum cornu erant, ad eum 4 adeuntes, in unum agmen coiêre, Iberorum verò copiæ, cum Pharaſmane rege ſuo, tametſi primo impetu acriter præliabantur, ſe fugâ in alteram partem recepêre. Ibi immanem ſtragem cernere licebat militum Eruandi, exercitûſque à Meſopotamiâ. Dum verò copiæ ita inter ſe confligerent, Torenſes quidam, viri fortes, Artaſi occurrêre, qui periculo capitis Eruando ſpoſponderant, ſe Artaſem inter- 5 fecturos, quibus quidem congreſſuris interveniens Giſacus, filius nutricis Artaſis, eos concidit. Cum tamen, dimidiâ ipſius facie gladio diſciſsâ, victoriam eſſet adeptus, ex vulneribus mortuus eſt; reliquæque copiæ terga

վայր

[a] MS. կակկածէին. [b] MS. առաքեալ. [c] Edit. թողուլ. [d] MS. հանդէպ. [e] MS. նշանք. [f] MS. հնչեցուցանել. [g] MS. ՚յ երամակս. [h] MS. յանդուգն յարձակմամբ յառաջել բախէին, արագապէս դառնային. [i] Deeſt in Edit. գնդին. [k] MS. ՚ի բաց եդեալ. [l] MS. պայմանել. [m] Edit. ուր. [n] Deeſt in Edit. նորա.

վայր բերեալ ամուսերաւ, և յաղթու-
թիւն ընտացեալ մեռանի [p] ՚ի վերայ
ձիապախսեաց, և մնացեալ զօրքն ՚ի փա-
խուստ դառնային։ Իսկ՝ Երուանդ,
կուրիլ [q] ձիաւ բովանդակ ասպարէզս
պնդեալ, ելանէ ՚ի խորանս կանգնեալս՝ ՚ի
բանակէն իւրմէ ՚ի քաղաքն իւր, հե-
ծեալ ՚ի նոր ձիս, հանգոյց ՚ի հան-
գուցէ փախչել, ՚և քաջին Սմբատայ՝
զհետ մտեալ, սաստկագոյն զնա [r] վա-
րէր ՚ի գիշերի՝ մինչև ց՚ դուռն
քաղաքին, և Մարաց զօրացն անցեալ
՚ի կողմն Երուանդական գնդին, նաե-
մաւ ՚ի վերայ դիականցն բանակէին։
Իսկ՝ Արտաշիսի հասել ՚ի յԵրուանդայ
[s] շրջապատեալ առագաստն, ՚ի կա-
շեայ, և ՚ի կտաւեայ պարսպին, էջ և
՚ի խորանի նորա բնակեցաւ զայն գիշեր.
և այգուն եղելոյ, տիրաբար արարեալ,
զսպանեալսն թաղել հրամայեաց. և
անուանեաց զհովիտն, [t] ուր ՚ի վր դիա-
կանցն բանակեցան, Մարաց Մարգ,
և զտեղի [u] Ճակատուն, Երուանդայ
Վան, և կոչի մինչև՝ ց՚ այսօր ժամա-
նակի, այսինքն է, թէ յայսմ տեղւոջ
վանեաց զԵրուանդ. և ինքն չուեաց ՚ի
քաղաքն Երուանդայ, յառաջ քան
զմիջօրեայ հասեալ ՚ի դաստակերտն
Երուանդայ, և միաբան գոչմամբ՝ հրա-
մայեաց աղաղակել զօրացն, Մար
Ամատ, որ թարգմանի՝, Մարս եկն,
[w] յիշեցուցանելով զթշնամանս՝ զոր

յիշէր

vertêre. Eruandus verò, equo ſuo multa ſtadia pervectus, ad tentoria contendit, ab caſtris ſuis ad urbem poſita, & recentem equum conſcendens, ibi à fugâ paullulùm requievit,
6 quem Sembatus fortis noctu inſecutus, ad urbis uſque portam acriter pepulit, & Medorum copiæ, in Eruandi cohortis locum tranſeuntes, ſuper cadavera ſub tenebris caſtra poſuêre. Artaſes verò, ad Eruandi thalamum perveniens, ſcorteo ac lineo muro cinctum, in tentorio ejus iſtâ nocte conſedit, ac manè, ut victor, cæſos jubet ſepe-
7 liri, vallémque eam, ubi caſtra ſuper cadavera poſuerant, Medorum campum nuncupat, & pugnæ locum [1] Eruandavanum vocat, quod adhuc nomen tenet, quippe quia eo in loco Eruandum profligârat. Ipſe autem ad Eruandi urbem proficiſcens, ante meridiem ad Eruandi oppidum acceſſit, unâque ſimul voce juſſit milites con-
8 clamare [2] *Mar Amat*, quæ ſonant, *Mede, veni forâs*, contumeliæ eum commonefaciens, quam ei apud regem Perſarum & Sembatum Eruandus objecerat, cum Medum eſſe diceret; atque ab hac voce oppidum illud Marmeti nomen invenit, quòd cupiebat Artaſes ex iſto loco Eruandi nomen delere, eáque fuit oppidi ejus

[o] Edit. գործեցեալ. [p] Edit. ՚ի վր. [q] MS. ձիովն. [r] Edit. վարեալ. [s] MS. ընդ շրջապատեալ. [t] Edit. որ. [u] Edit. Ճամբարուն. [w] Edit. յիշելով.

[1] Locus eſt, ubi Eruandus fuſus pulsúſque eſt.

[2] *Amat* vox Perſica eſt. *Mar* Armeniacè *Medum* ſonat, id quod Salluſtii locum egregiè illuſtrat, quem hic exſcribere placet, ut legentium animos paululum recreemus, ſi fortè Armeniacæ hiſtoriæ tædium obrepſit. *Sed qui mortales initio Africam habuerint, quíque poſtea acceſſerint, aut quo modo inter ſe permixti ſint, quanquam ab eâ famâ, quæ pleroſque obtinet, diverſum eſt; tamen, ut ex libris Punicis, qui regis Hiempſalis dicebantur, interpretatum nobis eſt, utique rem ſeſe habere cultores ejus terræ putant, quàm pauciſſimis dicam. Cæterum fides ejus rei penes auctores erit. Africam initio habuêre Gætuli & Libyes.—— Sed poſtquam in Hiſpaniâ Hercules, ſicuti Afri putant, interiit, exercitus ejus, compoſitus ex gentibus variis, amiſſo duce, ac paſſim multis, ſibi quiſque, imperium petentibus, brevi dilabitur. Ex eo numero Medi, Perſæ & Armenii, navibus in Africam tranſvecti, proximos noſtro mari locos occupavêre. Sed Perſæ intra Oceanum magis.——Hi paullatim per connubia Gætulos ſecum miſcuêre ——Medis autem & Armeniis acceſsêre Libyes ——Nomen eorum paulatim Libyes corrupêre, barbarâ linguâ* Mauros *pro* Medis *appellantes.* Salluſt. in Bell. Jugurth.

յղէր Երուանդ առ Թագաւորն Պարսից, և առ Միհրան, Մար զնա կոչելով։ Յայս 'ի սոյն ժամն անուանեցաւ դաստակերտն, Մարմէտ, իբր՝ 'ի կամաց Արտաշիսի բառնալ, զանուն Երուանդայ 'ի տեղւոջէն. այս պատճառ է՝ անուանակոչութե դաստակերտին. բայց՝ Սմբատայ գիշերայն զհետ Երուանդայ եկեալ, սակաւ [1] վաշտանակաւ զդրուռն քաղաքին պահէ, մինչև՝ 'ի գալն Արտաշիսի, և զօրացն ամենեցուն։ և 'ի մարտնչիլ քաջացն ամենեցուն, անձնատուրք եղեն մարդիկք ամրոցին, բանան ըզդուռն քաղաքին։ քաջ[...] մի ոմն 'ի զինուորացն մտեալ, էհ[ար] վաղերբ զգլուխն Երուանդայ, և [ց]րեաց զուղեղն յատակս տանն. և այսպիսի ջախջախմամբ վախճանեցաւ, կալեալ զթագաւորութիւն ամս քսան։ Բայց՝ Արտաշիսի յիշեալ, թէ խառնուած Արշակունեաց է Երուանդ, հրամայէ՝ զդի նորա թաղել մահարձանօք։

9 appellationis origo. Cæterùm Sembatus, qui noctu Eruandum perſecutus erat, cum paucis militibus, urbis portam cuſtodivit, dum Artaſes cum omni exercitu adveniret, cúmque inde fortes illi, cuncti ſimul pugnam adorirentur, milites, qui arcem tuebantur, ſeſe dedidêre, atque urbis portam ape-
10 ruêre. Ex militibus verò unus, in urbem ingreſſus, Eruandi caput pugione percuſſit, cerebróque ejus pavimentum domûs conſperſit. Tali igitur ictu cæſus interiit, quum viginti annos regnum tenuiſſet. Cæterùm Artaſes, [3] ex ſtupro Arſacidis genitum eſſe Eruandum reminiſcens, cadaver ejus in monumento condi jubet.

[1] Edit. վաշտականաւ.

[3] Vide ſuprà. L. II. c. 34.

ԳԼՈՒԽ ԽԴ.

Թագաւորել Արտաշիսի, և առնել բարի իւրոց երախտաւորացն։

ՅԵՏ մահուանն Երուանդայ, մտեալ Սմբատայ զարքունականն՝ յուզել զգանձսն, և գտեալ զթագն Սանատրկոյ արքայի, դնէ 'ի գլուխն Արտաշիսի, և թագաւորեցուցանէ 'ի վերայ ամ. երկրիս Հայոց, 'ի քսան և իններորդի ամի Դարեհի Պարսից արքայի։ Իսկ՝ Արտաշիսի առեալ զթագաւորութիւնն, տայ պարգևս զօրացն Պարսից, և Մարաց, և արձակեաց [2] յաշխարհն իւրեանց.

CAP. XLIV.

Artaſes regnat, & optimè de ſe meritos beneficiis remunerat.

1 MORTUO Eruando, Sembatus regiam gazam perſcrutatur, repertúmque ibi Sanatrucis regis diadema capiti Artaſis impoſuit, eúmque Armeniæ totius regem conſtituit, anno Darii Perſarum regis undetrigeſimo. Artaſes igitur regnum adeptus, Perſarum & Medorum ducibus munera largitur, atque in regiones ſuas dimiſit.
2 Virum inde fortiſſimum & honoratiſſimum Argamum ad ſecundum digni-

տայ

[2] Edit. յաշխարհ.

տայ՝ և տուն բարձի, և պատուականի՝, Արգամոյ՝, ընդ մտացեալ գահն երկրորդական, և պսակ յակնթական, և գինդ յերկոսին ականջսն, և կարմիր կօշիկ ի մի ոտնն, դրգալ ունել ոսկի, և պատառաքաղ, և ոսկեղինօք ըմպել նուագօք։ Եւ ոչինչ է հատ յայսց պատուոց տայ դայեկին իւրոյ Սմբատայ, բայց միայն յերկուց գնդամացն, և 'ի կարմիր կօշկէ, և աւելի քան զհայրականն իւր՝ թագակապ ᶜ ասպետութիւնն, և զիշխանութի՟ն արևմտեայ զօրուն, հաւատայ 'ի նա զա՟մ զօրս Հայոց, և զբոլոր աշխարհիս գործակալս, և զհամօրէն տունն արքայի։ Եւ զՆերսէս, որդի որդւոյ ստնտուի իւրոյ Գիսակայ, ազգ զնա սերելով, անուն կոչէ զնահատակութեանն զհօրն, Դիմակսեան. քանզի, որպ ասացաք, զկէս դիմացն 'ի վայր բերին սուսերաւ՝ 'ի վր Արտաշիսի. պատմի սր 'ի նոյն աւուրս սերեալ ազգ։ և զորդիս Տուրայ, պատանիս հինգ՝ հանդերձ տասամբ, յանուն հօրն իւրեանց, Տրունիս. ոչ վս արութե ինչ գործոց, այլ՝ միայն վս քսութե հօր նց, զոր առնէր՝ 'ի տանէն արքայի առ Սմբատ. քանզի՝ ընտանի էր Երուանդայ, սակս նորին և սպանաւ 'ի նմանէ։

tatis gradum, quem erat pollicitus ei, extulit, & coronam ei dedit; hyacinthis ornatam, annulóſque auribus utriſque aptos, & purpureum uni pedi calceum, permiſitque ut aureum cochleare ac fuſcinam haberet, atque ex au-
3 reis poculis biberet. Eadem etiam munera Sembato nutricio ſuo dedit, extra duos annulos, & calceum purpureum; atque etiam præter avitum diadematis imponendi munus, atque exercitûs occidentalis principatum, omnes ei Armeniæ copias, totiúſque regionis procuratores, atque adeò familiam regiam commendavit. Porro Nerſem ex Giſaco nutricis ſuæ filio natum, ob patris ejus præclaras res
4 geſtas, ¹ Dimaciſium nominavit, gentique ejus id nomen indidit, quippe cùm, ut antè diximus, dimidiam ejus faciem gladio diſciderant ii, qui in Artaſem impetum fecerant, atque hinc gens ea ortum ſuum ducere traditur. Filios deinde Turii decem & quinque juvenes, ab patris nomine, Terunios appellavit, non propter fortia ulla opera, ſed ob patris eorum calumniam, quam in aulâ regiâ in Sembatum fecerat; namque is erat Eruandi propinquus, ob eámque cauſam ab eo fuerat interemptus.

ᵇ Edit. պատուոյ. ᶜ Edit. ասպետութեանն.

¹ Vox hæc Armeniacè *faciem dimidiam* declarat.

ԳՐԱԿ ԽԵ.

CAP. XLV.

Սպանումն Երուանդայ, և շինել միւսոյ Բագարանի, և հարկել Արտաշիսի 'ի Հռովմայեցւոց։

Eruazi cædes. Altera Bagarana conditur. Artaſes Romanis tributa ſolvit.

ԿՆԻ այսորիկ՝ հրաման տայ Սմբատայ, երթալ յամուրն Բագարան, որ հուպ 'ի քաղաքն Երուանդայ, 'ի վերայ Ախուրեան գե-

1 DEINDE ad munimentum Bagaranam, jubente Rege, profectus eſt Sembatus, quod ab Eruandi urbe propè aberat, ſuper flumen Achurium

տոյ, զի՛ սպանցէ զԵրուազ, զեղբայր Երուանդայ. զոր կալեալ Սմբատայ, երկան զուլանէ հրամայէ կապել, և ընկենուլ ՚ի պտոյտ մի գետոյն, և ՚ի տեղի նորա, ՚ի վերայ [a] Բագնացն կացուցանէ զընտանի Արտաշիսի, աշակերտ մոգի ումեմն երազահանի. որ յայս սակս և Մոգպաշտի անուն կարդային։ Եւ ապա [b] աւարել զգանձս Երուազայ, և ծառայս անձինս հինգ հարիւր, նա և զընտիր ընտիր գանձուց մեհենացն բերէ Արտաշիսի. և Արտաշէս պարգևէ Սմբատայ զծառայս Երուազայ, բայց զգանձն հրամայէ տանել Դարեհի արքայի Պարսից, հանդերձ յաւելմամբ յիւրոց գանձուցն, ՚ի շնորհակալութեան պատիւ, իբրև հօր, և օգնականի։ Յայնժամ Սմբատայ զծառայսն Երուազայ, զոր գերեաց ՚ի Բագարանէ, տարեալ, բնակեցուցանէ ՚ի թիկանց Մասեաց, ՚ի նոյն [c] անուն Բագարան կոչելով զձեռակերտն։ Ինքն չուցանէ ՚ի Պարսս ընծայատար Դարեհի, ոչինչ փոյթ առնելով զՀռովմայեցւոց տէրութենէն։ Իսկ ՚ի գնալն Սմբատայ ՚ի Պարսս, հասանեն հարկահանք Կայսեր, և սպայ ծանր ՚ի սահմանս Հայոց, զորս մաղթեալ Արտաշիսի, և կրկին տուեալ զհարկսն, հաշտեցուցանէ։ Եւ զայս մեզ ստուգապէս պատմէ [d] Ողիւպ քուրմ Հանւոյ, գրող մեհենական պատմութեանց, և զայլ բազում գործս, զոր ասել կայ մեզ առաջի, որում և Պարսից մատեանքն վկայեն, և Հայոց երգն վիպասանաց։

ſitum, ut Eruazum Eruandi fratrem
interficeret; quem deprehenſum Sembatus, ſuſpenſo de collo ejus lapide molari, in fluvii vorticem projici imperavit, atque ejus loco Artaſis propinquum fano præfecit, Magi cujuſdam ſomniorum interpretis, diſcipulum, quem inde Mogapaſtum appellabant.
2 Eruazi deinde theſauros, ac ſervos, numero ad quingentos, diripuit, & pretioſiſſima quæque ex templorum gazis delecta, ad Artaſem reportavit; quos quidem Eruazi ſervos Sembato muneri dedit Artaſes, theſauros verò, ex ſuâ gazâ acceſſione adauctos, grati animi atque honoris ergô, Dario Perſarum regi ut Patri atque adjutori,
3 miſit. Sembatus autem Eruazi ſervos, quos ex Bagaranâ abduxerat, à tergo montis Maſis collocavit, in oppido quod ipſe exſtruxit, atque eodem nomine Bagaranam nominavit. Ipſe inde in Perſidem contendit, munera Dario portaturus, de Romanorum enim imperio nihil erat ſollicitus. Dum verò Sembatus in Perſidem abiret, [1] Cæſaris exactores cum equitatu magno ad Ar-
4 meniæ fines acceſſerunt, quos precibus, duplíque tributi penſione Artaſes ſibi reconciliavit. Hæc nobis luculenter memoriæ prodidit [2] Olypius Anii ſacerdos, fanorum hiſtoriarum ſcriptor, aliáque multa, quæ ſumus narraturi; cui etiam Perſarum libri teſtimonium dant, atque Armeniorum Carmina Hiſtorica.

ՊՐԱԿ

a) MS. Բագարանի. b) MS. աւար առեալ. c) Edit. անուանակոչելով.
d) MS. Ուղիւպ.

[1] Cæſaris nempe Domitiani, ut ex capite LI. colligi poteſt.

[2] Hic Olipius, ſive ut alter codex ſcribit Ulypius, nobis prorſus ignotus eſt.

ԳԼՈՒԽ ԽԶ։

CAP. XLVI.

Յաղագս շինուածոյ Արտաշատ քաղաքի։

De condendâ urbe Artaxatis.

Արտաշիսի վերջնոյ՝ գործք բազումք յայտնի են քեզ ՚ի վիպասանացն, որք պատմին ՚ի Գողթան՝ շինել զքաղաքն, և խնամութի̃ ընդ Ալանս, և ծնունդք զարմիցն, և իբր՝ առ փանք [a] Սաթինկան ընդ Վիշապազունսն, առասպելաբար, այսինքն՝ ը̃ զարմն Աժդահակայ. որք ունին զա̃մ զառ ստորոտովն Մասեաց։ մարտ ընդ նոսա, և քայքայումն յիշխանութենէն, և ըսպանումն նց̃, և հրկիզութի̃ շինուածոյն, և նախանձ որդւոցն Արտաշիսի, և գրգռութի̃ ընդ միմեանս՝ ՚ի ձեռն կանանցն. այս ա̃մ, ո̃պ ասացաք՝, յայտնի են քեզ՝ յերգս վիպասանացն. բայց՝ յիշատակեսցուք և մեք կարճառօտիւք, և զայլաբանութի̃ն ճշմարտեսցուք։ Երթեալ Արտաշիսի ՚ի տեղին՝, ուր խառնին Երասխ և Մեծամօր, և [b] հաճեալ Արտաշիսի ընդ բլուրն, շինէ քաղաք՝, յիւր անուն անուանեալ՝ Արտաշատ։ ձեռնտու լինի և Երասխ՝ նմա փայտիւք մայրեաց, վ̃ն որոյ՝ անաշխատ՝ և երագ շինեալ, կանգնէ ՚ի նմա մեհեան, և փոխէ ՚ի նա ՚ի Բագարանէ զպատկերն Արտեմիդեայ, և զա̃մ զկուռս հայրենիս. բայց՝ զԱպողոնի պատկերն՝ արտաքոյ քաղաքին կանգնէ՝, հուպ ՚ի ճանապարհն. և յարուցանէ ՚ի քաղաքէն Երուանդայ զգերութիւն

[a] MS. Սաթինական.

[b] Edit. Հաճեցեալ.

1 ARTASIS poſtremi multa tibi
declarantur acta in hiſtoriis, quæ
vulgò per Golthanam narrantur; ur-
bis exſtructio, affinitas cum Alanis,
procreatio ſobolis, Sathinicæ libido in
Draconum ſtirpe, ut fabuloſè traditur,
i. e. progenie Aſtyagis, quæ omnia
tenet circa Maſis radices loca; pugna
2 adverſus illos, eorúmque à principatu
dejectio, & cædes, ædium incenſio,
filiorúmque Artaſis odia mutua, atque
inimicitiæ inter eos ex mulieribus ortæ;
omnia hæc, uti diximus, ex [1] hiſtori-
cis carminibus tibi nota ſunt. Nos
autem ea breviter memorabimus, quíd-
que veri ſub figuris lateat, exponemus.
Profectus Artaſes eum in locum, ubi
3 Eraſches flumen, & magna Palus inter
ſe conjunguntur, & ibi collis de-
lectatus, urbem ibi condit, atque ab
nomine ſuo [2] Artaxata appellat; quâ
in re cum ei Eraſches ex ſilvis materiem
ſubminiſtraret, nullo ferè negotio oppi-
dum celeriter perfecit, atque ibi Fanum
conſtruxit, eóque ſtatuam Dianæ atque
omnia avita ſimulachra ex Bagaranâ
4 tranſtulit, præter Apollinis ſimula-
chrum, quod extra oppidum ſecundùm
viam ſtatuit. Captivos quoque Judæos,
ex Eruandi urbe, quò fuerant ab Arma-
viro deportati, movit, eóſque Artaxa-

[1] Vide ſuprà l. I. c. 29.

[2] Antiqua fuit Armeniæ hoc nomine urbs, quam Artaxias rex, Hannibalis ſuaſu, condidiſſe fertur. Eam, Nerone imperante, Corbulo delevit; poſt paulò Tiridates, Vologeſis Parthorum regis frater, inſtauravit, ac Neronia cognominavit. Noſter verò hic Artaſes, utrum veterem urbem iterum renovaverit, an novam eodem nomine condiderit, minùs liquet. Vide Dion Caſſ. l. LXIII. & Cellarium in Geographiâ Antiquâ, qui reliqua teſtimonia profert.

Հրէիցն, որք փոխեալ էին անդր յԱրմաւիրայ, և նստուցանէ զնոսա յԱրտաշատ. նա և զամ վայելչութիւն քաղաքին Երուանդայ, զոր տարեալ էր յԱրմաւիրայ, և զոր անդէն արարեալ [c] Նորա, փոխէ յԱրտաշատ. և առաւել ևս յինքենէ [d] յօրինէ իբրև զքաղաք արքայանիստ։

tis collocavit; atque omnia etiam Eruandi urbis ornamenta, quæ ille vel ab Armaviro avexerat, vel ibi inſtruxerat, Artaxata comportavit; ſplendidioraque alia adjecit, quæ urbem regiæ ſedi deſtinatam decorarent.

[c] Edit. Նոր. corrupté.

[d] Abeſt ab Edit. յօրինէ.

ԳԼՈՒԽ ԽԷ.

CAP. XLVII.

Յարձակումն Ալանաց ի մեզ, և պարտութիւն, և խնամութիւն Արտաշիսի ընդ նոսա։

Alanorum in nos incurſio, cladéſque. Artaſes affinitatem cum eis jungit.

ՅԱՅՍՈՒ ժամանակաւ միաբանեալ Ալանք, լեռնականօքն ամենայնիւ, յինքեանս արկանելով և զկէս Վրաց աշխարհին, մեծաւ ամբոխիւ տարածեալ էին աշխարհս մեր։ Ժողովէ և Արտաշէս զիւր զօրացն բազմութիւնս, և լինի պատերազմ ի մէջ երկոցունց ազգացն քաջաց աղեղնաւորաց. սակաւ ինչ տեղի տայ ազգն Ալանաց, և գնացեալ անցանէ զգետն մեծ Կուր, և բանակի առ եզերբ գետոյն ըստ հիւսիսոյ։ Եւ հասեալ Արտաշէս բանակի [a] ի հարաւոյ, և գետն ընդ մէջ նոցա։ Բայց քանզի զորդի Ալանաց արքային ձերբակալ արարեալ զօրացն Հայոց, ածին առ Արտաշէս, զխաղաղութիւն խնդրէր արքայն Ալանաց, տալ Արտաշիսի զինչ և խնդրեսցէ. և երդմունս, և դաշինս ասէր հաստատել մշտնջենաւորս. ոչ ևս մանկունք Ալանաց ասպատակաւ հինից ելցեն յաշխարհս Հայոց։ Եւ ի չառնուլ յանձն Արտաշիսի տա-

1 PER hæc tempora [1] Alani, montanis omnibus in ſocietatem adjunctis, dimidiâque Iberorum regione ad ſe allectâ, cum ingenti catervâ per agros noſtros palati ſunt. Igitur Artaſes etiam exercitum maximum colligit; præliúmque inter utraſque gentes manu fortes, arcúque valentes committitur. Alani verò paululum receſsêre, trajectóque magno flumine Cyro, ad aquilonarem amnis ripam caſtra
2 poſuêre; quos Artaſes inſecutus, à meridie caſtra locavit, ut flumen interjaceret. Cùm autem Alanorum regis filium exercitus Armenius cepiſſet, atque ad Artaſem abduxiſſet, Rex Alanorum pacem petiit, ſe Artaſi daturum pollicens, quicquid poſtulâſſet; ac jurejurando interpoſito, perpetuum eâ lege fœdus facturum, ne deinceps Alana pubes incurſionibus
3 Armeniam vexaret. Cùm verò Artaſes juvenem reddere recuſaret, ſoror

ʼի

[a] Edit. զ.

[1] Neſcimus an huc pertineat, quæ Joſephus de Alanis ſcribit. De Bell. Jud. l. VII. c. 7. p. 1313. Id ſi ita ſit, quod tamen vix eſt veriſimile, tum noſter Artaſes idem haberi debebit ac Tiridates, qui, ut ſuprà ex Dione monuimus, *Artaxata inſtauravit*, quíque, id quod Joſephus tradit, *per hæc tempora* Armeniæ rex fuit.

'ի սմին վիպասանին, գայ քաջն պատանին յափն գետոյն, 'ի դարաւանդ մի մեծ, 'ի ձեռն թարգմանաց՝ ձայնէ 'ի բանակն Արտաշիսի։ Քեզ ասեմ, այր դու քաջ Արտաշէս, որ յաղթեցեր քաջ ազգաց Ալանաց, եկ հաւանեաց բանից աչագեղոյ դստերս Ալանաց՝ տալ զպատանիդ, զի՝ վս միոյ քինու ո՛չ է օրէն դիւցազանց՝ զայլոց դիւցազանց զարմից բառնալ զկենդանութիւն, կամ ծառայեցուցանելով 'ի ստրկաց պահել 'ի կարգի, և թշնամութիւն յաւիտենական՝ 'ի մէջ երկոցունց ազգաց քաջաց հաստատել։ Եւ լուեալ Արտաշիսի զայսպիսի իմաստութեան բանս, գնաց յեզր գետոյն, և տեսեալ զկոյսն գեղեցիկ, և լուեալ 'ի նմանէ բանս իմաստունս, ցանկացաւ կուսին. և կոչեցեալ զդայեակն իւր՝ զՍմբատ, յայտնէ նմա զկամս սրտի իւրոյ, առնուլ զօրիորդն Ալանաց [c] իւր կնութեան, և դաշինս, և ուխտս հաստատել ընդ ազգի քաջացն, և [d] զպատանին արձակել խաղաղութեամբ. և հաճոյ թուեցաւ Սմբատայ, յղէ առ արքայն Ալանաց՝ տալ զտիկին օրիորդն Ալանաց՝ զՍաթինիկ Արտաշիսի կնութեան։ Եւ ասէ արքայն Ալանաց, և ուստի՞ տացէ քաջ արին Արտաշէս բիւրս 'ի բիւրուց, և հազարս 'ի հազարաց, ընդ քաջազգւոյ կուսիս օրիորդիս Ալանաց։ Զայս տեղի առասպելաբանելով Վիպասանքն յերգելն իւրեանց ասեն. Հեծաւ արի արքայն Արտաշէս 'ի սեաւն գեղեցիկ, և հանեալ զոսկի օղ շիկափոկ պարանն, և անցեալ, որպէս զարծուի սրաթեւ, ընդ գետն, և ձգեալ զոսկի օղ շիկափոկ [e] ներդերն, ընկէց 'ի մէջ օրիորդին Ալանաց, և շատ ցաւեցոյց զմէջ փափուկ օրիորդին, արագ հասուցանելով 'ի բանակն Արտաշիսի։ որ ճշմարտութիւնն՝ այսպէս. քանզի՝ պատու֊

juvenis ad ripam fluminis in editum locum acceſſit, unde per Interpretem caſtra Artaſis inclamaret. Te alloquor, Artaſes fortiſſime, qui Alanam gentem fortiſſimam viciſti, Veni huc, atque oratione formoſæ Alanorum filiæ te ſine exoratum, ut juvenem red-
4 das; neque enim Deorum genus decere, unius ulciſcendi gratiâ, ſe inter ſe trucidare, aut in ſervitutem, velut mancipia, abſtrahere, ex quâ re ſempiternæ inter ambas gentes fortiſſimas inimicitiæ eſſent orituræ. Oratione igitur tam prudenti Artaſes auditâ, ad fluminis ripam acceſſit, ubi, pulchritudinem virginis contuens, & ſermonis ejus prudentiam attendens, virginem
5 ipſam ſtatim concupivit. Accerſito igitur Nutritio ſuo Sembato, animi ſui voluntatem ei aperuit, velle ſe Alanam puellam in matrimonium ducere, & fœdera pactionéſque cum fortiſſimâ illâ gente ſancire, juvenémque quietè dimittere. Ea res Sembato arriſit, qui proinde ad Alanorum regem miſit, qui peterent, ut regiam Alanam puellam Sathinicam Artaſi nuptum collo-
6 caret; cui rex Alanus, "Unde dabit "fortis ille Artaſes millia millium, & "decies millia millium pro præſtantiſſimâ virgine, puellâ Alanâ?" Hæc autem Hiſtorici in cantilenis ſuis fabuloſè tradunt in hunc modum; "Fortis rex Artaſes in equo nigro & "pulchro vectus eſt, eductóque fune "cum fibulâ aureâ ac loro rubro, velut "Aquila pernix, flumen trajecit,
7 "conjectóque telo cum fibulâ aureâ "ac loro rubro, Alanam virginem "percuſſit; puellámque teneram ſatis "gravi vulnere fauciatam in Artaſis "caſtra cito perduxit." Quæ res ſic

եալ

[b] MS. և 'ի. [c] MS. 'ի կնութիւն իւր. [d] Deeſt in Edit. զպատանին.
[e] MS. պարանն. [f] MS. պատուեալ է.

ելեալ առ Ալանս՝ մորթ կարմիր, լայքայ շատ, և ոսկի բազում ՚ի վարձանս տուեալ՝ g առնու զօրիորդն Սաթինիկ։ այս է՝ ոսկի օղ շիկափոկ պարանն․ Գոյնպէս՝ և զհարսանեացն առասպելեալ երգեն, այսպէս ասելով։ Տեղ ոսկի տեղայր ՚ի Փեսայութեն Արտաշիսի․ h տեղայր մարգարիտ ՚ի հարսնութե Սաթինկանն․ Քանզի սովորութի իսկ էր թագաւորացն մերոց փեսայութե ՚ի դուռն տաճարին հասանիլ, դահեկանս ձապաղել, իբրև զհիւպատեանն Հռոմայեցւոց․ սապէս և թագուհեացն յառագաստին մարգարիտ։ այս է ճշմարտութի բանից։ Սա, առաջին եղեալ կանանցն Արտաշիսի, ծնանի նմա զԱրտաւազդ, և զայլս բազումս, զորս ոչ կարևոր համարեցաք i այժմ անուամբ թուել, բայց k զկնի նոցին, յորժամ ՚ի գործ ինչ հասանիցեմք։

ſe verè habet; etenim cum apud Alanos rubræ pelles in pretio ſint, permultam [a] laccam atque aurum in mercedem & pretium dedit, ut puellæ regiæ Sathinicæ conjugio potiretur.
8 Hic eſt iſte funis cum fibulâ aureâ, ac loro rubro. Eodem modo nuptias fabulosè ita canunt. "Imber aureus ab " Artaſe ſponſo effluebat. Pluit " margaritas in nuptiis Sathinicæ." Quippe regibus noſtris mos fuit, ut, cum in nuptiarum celebratione ad Templi fores venirent, velut Conſul Romanus, nummos in populum ſpargerent, reginæque in cubiculo margaritas; atque hæc eſt vera ejus rei narratio.
9 Cæterùm Sathinica, uxorum Artaſis prima facta, Artavazdem ei, alióſque multos liberos peperit, quos neceſſe non habuimus nominatim recenſere, donec poſtea ad eorum res geſtas deveniemus.

g Edit. [illegible]ուլ․ h Deſunt in Edit. տեղայր մարգարիտ ՚ի հարսնութե Սաթինկանն․ i Abeſt ab Edit. այժմ․ k MS. զկերջինսն․

[a] Quid ſonet vox լայքայ *laicha*, quâ hìc Chorenenſis utitur, non ſatis novimus; ſed quum *Lacb* vox Arabica & Perſica ſit, gummi quoddam declarans, quo res rubro colore tinguntur, non dubitavimus *Laccam*, ut recentiores appellant, in verſione noſtrâ ponere.

ԳԼՈՒԽ ԽԸ․

Սպանումն Արգամայ, և որդւոց նր։

ԶԱՓ հասեալ Արտաւազդայ որդւոյ Արտաշիսի, եղև այր քաջ, անձնահաճ, և հպարտ։ Նախանձ բերելով ընդ a ծերունոյն Արգամայ, [illegible]ապուրեաց զհայր իւր՝ ցասնուլ Արգամայ, որպէս թէ թագաւորել ՚ի նո[illegible] ամի խորհիցի։ այսպէս ընկեցեալ զնա ՚ի պատուոյն, ինքն առնու զերկրորդութիւնն։ Յետ այսորիկ երթալով b Արտաշիշի ՚ի ճաշ Արգամայ, կասկած իմն անկեալ ոչ

CAP. XLVIII.

Cædes Argami & liberorum ejus.

1 ARtavazdes, Artaſis filius, cum ad puberem ætatem perveniſſet, vir fortis evaſit, ſui amans, & ſuperbus; íſque invidiâ in ſenem Argamum motus, patrem ſuum induxit, ut Argamo ſuccenſeret, quaſi ille imperium omne adipiſci cogitaverit; eóque ita ab honoris gradu dejecto, ipſe ſecundas obtinebat. Pòſt paulò Artaſi, dum pranſum cum Argamo iret, incidit ſuſpicio, eum regi inſidias ſtruere.

թէ

a Edit. ծառայսն Արգամայ․ b Edit. Արտաշէս․

Թէ դաւեալ զարքայն խորհիցին, յա-
րուցանեն [c] որդիքն արքային [d] աշուղ, և
անդէն իսկ ՚ի հացին՝ քարշեն զա-
լևորն Արգամայ, և խռովութբ մե-
ծաւ՝ եկեալ յԱրտաշատ [e] արքային,
դարձեալ արձակեաց զորդի իւր
զՄաժան մեծաւ գնդաւ, և զբա-
զումս յազգէն Մուրացեան սպանանել
հրամայեաց, և զապարանսն Արգամայ
այրել, և [f] զհարճ նր, որ կարի չքնաղ
էր գեղով, և մնացեալ գնացիւք ոտից,
զոր կոչէին Մանդու, ածել ՚ի հարճու-
թիւն Արտաշիսի։ զորս դարձեալ
նուաճեալ յետ երկուց ամաց, տալ ՚ի
բաց զինչսն հրամայէ, բաց ՚ի հարճէն։
Իսկ Արտաւազդայ ոչ շատացաւ [g] ՚ի
բաց առնուլ ՚ի նոցանէ զերկրորդա-
կանն պատիւ, յաւելու և՛ հանել և
զՆախճաւան, և ըստ հիւսիսոյ Երաս-
խայ զամ գեօղս, յորում և ապարանս
իւր, և բերդս ՚ի նոցանէ շինէ [h] ժառ-
անգութեան։ Այսմ ոչ կարացեալ
համբերել [i] որդւոցն Արգամայ, [k] ընդ-
դիմանան նմա պատերազմաւ. բայց
յաղթէ արքայորդին. և սատակէ զամ
ծնունդս Արգամայ՝ հանդերձ հարբն,
և որք միանգամ երևելիք էին, յազգէ
Մուրացեան. և գրաւէ յինքն զշէնս
նց, և զամ իշխանութիւս նց, և ոչ ոք
ապրեաց ՚ի նոցանէն։ բայց [l] միայն
աննշանք ոմանք, և [m] կրտսերք փախու-
ցեալք առ Արտաշէս՝, ապրեցան ՚ի դրան
արքունի։ Այս Արգամ է, որ յառաս-
պելին Արգաւանն անուանեն, և այս
պատճառ պատերազմին ընդ Արտաւ-
ազդայ։

2 Itaque filii regis tumultum excitârunt
atque inter epulas ſenem Argamum
rapuerunt, perturbatúſque Artaxata
rex Artaſes rediit; qui ite-
rum Mazanum filium ſuum cum
magnâ manu miſit, multóſque de
Muraſiâ gente interfici, ac domicilium
Argami incendi, & concubinam ejus,
formâ eximiâ, atque inceſſu decoro
inſignem, quæ Mandua appellabatur,
ad concubinatum Artaſis adduci impe-
3 ravit; quos cum iterum biennio pòſt
ſubegiſſet, ſua eis præter concubinam
reſtitui jubet. Artavazdes verò, non
ſatis habens ſecundum honoris gradum
iis adimere, Naxuanum etiam, omnéſ-
que pagos Eraſchi ad Aquilonem poſi-
tos abſtulit, atque ibi palatia ſibi at-
que arces in hæreditatem condidit. Id
verò cum filii Argami ferre non poſ-
4 ſent, bello ei reſtitêre. Vicit autem
filius regis, totámque Argami ſtir-
pem ſimul cum patre delevit, &
quotquot de Muraſiâ gente nobiles
erant, atque oppida eorum ac imperia
ſibi arripuit; neque incolumis quiſ-
quam evaſit, præter ignobiles quoſdam
juvenes, qui ad Artaſem in Aulam
regiam confugêre. Hic eſt Argamus,
qui in [1] fabulâ Argavanus appellatur,
atque hæc erat cauſa belli ejus cum
Artavazde.

ԳՐԱԿ

[c] Edit. որդիք. [d] Edit. արշոտ. [e] MS. Արտաշէս արքայ. [f] Edit. զհարճս. [g] Deeſt in Edit. ՚ի բաց. [h] MS. իւր ժառանգութեան. [i] MS. որդւոյն. [k] MS. ընդդիմանայ. [l] Abeſt ab Edit. միայն. [m] Edit. կրսերք.

[1] Vide ſuprà l. I. c. 29.

ԳՐԱԿ ԽԹ.

Եթէ՝ որպիսի էր Սմբատ, և զինչ յԱլանս գործեաց, և բնակիլ յԱրտազու։

Սիրելի է ինձ ասել՝ և վս̅ քաջին Սմբատայ. քանզի՝ արդարև ը̅ առասպելին, ոչինչ կարի հեռի ՚ի ճշմարտութենէն. որ ունէր հասակ անդամոց՝ համեմատ քաջութեան. և առաքինութե̅ ոգւոցն՝ որսորդ, և գեղեցկութեան ալեօք՝ վայելչացեալ, սակաւ ինչ արեան նիշ ունելով յաչսն, որպ՝ Գրակոնտիկոն ՚ի վերայ ոսկւոյ, և ՚ի մէջ մարգարտոյ՝, ծագէր[a] ՚ի վերայ շոյտ անձին՝, և մարմնոյ. զգոյշ յամ̅ի, և տուչութի̅ յաջողուածոց ունէր ՚ի մարտս, առաւել քան զամ̅ ոք. զի՝ յետ այնչափ արութե̅ց, օգնական[b] եղբօրն Սաթինկան՝ յաշխարհն Ալանաց, հանդերձ զօրու երթայր՝ հրամանաւ Արտաշիսի. Քանզի մեռեալ հայր Սաթինկանն, և այլ ոմն բռնացեալ թագաւորեաց աշխարհին Ալանաց, և հալածէր զեղբայրն Սաթինկան. զորս վանեալ հերքէ Սմբատ, և[c] տիրացուցանէ ՚ի վերայ ազգին զեղբայրն Սաթինկան. և զերկիր հակառակորդացն աւերեալ, զամ̅ միահամուռ ածէ գերի սատիկ յԱրտաշատ, և հրամայեալ Արտաշիսի բնակեցուցանել զն̅ ՚ի հարաւոյ, յարևելից կուսէ Մասեաց, որ կոչի Շաւարշական գաւառ, ՚ի վերայ պահելով զբնիկ անունն՝ Արտազ։ և քանզի և աշխարհն, ուստի գերեցանն,[d] Արտազ կոչի, մինչև ց՚ այսօր ժամանակի։

CAP. XLIX.

Qualis fuerit, quidque in Alanis geſſerit, & de Artazâ habitatâ.

1 JUVAT etiam de Sembato forti
verba facere, in quo fabula non
longè à vero abeſt. Membrorum ejus
ſtatura fortitudini erat par. Virtutum
animi indagator, & pulchrâ canitie
decorus. Exiguam quandam ſangui-
neam maculam in oculis habens, quæ,
velut [1] Draconites ſuper aurum aut in
Margaritâ, corpori ſuo agili ſplendorem
2 attulit. In omnibus cautus, tantâque
proſperitate in bello uſus, quantâ nemo
alius. Is, poſt tantas res geſtas, juſſu
Artaſis, in Alanorum regionem, cum
exercitu, Sathinicæ fratris ſubſidio
profectus eſt. Quippe, patre Sathi-
nicæ defuncto, alius quidam Alanorum
3 regnum per vim occupaverat, & Sa-
thinicæ fratrem pepulerat, quem Sem-
batus fudit fugavitque, & gentis do-
minatum Sathinicæ fratri tradidit;
vaſtatiſque hoſtium agris, cunctos ſimul
Artaxata captivos duxit; quos Artaſes
juſſit ad Meridiem locari, ab orientali
Maſis latere, in provinciâ Savarſiâ
vocatâ, quæ nomen antiquum Artazæ
tenuit, cum regio etiam, unde fuerant
abducti, Artaza appelletur ad hodier-
num uſque diem.

ԳՐԱԿ

[a] MS. և ՚ի վերայ. [b] MS. Սաթինկայեղբօրն. [c] MS. տիրեցուցանէ.
[d] Edit. Արտոզ.

[1] In Armeniacis *Gracontikon* ſcribitur. Nobis nihil propius ſuccurrebat, quam ut *Draconitem* verteremus, ſignificationis veræ planè ignari.

ԳԼՈՒԽ Ծ.

Աւարումն Կասպից. և գրգռութիւն ընդ Սմբատայ զարմից Արտաշիսի [a] և ը՟ միմեանս.

ՅԵՏ մեռանելոյ վերջնոյ Արշակայ թագաւորի Պարսից, թագաւորեցուցանէ մեր Արտաշէս զհամանուն իւր զԱրտաշէս, որդի նորին, ՚ի վերայ Պարսից աշխարհին։ Եւ ոչ կամեցան հնազանդիլ նմա բնակիչք լերինն, որ անուանեալ կոչի [b] յիւրեանց լեզուն, պատիժահար գաւառ, որ է [c] գեղմանց լեառն. և ծովեզերք, և այսր ևս քան զնա, նա և Կասպից երկիրն յայն սակս [d] ապստամբէին ՚ի մերոյն արքայէ. վ՟ն որոյ առաքէ ՚ի վերայ նոցա Արտաշէս ընդ Սմբատ ա՟մ զօրօքն Հայոց, ինքն արքայ [e] յուղարկելով զաւուրս եօթն. Իսկ Սմբատայ երթեալ հնազանդէ զամենեսեան, բայց զերկիրն Պարսից աւերեալ առաւել քան [f] զԱրտազանն գերին ածէ ՚ի Հայս. ընդ որս և [g] զԶարմանն ոմն անուն, թագաւոր նոցին։ Վասն որոյ արժանի վաստակոցն պարգևէ նմա Արտաշէս զմասն արքունի, որ ՚ի շէնս Գողթան, և զուղտու ակունսն. և առ այսոքիւք և [h] զաւարն ա՟մ ՚ի վ՟ր ն՟ր թողու։ Ընդ որ նախանձեալ Արտաւազդ, կամեցաւ սպանանել զՍմբատ. և յայտնեալ խորհրդոյն, բազում խռովութի լինէր յաղագս այնր հօրն։ Իսկ Սմբատայ, տեղի տուեալ, գնաց զկողմամբք Ասորեստանի, իւրովք կամօք թողլով

զի-

CAP. L.

Direptio Caſpiorum. Artaſis progenies cum Sembato atque inter ſe diſſident.

1 MORTUO Perſarum rege Arſace ultimo, Artaſes noſter filium ejus Artaſem, cognominem ſuum, Perſidis regem conſtituit. Ei verò obtemperare noluerunt Accolæ montis, qui in ipſorum linguâ Provinciæ Pænalis nomen habet, qui eſt mons vellerum. Maritimi etiam, quique citrà habitant, atque adeo Regio Caſpia ob eam cauſam à rege noſtro
2 deſcivêre. Itaque adverſus eos Artaſes Sembatum, cum omnibus Armeniæ copiis, mittit, atque ipſe ſeptem dies eos deducebat. Profectus autem Sembatus univerſos ſubegit, ac Perſidis regionem ultra Artazam populatus, incolas captivos, inque iis Zarmanum quendam eorum regem, in Armeniam abduxit. Itaque in laboris præmium dedit ei Artaſes vectigal regium, quod ex Golthanæ oppidis redibat; & [1] Cameli oculos, atque adeo omnem ei
3 prædam donavit. Tum Artavazdes, invidiâ incenſus, Sembatum perimere cupiit, quæ res, cum eſſet cognita, Patri ſuo turbas concivit. At Sembatus loco cedens, in Aſſyriæ partes abiit, & Armenii exercitûs principatu, quem ei Artavazdes invidebat, ſe ipſe abdicavit, juſsúque Artaſis Tmorim incoluit, qui nunc

[a] Deſunt in Edit. և է միմեանս. [b] Abſunt ab Edit. յիւրեանց լեզուն.
[c] Edit. դիմաց լեառն. [d] Edit. ապստամբեցին ՚ի նմանէ ՚ի մերոյն արքայէ.
[e] Edit. յուղարկ երթալով. [f] Edit. զԱրդողեան. [g] Edit. զԶարդման.
[h] Edit. զզօրն.

[1] Quid hîc ſibi velint *Cameli oculi*, utrum Gemmæ ſpeciem, an provinciam forte ita appellatam denotent, planè ignoramus.

զիշխանութի՟ զօրացն Հայոց, ընդ որ խանտայրն Արտաւազդ, Հրամանաւ Արտաշիսի՝ բնակէ 'ի Տմորիս, որ այժմ կոչի՝ Կորդրիք, 'ի յԱլկի նստուցեալ զբազմութի՟ գերւոյն. քանզի՝ էր 'ի ծերութե՟ կին արարեալ յԱսորեստանեայց՝, հուպ 'ի յայն կողմանս, զոր յոյժ սիրեաց. և վ՟ այնորին՝ և զնորին կողմամբք բնակեցաւ: Իսկ՝ Արտաւազդ՝, յետ գնալոյն Սմբատայ՝, առնու 'ի հօրէն՝, որում ցանկայրն՝, զիշխանութի զօրացն ամենեցուն: Եւ նախանձ բերելով ը՟ նմա եղբարցն, 'ի գրգռութենէ կանանց իւրեանց. վասն որոյ՝ կարգէ Արտաշէս զՎրոյր հազարապետ, զայր իմաստուն, և բանաստեղծ, հաւատալով 'ի նա զա՟մ գործ տանն արքունի. և զՄաժան կարգէ քրմապետ 'ի յԱնի, դիցն Արամազդայ. բաժանէ Արտաշէս և զիշխանութիւն զօրուն՝ ընդ չորս: զարեւելեայ զօրն թողու 'ի վ՟ Արտաւազդայ. և զարեւմտեայն տայ Տիրանայ. զհարաւայինն 'ի Սմբատ հաւատայ. և զհիւսիսայինն 'ի Զարեհ: Եւ Զարեհ էր՝ այր սէգ, և յորս երեոց նահատակ, իսկ առ 'ի պատերազմունս վատ, և տաղտուկ. զորոյ՝ զփորձ առեալ Քարձամայ ուրումն, արքայի՝ [i] Վրաց՝, ապստամբեցուցանէ զերկիրն, և կալեալ զԶարեհ՝, 'ի բանտի դնէ 'ի Կաւկաս. ընդ որում պատերազմեալ Արտաւազդայ, և Տիրանայ՝ հանդերձ Սմբատաւ, դարձուցանեն զեղբայրն 'ի [k] մեծ կապանաց և 'ի բանտէ:

locus Cordricæ appellatur, ac multitudinem captivorum in Alciâ locavit; namque ipſe ſenex uxorem duxerat, ex
4 eâ Aſſyriæ parte, quæ ab locis iſtis propè abfuit; quam cum valdè adamaret, regionem illam propterea incoluit. Cæterùm Artavazdes, poſtquam Sembatus abiit, totius exercitûs principatum, quem petierat, à patre accepit; ſed fratres ejus, ab uxoribus ſuis incitati, invidiâ incendebantur; ac propterea Artaſes Verœrum quen-
5 dam, virum prudentem atque aſtutum, Tribunum fecit, eíque Aulæ regiæ curam demandavit; & Mazanum Dei Aramazdis Antiſtitem ad Anium creavit. Exercitu inde quadrifariam diviſo, orientales copias Artavazdi permiſit, occidentales Tirano, Sembato auſtrales tradidit, atque aquilonares Zarchio commendavit. Erat autem
6 Zarchius, vir ſuperbus, & in ferarum venationibus impiger, ad bella verò ſegnis atque ignavus; quod cum rex Iberorum Charzamus expertus eſſet, populum ad defectionem traxit, captúmque Zarchium in monte Caucaſo in cuſtodiam dedit; quâcum Artavazdes Tiranúſque & Sembatus bellum gerentes, è vinculis fratrem liberatum reduxerunt.

ԳՐԱԿ

[i] Abeſt ab Edit. Վրաց՝.   [k] Edit. մեծէ կարակմէ.

ԳԼՈՒԽ ԾԱ։

Պատերազմ ընդ զօրս Դոմետիանոսի 'ի [a] Բասեան։

Աղմուկ շփոթի իմն լեալ յարեւմուտս, եւ որ վստահացեալ Արտաշէս, նշկահեալ ընդդիմանայր Հռոմայեցւոց տէրութեանն ոչ տալով հարկս. իսկ Դոմետիանոսի Կայսեր ցասուցեալ, զօրս 'ի վերայ Արտաշիսի առաքէ. [b] որոց հասեալ 'ի կողմանս Կեսարու, զՏիրան, եւ զզօրսն արեւմտեայ առաջի արկեալ, ածեն տագնապաւ մինչեւ 'ի քաջ ընդարձակ հովիտն Բասենոյ։ Որում ընդդէմ դիպեալ Արտաւազդ արեւելեայ եւ հիւսիսային զօրօքն, եւ հանդերձ ամ որդւովքն արքայի, պատերազմեալ սաստկապէս վտանգին։ Յորոց 'ի վերջս պատերազմին հասեալ Սմբատ հարաւային զօրօքն, ընդ մէջ անցեալ, ապրեցուցանէր զորդիսն արքայի. յաղթութի, եւ զրաւ պատերազմին արարեալ։ զի թէ եւ ծերագոյն [c] էր, երիտասարդապէս յարդարեաց, եւ մղեաց զՃակատն, եւ հետամուտ եղեալ հալածեաց [d] զզօրսն Հռոմայեցւոց, մինչեւ 'ի սահմանսն Կեսարու։ Զայս կամելով երգել յառասպելս, Դոմետ զոմն ասեն եկեալ, որ է ինքն Կայսրն Դոմիտիանոս։ ոչ ինքն եկեալ այսր, այլ զհրամանն նր, եւ զզօրս այլաբանելով յանուն նր կոչեն։ Բայց եւ բախտին եղեալ Արտաշիսի, մեռանի 'ի նմին ժամանակի Դոմիտիանոս 'ի Հռոմ, եւ զկնի նր Ներվաս, ոչ աւելի թագաւորեալ քան զմի ամ։ եւ որ առաւել հպարտացեալ զօրացն Հայոց, եւ Պարսից, ասպատակ եւս 'ի Յոյնս

CAP. LI.

Pugna cum Domitiani copiis in Baſeniâ.

1 QUUM tumultus & confuſio per id temporis in Occidente eſſet, eâ re Artaſes fretus, à Romano imperio defecit, neque tributa pependit. Cæſar autem Domitianus, irâ permotus, exercitum contra Artaſem miſit; qui, cum ad Cæſareæ partes veniſſet, Tiranum & copias occidentales profligavit, atque uſque ad nobilem &
2 amplam vallem Baſenenſem non ſine magnâ clade compulit; cui obviam prodiens Artavazdes, cum orientalis ac borealis oræ militibus, atque omnibus regis filiis, in ſummum ipſe diſcrimen erat adductus; quibus ad extremum Sembatus, cum exercitu auſtrali, ſuperveniens, regis filios eripuit, victoriámque ſimul ac pugnæ finem fecit.
3 Quanquam enim ipſe jam ſenior erat, tamen, velut juvenis, aciem inſtruxit, & Romanas copias inſecutus, ad fines uſque Cæſareæ pepulit. Hæc cum in fabulis cantare vellent, Dometum quendam adveniſſe tradunt, qui eſt Cæſar ipſe Domitianus; neque ipſe tamen huc venit; ſed mandatum ejus & copias per figuram nomine ipſius
4 vocant. Cæterum proſperè Artaſi accidit, ut ipſo illo tempore Domitianus Romæ moreretur, poſt quem Nerva, non plus anno, imperium tenuit. Unde Armeniorum ac Perſarum copiæ, ſupra modum elatæ, incurſiones etiam in Græciam fecêre; ídque Ægyptii & Palæſtinæ populi animadvertentes, ipſi

[a] MS. Բասեն. [b] Edit. որոյ. [c] Edit. երիտասարդարեաց. [d] Edit. զզօրս.

արարին: Ընդ սոսա՛ հայելով Եգիպտացւոց՝, և կողմանց Պաղեստինացւոց՝, արգելուին և նոքա զհարկին Հռոմայեցւոց:

ՊՐԱԿ ԾԲ:

Յաղագս Տրայիանոսի՝, և նորին գործոց, և մահուանն Մաժանայ 'յեղբարցն:

ԱՅՍՈՒ ժամանակաւ՝ թագաւորեալ լինի Հռոմայեցւոց Տրայիանոս, և խաղաղեցուցեալ զամ արևմուտս, դիմեալ 'ի վերայ Եգիպտացւոց՝, և Պաղեստինացւոց, և նուաճեալ զնոսա ընդ իւրով ձեռամբ, խաղայ յարևելս 'ի վր Պարսից: ա՛ստ անձապարեալ Արտաշէս մեծապէս՝ ընծայիւք ընդ առաջ նր իջանէ, զմեղանս յանձնառեալ՝, հանդերձ հարկօք՝ անցելոց ամացն՝ լինի առաջի նր: և թողութի 'ի նմանէ գտեալ՝, դառնայ յաշխարհս Հայոց: Եւ Տրայիանոսի անցեալ 'ի Պարս, և զամ զկամս իւր կատարեալ՝, դառնայ ընդ Ասորիս: ընդ առա՛ջ նորա իջեալ Մաժան, մատնութիւն զեղբարցն առնէր: գիտեա՛ ասէ՝ արքայ, եթէ՝ զԱրտաւազդ, և զՏիրան վտարանդի ոչ արասցես, և զզօրս Հայոց՝ Զարեհի ոչ հաւատասցես, հարկքն անաշխատ առ քեզ ոչ [a] եկեսցեն: զայս արար Մաժան, քէն պահեալ ընդ Սմբատայ, զի՝ և զնա նր սնուցեալ էր: ընդ նմին՝ և զՏիրան խորհեցաւ հանել, զի՝ ինքն լիցի քրմապետ միանգամայն՝ և սպարապետ արևմտից:

CAP. LII.

De Trajano & rebus ab eo geſtis. Mazanus à fratribus necatur.

1 SUB id tempus Romanis imperavit [1] Trajanus, qui omni occidente pacato, cum Ægyptios ac Palæſtinos invaſiſſet, eóſque in poteſtatem ſuam redegiſſet, in Orientem adverſus Perſas proficiſcitur. Tum properè Artaſes cum magnificis donis ei obviam exit, culpam confitens, atque annorum ſuperiorum tributa ſecum ferens; cúmque veniam ab eo impetrâſſet, in Armeniam inde rediit.
2 Trajanus autem in Perſidem profectus, expletâ omni voluntate ſuâ, per Syriam revertitur, cui obviam proceſſit Mazanus, fratres ſuos prodere cogitans; “ Scias”, inquit, “ O Rex, niſi Ar- “ tavazdem & Tiranum in exilium “ ejeceris, & Armeniæ copias Zarchio “ tradideris, tributa tibi non facilè
3 “ perſolutum iri.” Hoc fecit Mazanus, odio in Sembatum, qui ipſum enutriverat, incitatus; cupiens etiam Tiranum interficere, ut ipſe ſimul Antiſtes & exercitûs occidentalis imperator eſſet. At Trajanus, eum nihili pen-
4 dens, re infectâ dimiſit. Artavazdes

Զօրմէ՝

[a] MS. հասցեն.

[1] De Trajani in Orientem expeditione lege Dionem Caſſium l. LXVIII. Is ibi Armeniorum regem memorat *Parthamiſirem*, quod quidem nomen, ut Cl. La Crozius rectè monet, Armeniacum eſſe videtur, quum Vox *Pharthamaſer divitiarum cupidum* declaret. Hujus autem Parthamaſiris Moſes noſter nuſquam meminit, quæ res La-Crozium movet, ut Chorenenſem ſuſpectum habeat. Atque equidem, ut verum fateamur, cur eos reges noſter nonnunquam omittat, quos alii Scriptores commemorant, cauſam novimus nullam, niſi fortè, quum Armenia in plures partes diviſa fuerit; provinciarum præfectos, pro regibus ii habuerint, eóque nomine appellaverint.

Զորմէ՝ ոչինչ [illegible]ութ արարեալ Տրայիանու, արձակէ ունայն։ Բայց Արտաւազդայ, և Տիրանայ իմացեալ զխորհուրդն նորա, դարան գործեալ [b] յուսս; սպանին զՄաժան. զոր տարեալ թաղեցին ՚ի բագնացն Անւանի, իբրև զքրմապետ։ Իսկ Արտաշէս յայնմ հետէ՝ անսայթաք հարկեաց Տրայիանոսի, և յետ նորա՝ Հադրիանոսի կայսեր զամս աւուրս իւր։

autem & Tiranus, ubi conſilium ejus intellexêre, Mazanum per inſidias interfecerunt, eúmque, ut Antiſtitem, in Altarium urbem deportatum ſepeliêrunt. Deinceps verò Artaſes tributa Trajano, & poſt eum Hadriano pendere per omnem vitam non intermiſit.

[b] Edit. ՚յուս.

ԳԼՈՒԽ ԾԳ.

CAP. LIII.

Թէ՝ որպէս՝ բազմամարդացոյց Արտաշէս զաշխարհս, և սահման հաստատեաց։

ԵՏ՝ նմ[a] առաքինութեանց, և գործոց, ուղղութեամբ Արտաշիսի, հրամայէ զսահմանս գեօղից, և ագարակաց որոշել։ քանզի բազմամարդացոյց զաշխարհս Հայոց, եկամուտս բազումս ածելով ազգս, և բնակեցուցանելով ՚ի լերինս, և ՚ի հովիտս, և ՚ի դաշտս։ և նշան սահմանացն հաստատեաց այսպէս։ հրամանն տալով քարինս կոփել չորեքկուսիս, և պնակաձև փորել [b] զմէջսն, ծածկելով յերկիր, և չորեք [c] կուսիս ՚ի վերայ յարուցանել ամբարտակս, սակաւ ինչ բարձրագոյն յերկրէ։ Ընդ՝ որ՝ նախանձեալ Արտաշիրի, որդւոյ Սասանայ, զնոյն նման՝ հրամայէ առնել և ՚ի Պարսից աշխարհին, և յիւր անուն անուանել, զի՝ մի՝ ևս յիշեսցի անունն Արտաշիսի։ Բայց՝ ասի, ՚ի ժամանակս Արտաշիսի ոչ գտանել երկիր անգործ յաշխարհիս Հայոց, ոչ լեռնային, և ոչ դաշտային [d]։

Quemadmodum Artaſes regionem noſtram incolis auxerit, eíque terminos conſtituerit.

1 POST alia omnia egregiè ac præclarè geſta, juſſit Artaſes oppidorum atque agrorum terminos conſtitui; namque regionem noſtram incolis compleverat, variis exteris nationibus inductis, quibus in vallibus, & montanis campeſtribúſque locis ſedes attribuit. Terminos autem hoc modo deſignavit. Saxa in quadrati formam imperat cædi, eáque in patinæ morem excavata, in terram defigi atque occul-
2 tari, & ſuper iis quadratos aggeres conſtrui, paulò ex terrâ eminentiores. Id ei [1] Artaſires invidens, Saſanis filius, eadem jubet in Perſide fieri, atque ab ſuo nomine appellari, ne amplius Artaſis memoria maneret. Cæterum, regnante Artaſe, nullam in Armeniâ incultam terram, neque montanam neque campeſtrem repertam eſſe, traditum eſt.

ԳԼՈՒԽ

[a] Deſunt in Edit. առաքինութեանց և գործոց. [b] Edit. զմէջն. [c] MS. կուսիս. [d] MS. addit. յաղագս շինութեան երկրիս.

[1] Vide iufrà l. II. c. 74.

ԳԼՈՒԽ ԾԴ.

Յաղագս նախարարութեան Ամատունեաց:

ԱՅՍՈՐԻԿ սորա, ասեն՝ եկեալ զազգ Ամատունեաց ՚ի կողմանց արեւելից Արեաց աշխարհին: Բայց՝ են սոքա բնութեամբ Հրեայ, ՚ի Մանուէայ ումեմնէ, որոյ որդին էր մեծահասակն, եւ ուժեղ, Սամսոն անուն կոչեցեալ. որպէս սովորութիւն է Հրէից՝ ըստ յուսոյ զնախնեացն կոչել զանուանս: բայց՝ է ճշմարիտ, որպէս եւ այժմ իսկ է տեսանել ՚ի զարմս Ամատունեաց. քանզի անձնեայք, եւ բարեձեւք, ըստ պատշաճի վայելեն ամենայն իրօք, եւ ուժեղք: Տարեալք են նոքա յԱրշակայ առաջնոյն՝ ՚ի Պարթեւաց թագաւորեցելոյն: եւ յառաջադիմութեամբ անդէն ՚ի յԱրեաց աշխարհին՝ ՚ի պատիւ հասեալք, ՚ի կողմանս Ահմատանի: Բայց՝ եթէ յինչ պատճառանաց աստ գալուստ նոցա, ես ոչ գիտեմ: այլ պատուէին յԱրտաշիսէ գեղիւք, եւ դաստակերտօք. եւ անուանին Ամատունիք, որպէս թէ եկք: Եւ կէսք ՚ի Պարսից՝ Մանուէեան՝ զնոսա կոչելով, յանուն նախնւոյն:

CAP. LIV.

De præfecturâ Amatuniorum.

1 HUJUS temporibus, ab orientali Ariorum regione, Amatuniam gentem veniſſe ferunt. Hi ſunt ex Judæis oriundi, à Manuâ quodam, cujus filius erat ſtaturâ magnâ, & robuſtus, nomine Samſon appellatus, ut Judæorum conſuetudo eſt, ab majoribus ſuis propter ſpem nomina ducere; ídque verum eſſe, etiam nunc in Amatuniorum progenie videre licet, ut qui proceri ſint ac formâ pulchrè ad omnia
2 appoſitâ, roboréque valentes. Deportati erant ab Arſace, primo Parthorum rege; atque ibi in Ariorum regione in provinciâ Amataniâ magnos honores ſunt adepti; ob quam verò cauſam huc commigraverint, ego quidem ignoro. Cæterum ab Artaſe, pagis atque oppidis honorificè donati fuêre, & [1] Amatunii, tanquam advenæ, appellati. Nonnulli verò ex Perſis, ab nomine progenitoris, eos Manuadas appellant.

[1] Vox Perſica, ita uti ſuprà l. II. c. 43. de voce *Amat* obſervavimus.

ԳԼՈՒԽ ԾԵ.

Յաղագս՝ Առաւեղինաց տոհմին, թէ ուստի սերեալ ազգ:

Ի ՍՈՐԻՆ աւուրս՝ եւ Առաւեղեանքդ, յազգէ Ալանաց՝, մերձաւորք Սաթինկան՝ զհետ նորա եկեալք, կարգեցան յազգ, եւ ՚ի նախարարութիւն աշխարհիս Հայոց, որպէս հարազատք թագուհւոյն մեծի, եւ ՚ի ժամանակս Խոսրովու՝, հօր Տրդատայ՝, խնամացեալ ընդ ումեմն քաջի Բասլացն եկեալ հաստուածի:

CAP. LV.

De Aravelanis atque eorum gente.

1 ITAQUE cum poſt interfectum Artabanum Artaſires Saſanis filius regnum obtinuiſſet, duæ familiæ Balhavenſes, Imperatoria & Surenia, invidiâ in fraternam Artaſis familiam motæ, Artaſirem Saſanis filium lubentes regem accepêre. Familia autem
2 Carenia Balhavenſis amicitiam fidam erga fratres retinens, Artaſiri Saſanis filio bello reſtitit. Choſroes verò, Rex Armenius, ut primum de tumultu ac turbis nuncium audivit, ſtatim ad-

րենի

[a] Deeſt in Edit. թագաւորել.   [b] Abeſt ab Edit. ազգականութեան.

րենի Պալհաւին, ընդդիմացան հպատակել Արտաշրի որդւոյ Սասանայ։ Բայց [illegible]աջագոյն, իբրև լուաւ զաղմուկ չքոթին Թագաւորին Հայոց Խոսրով, դիմեաց յօգնականութի Արտաւանայ, եթէ հնար լիցի աճապարել ապրեցուցանել միայն զԱրտաւան. և ի միջամուխ եղեալ յԱսորեստան, լուաւ զբօթ մահուանն Արտաւանայ, և զմիաբանութի ամ Պարսից զօրաց, և նախարարաց. նա և զիւրոց ազգացն Պարթևաց, և Պալհաւկաց՝ բաց 'ի ցեղէն Կարենեան. Առ որ հրեշտակս առաքեալ Խոսրովայ, դառնայ յաշխարհ իւր, մեծաւ տրտմութբ, և զկծանօք։ և նոյն հետայն փոյթ ընդ փոյթ ազդ առնէ Փիլիպպոսի, Կայսեր Հռոմայեցւոց, օգնականութի 'ի նմանէ խնդրելով։

jutum Artabanum proficiſci [illegible], ſi quo modo Artabanum ſaltem ſervare poſſet.
3 Et in mediam Aſſyriam cum veniſſet, perfertur fama, Artabanum mortem obiiſſe, Perſicumque exercitum omnem, & Satrapas; itemque cognatos ſuos Parthos & Balhavenſes, præter familiam Careniam, inter ſe facto fœdere conſpirâſſe. Ad quos cum legatos miſiſſet Choſroes, in regionem ſuam revertitur, magno dolore atque
4 irâ permotus; continuóque per nuncios [1] Philippum Cæſarem Romanum certiorem facit & ab eo auxilium petit.

[1] Hîc ſuſpicatur La-Crozius rationem temporum vix congruere, quâ de re infrà aliquid ad Tabulam regum notabimus, quam ſubjungere in animo eſt.

ԳԼՈՒԽ ԿԹ.

Խոսրովայ օգնականութի գտեալ 'ի Փիլիպպոսէ՝, դիմէ 'ի վերայ Արտաշրի, որդւոյ Սասանայ, պատերազմաւ.

CAP. LXIX.

Choſroes, auxilium à Philippo nactus, Artaſiri Saſanis filio bellum infert.

Աղմուկ շփոթի խռովութե լեալ 'ի թագաւորութեանն Փիլիպպոսի, ոչ կարաց 'ի Հռոմայեցւոց գնդացն պարապեցուցանել, առ 'ի զօրավիգն լինել Խոսրովայ, այլ օգնէ նմա 'ի ձեռն գրոյ, հրամայելով ստարել [a] նմա յամ կողմանց։ որոց ընկալեալ զայսպիսի հրաման, հասանեն նմա յօգնականութի յԵգիպտոսէ, և յանապատէն մինչև 'ի ծովեզերսն Պոնտոսի։ Որոյ գտեալ զանչափ բազմութի, խաղայ 'ի վր Արտաշրի, և Ճակատս տուեալ 'ի փախուստ դարձուցանէ, թափելով 'ի նմանէ զԱսորեստան, և զայլ արքայա-

1 ILLO tempore admodùm turbatæ erant res ſub Imperio Philippi, qui propterea, cum non poſſet cohortem Romanam ſubſidio Choſrois dimittere, eum per literas adjuvit, quibus edixit, ut ei ex omnibus partibus ſubveniretur. His mandatis acceptis, auxilium ei ab Ægypto & deſertis, uſque ad Ponti oras miſſum eſt. Is, tantam multitudinem nactus, adversùs Artaſirem proceſſit, & commiſsâ pugnâ, in fugam vertit, atque Aſſyriam ei aliâſque
2 regiones ademit regias. Iterum inde ad Parthos cognatos ſuos & ad familias Balhavenſes, omnéſque Cuſæorum re-

նիստ

[a] Deeſt in Edit. նմա.

նիստ յաշխարհս։ Դարձեալ յղէ 'ի ձեռն հրեշտակաց առ իւր տոհմայինսն Պարթևս, և Պալհաւիկացս, և առ համօրէն զօրս աշխարհին Քուշանաց, զի առ նա եկեալ վրէժս յԱրտաշրէ պահանջեսցեն[b] և զարժանաւորն 'ի նոցանէ թագաւորեցուսցէ, զի մի յինքեանց տէրութենէն հեռասցին։ Իսկ նոցա ոչ առեալ յանձն յառաջ ասացեալ ցեղին, որ Ասպահապետ անուանին, և Սուրէնեան, դառնայ Խոսրով յաշխարհս մեր, ոչ այնչափ ուրախացեալ ընդ յաղթութիւն, որքան ընդ վերջակացութիւն ազգականացն դժգմեալ։ Յայնժամ հասանեն առ նա ոմանք 'ի հրեշտակաց իւրոց, որք 'ի պատուականագոյն ազգսն երթեալ էին, 'ի խորագոյն աշխարհն, 'ի նոյն ինքն Բալհ, բերին նմա համբաւ, եթէ ազգական քո Վեհսաճան, հանդերձ ցեղիւն իւրեանց Կարենեան Պալհաւին, ոչ հնազանդեաց Արտաշրի, այլ 'ի կոչ քո դիմեալ գայ առ քեզ։

regionis copias legatos mittit, ut ad ſe venirent & ab Artaſire pœnas repeterent, eúmque ex ipſis, qui maximè dignus eſſet, regem facerent, ne ab ſuo ipſorum regno amoverentur. Cum autem Familiæ eæ, quas ſuprà memoravimus, Imperatoria, & Surenia, renuerent, Choſroes in regionem noſtram revertitur, non tam victoriâ lætus, quam detrectatione cognatorum
3 triſtis. Tunc ad eum redierunt quidam ex legatis ſuis, qui ad honoratiores gentes, in inferiorem regionem, ad ipſam Balham profecti fuerant, hunc nuncium referentes; Cognatus tuus Veſazanus cum familiâ ſuâ Careniâ Balhavenſi Artaſiri non paruit, ſed vocatu tuo ad te properè contendit.

[b] Deſunt in Edit. և զարժանաւորն 'ի նոցանէ թագաւորեցուսցէ։

ԳԼՈՒԽ Հ.

Դարձեալ յարձակումն Խոսրովայ 'ի վերայ Արտաշրի, առանց Հռոմայեցւոց օգնականութեան։

ԹԷՊԷՏ և յոյժ զուարճացաւ Խոսրով ընդ լուր գալստեան ազգականացն, սակայն ոչ յամեաց ուրախութիւն, ընդ հուպ հասանելով բօթն, թէ ինքնին Արտաշիր [a]հետամուտ եղեալ միաբանութեամբ զօրացն, կոտորեաց զամենայն ցեղս Կարենեան Պալհաւին, ջնջելով զամ արու, յերիտասարդաց մինչև ցստնդիայս, բաց 'ի միոյ տղայոյ, զոր առեալ

CAP. LXX.

Altera incurſio Choſrois in Artaſirem ſine ope Romanorum.

1 ETSI valdè lætabatur Choſroes de nuncio cognatorum adventûs, tamen gaudium non permanſit, quum citò rumor triſtis delatus eſt, ipſum Artaſirem collecto exercitu inſecutum eſſe, & totam familiam Careniam Balhavenſem, omni ſtirpe virili extinctâ, ab adoleſcente ad infantem uſque lactentem, præter puerum unum
2 internecione occidiſſe, quem Burzius

մնե-

[a] MS. հետահաս։

մներիմ սան նորա Բուրդ, փախուցեալ յաշխարհն ՚ի Քուշանաց, առ Հօրս տանն նր հաստուցանելով [b] ազգայինս. զոր բազում ջանիւք խնդրեալ [c] Արտաշիրի զմանուկն ՚ի ձեռն առնուլ, ոչ կարաց յազգականացն կուսակցելոց, մինչեւ յոչ կամաց երդնուլ անկասկած լինել մանկանն. վն որոյ բիւր առասպելս յօդեցին Պարսք զնմանէ, անբանից սպասաւորել մանկանն. Սա է Պերոզամատ, նախնի մեծի ազգին Կամսարականաց, զոր յիւրում տեղւոջն պատմեսցուք։ Այլ այժմ մեք որ ինչ զկնի կոտորածի ազգի Կարենեան Պալհաւին. զորոց վրէժս ոչ թուլագոյնս խնդրեաց թագաւորն Հայոց Խոսրով, թէպէտ և վախճանեալ Փիլիպպոսի, և շփոթեալ [d] թագաւորութեան Հռոմայեցւոց, մարդ ՚ի մարդոյ առնլով զտէրութիւն սակաւաժամանակեայ, Դեկիոս, և Գալլոս և Վաղերիանոս կայսերք, որք ոչ օգնեցին նմա։ Սակայն արքայ Խոսրով, իւրովք զօրօք [e] սիրելովք յարեցելովք յինքն, և հիւսիսային ազգօք, Արտաշիրի յաղթեաց, հալածական առնելով մինչեւ ՚ի յաշխարհն Հնդկաց։

familiæ ejus egregiè fidelis, puerum aſportaverat, atque in Cuſæorum regionem confugiens ad fortes quoſdam ex cognatis perduxerat, quem puerum cum ſummoperè cuperet Artaſires ab cognatis, qui ſe ei adjunxerant, accipere, id impetrare non potuit, donec puerum in tuto fore invitus juraret. Ob eam cauſam ſexcentas fabulas de eo Perſæ finxerunt, de quibuſdam animalibus,
3 quæ puero miniſtrabant. Hic fuit ille Perozamatus magnæ gentis Camſariæ Progenitor, quem ſuo loco [1] pòſt memorabimus. Jam verò, quæ Careniæ Balhavenſis gentis cædem ſecuta ſunt, perſequemur, quorum necem Rex Armeniæ Choſroës nihilo ſegnius uſciſci contendit, tametſi mortuus erat Philippus, & Romanum imperium
4 perturbaretur, quum alius alii ad breve tempus in regnum ſucceſſit, Decius, Gallus & Valerianus Cæſares, qui ei opem non tulêre. At Rex tamen Choſroes cum dilectis ſibi copiis, qui cum eo ſtabant, & Septentrionis populis, Artaſirem vicit, atque ad Indiam uſque pepulit.

[b] MS. ՚յազգայինս նորա. [c] Abeſt ab Edit. Արտաշիրի. [d] Edit. Թագաւորութիւն. [e] MS. և սիրելովք.

[1] Infrà l. II. c. 84.

ԳԼՈՒԽ ՀԱ.

Յաղագս գալստեան Անակայ, և լինելութե սրբոյն Գրիգորի.

ԱՐԴ փախուցեալ ՚ի Խոսրովայ Արտաշիր [a] մերձ ՚ի յաշխարհն Հնդկաց, և նեղեալ յոյժ, բազում խոստմունս նախարարացն առնէր, եթէ ոք բուժեսցէ զնա յայնմանէ, եթէ հնարիւք դեղոց, եթէ գաղտնի խողխողմամբ սրոյ, պէս պէս

CAP. LXXI.

De adventu Anaci & Sancti Gregorii ortu.

1 ITAQUE Artaſires ab Choſroe propè Indiam in fugam actus, & graviter afflictus multas Satrapis pollicitationes fecit; ſi quis clam & occultè, ſeu veneno, ſive ferro, ſe ab eo liberâſſet, varia ſe daturum ei munera promiſit; præcipuéque Parthorum

պար-

[a] MS. մինչեւ ՚ի յաշխարհն.

սպարգևս՝ խոստանայր տալ. մանաւանդ Պարթևազանցդ, ասէ, դիւրահնար, գոգցես, 'ի ձեռն կեղծաւոր սիրոյ զդաւէլն՝ ազգականութե անուամբ պատրել, 'ի դոսա վստահանայ, խոստանայր զբուն տուն դարձուցանել 'ի նա՝ որ Պալհաւուն կոչիւր, զարքայանիստ քաղաքն զԲալհ, և զամ աշխարհն Քուշանաց. նմա և՝ թագաւորութե ձեռն և շուք խոստանայր, և զհասարակ արեաց ընդ իւրով ձեռամբ, երկրորդ իւր լինել: Յոր հրապուրեալ Անակայ, որ 'ի ցեղէն Սուրենեանն Պալհաւէ, յանձն առնու ըսպանանել զԽոսրով, և հաստատածի պատճառաւ փախստական լինի յԱրտաշրէ, և զհետ մտանելով զօրացն Պարսից, առ 'ի պատճառէ ոչ թէ՝ փախստական վարելով զնա ընդ Ասորեստան, հանեն զնա առ եզերբ սահմանացն Ատրպատականի ընդ մէջ Կորդուաց: զոր լուեալ մեծին Խոսրովայ, յՈւտէացւոց գաւառին, իբր՝ զԿարենեանցն կարծեցեալ եկաւորութի, գունդ առաքէ՝ յօգնականութի Անակայ, ածեն զնա, հրամանաւ թագաւորին՝, 'ի գաւառն, որ անուանեալ կոչի՝ Արտազ, 'ի տեղի դաշտավայրս՝, ուր յայտնեցան նշխարք սրբոյ, և մեծի մերոյ առաքելոյն Թադէի: Եւ աստ ասեմ սքանչելի զրոյցս զարմանալի ծերունւոյ, որ ասէր, եթէ՝ 'ի նախնեաց ունիմ սովորութի, որդի 'ի հօրէ առնլով զյիշատակ զրուցացս այսոցիկ, ոչ Ողիմպիոդորայն, յաղագս Տարօնոյ, և Սիմն կոչեցեալ լերինն: Արդ՝ 'ի բնակելն Անակայ 'ի դաշտին Արտազու՝, պատահէ նմա տեղի օթարանին՝ մօտ առ դիրս սրբոյ Առաքելոյն, ոչ թէ՝ 'ի ներքսագոյն սրսկապանի խորանին, և անդ ասեն՝ զյղութի մօր սրբոյ, և մեծի մերոյ

generi, qui utique cum facillimè per ſimulatum amorem cognationis nomine inſidias ſtruere poſſent, in eis ſpem poſuit, atque avitum ſe iis domi-
2 cilium Balhavenſe, & Balham regalem
urbem omnémque Cuſæorum terram redditurum ſpoſpondit, ſimul regni famam & decus pollicens ei, qui hanc rem perfeciſſet, atque ut dimidiam partem Ariorum in ſuâ ditione teneret, & ab ſe ſecundus eſſet. His illecebris Anacus inductus, qui de Sureniâ Balhavenſi familiâ erat, cædem Choſrois ſuſcepit, atque ad eum finem, velut transfuga, ab Artaſire ſeceſſit,
3 eúmque Perſarum copiæ inſectatæ
ſunt, quaſi transfugam per Aſſyriam ad Atropatiæ fines inter Cordiæos agerent. Eâ re auditâ, magnus Choſroes, in Utienſi provinciâ qui aderat, Carenios adventare ratus, Anaci ſubſidio cohortem miſit, quæ illum, juſſu regis, in provinciam, quæ [1] Artaza appellatur, ad campeſtria loca duxit ubi ſancti & magni noſtri Apoſtoli Thaddæi reliquiæ apparuerant.
4 Hîc autem mirabilem trado Senis cu-
juſdam narrationem, qui ſe à majoribus accepiſſe narrat, ac moris fuiſſe ut Patres, ſuis quiſque filiis, ejus rei memoriam traderent, ut ea fama de Tirono & Simo montibus [2] ab Olympiodoro fuit prodita. Igitur dum Anacus in Artazæ campis habitaret, accidit, ut juxta Sancti Apoſtoli monumentum,
5 quaſi in interiore Tabernaculi parte
diverſaretur, atque ibi Sancti & magni noſtri Illuminatoris matrem concepiſſe ferunt. Cum itaque Apoſtoli gratiam accepit, qui ab ejus ſepulchro ortum ſuum duxit, is ejuſdem Apoſtoli exple-

Լու-

[1] Suprà l. II. c. 31.

[2] Suprà l. I. c. 5.

Լուսաւորչին։ վասն որոյ՝ [b] և զնորին Առաքելոյ շնորհս ընկալեալ, որ առ հանդերձ տարանաւ նորին զլինելութիւն առ, զնորին ելից զհոգևոր մշակութեան պակասութիւնն։ Եւ յետ անցանելոյ երկուց ամարեաց գալստեանն Անակայ 'ի Հայս, յերրորդումն սպանանէ զԽոսրով, և մեռանի ինքն, և ներքին ամ, պահեալ 'ի խնամոցն Այ զսա միայն, որ ակնարկութեամբն Այ, և շնորհօք Առաքելոյն, ստեղծանել ասեմք, կամ լուսաւորել, [c] յարգանդի մօրն զառաքելութեան շնորհս նմա 'ի ձեռն տալով. իսկ՝ զմնացեալսն 'ի գրուցացս, ուսուցանէ քեզ Ագաթանգեղոս։

vit, quod ſacro muneri deerat. Cæterùm poſt biennium quàm Anacus in Armeniam venerat, tertio anno 6 Choſroem necavit, atque ipſe ſuíque omnes mortui ſunt, eo tantum providentiâ Dei ſervato, quem Dei nutu & Apoſtoli gratiâ regionem noſtram formâſſe, aut potiùs illuminâſſe dicimus, cum ei Apoſtolici muneris gratia in matris utero eſſet data. Reliquas autem narrationes tibi expediet Agathangelus.

[b] Abeſt ab Edit. և. [c] Edit. յանդանդի corruptè.

ԳԼՈՒԽ ՀԲ։

CAP. LXXII.

Յաղագս՝ Ֆերմելիանեայ եպիսկոպոսի Կեսարու Կապպադովկացւոց, և պատմութեանց նորին։

De Firmiliano Cappadociæ Epiſcopo & hiſtoriis ejus.

Ֆերմելիանոս եպիսկոպոս Կապպադովկացւոց, էր այր ջանաչէլի յուսումնասիրութիւն, որ և 'ի տղայութենն իւրում առ Որոգինէս երթեալ՝ վարժեցաւ։ սա բազում խօսս արար, յորոց մի է՝ պատմութի հալածանաց Եկեղեցւոյ, որ յաւուրս Մաքսիմիանոսի՝, և Դեկիոսի յարեաւ, և որ հուսկ յետոյ ց'ամն Դիոկղետիանոսի, շարայարեալ 'ի նա և զգործս թագաւորաց, յորում ասէ՝ վեշտասաներորդ եպիսկոպոս կացեալ Աղեքսանդրացւոց Պետրոս՝, վկայեալ յիններորդ ամի հալածանացն, դրէ զբազումս վկայեալ և [a] 'ի Խոսրովու 'ի մերում աշխարհիս, համայն և յետ

1 [1] FIrmilianus Cappadociæ Epiſcopus vir erat doctrinarum mirificè ſtudioſus, qui & in pueritiâ ſuâ ad Origenem diſciplinæ causâ acceſſerat. Is multos libros compoſuit, quorum unus erat Vexationum Eccleſiæ hiſtoria, quæ Maximino & Decio regnantibus ortæ ſunt & deinceps uſque ad Diocletiani tempora permanſêre, in quâ 2 etiam Regum acta ſubtexuit; ubi [2] Petrum ſextum decimum Alexandriæ Epiſcopum anno nono vexationis martyrium ſubiiſſe ſcribit, multóſque etiam martyres in noſtrâ regione ſub Choſroe, atque exteros ſub exteris memorat. Quum verò ad luculentam

նո—

[a] Deeſt in Edit. 'ի.

[1] De Firmiliano Vide Euſeb. Hiſt. VII. 14. Cyprian. epiſt. 75. & Caveum in Hiſt. Literariâ.
[2] Ita etiam apud Euſebium Petrus Alexandriæ ſextus decimus Epiſcopus numeratur, annóque Vexationis Diocletianæ nono martyrium ſubiiſſe traditur. Hiſt. Eccl. VII. 32.

նորա ստոյգ յօտարաց. բայց զի ոչ ճշմարտութեամբ ոճով պատմէ, և ոչ զանուանս նշանակէ, կամ զտեղիս կատարմանցն, ոչինչ կարևորագոյնս համարեցաք երկրորդել։ Նոյնպէս և զԱնտոնինէ, որդւոյ Սևերեայ, ասէ՝, պատերազմեալ ընդ Վաղարշակայ, արքայի Պարսից ՚ի Միջագետս, և մեռանիլ ՚ի մէջ Եդեսեայ, և Խառանու, և մերոյն Խոսրովու ոչ յոք հակամիտեալ։ Իսկ՝ որ ինչ զկնի մահուն Խոսրովու, մինչև՝ ՚ի թագաւորութիւնն Տրդատայ, ՚ի ժամանակս անիշխանութեան, պատմէ, ստոյգ համարելով՝, երկրորդեմք քեզ համառօտ բանիւք։ Բայց և որ ինչ ՚ի թագաւորութեան [a] Տրդատայ, և յետ նորա, ոչ հեղգութեամբ և անզգուշաբար վրիպեալ, և ոչ կամաւոր սխալանօք ՚ի սնոտի յարմարեալ բան՝, այլ որ ինչ ՚ի յիշատակաց ՚ի գիրս մատենիցն Յունաց, իսկ ըստ նմանեացն ապա, և որ ինչ ՚ի համբաւուց արանց իմաստնոց, [c] և հնախօս սիրաբանից, ստուգապէս տեղեկացեալ՝, արդարաբար քեզ զրուցեցաք։

veritatem hiſtoriam non ſcripſerit, neque nomina martyrum aut loca declaraverit, nihil neceſſe habuimus iterare.

3 Narrat etiam Antoninum Severi filium cum Valarſace Perſarum rege prælio decertâſſe atque inter [3] Edeſſam & Charras periiſſe; quem noſter Choſroes in neutram partem inclinaverit. Quæcunque autem à morte Choſrois uſque ad imperium Tiridatis, per Interregni tempora narrat, ea vera arbitrantes, tibi iterum breviter trademus.

4 Quæ deinde ſub regno Tiridatis & pòſt evenêre, neque ſocordiâ & incuriâ à vero aberrantes, neque mendoſam hiſtoriam ad arbitrium contexentes, ſed quæ in Græcis libris memoriæ mandantur, ac deinde quæ à viris ſapientibus & antiquitatis curioſis certâ famâ accepimus, ea tibi fideliter ſumus expoſituri.

[a] Abeſt ab Edit. Տրդատայ։ [c] Deſunt in Edit. և հնախօս սիրաբանից։

[3] Ita etiam tradunt Dion. l. LXXVIII. & Eutropius l. IX. *Occiſus eſt autem in medio itinere inter Carras & Edeſſam.* Spartianus in Antonino Caracallâ.

ԳԼՈՒԽ ՀԳ.

Դիմումն ՚ի մեզ Արտաշրի, և յաղթել Կայսեր Տաչիտոսի։

ԱՍԷ նոյն այր՝ թէ, յետ սուսերահարն լինելոյ Խոսրովու, միաբանեալ նախարարք Հայոց, ածեն իւրեանց յօգնականութիւն զզօրս Յունաց, որ ՚ի Փռիւգեայ՝, Պարսից ընդդիմանալ՝, և պահել զաշխարհս, և իսկոյն ազդեցին Վաղերիանոսի Կայսեր։ Բայց, քանզի՝ գունդք անցին ընդ Դանուբ գետ, զբա-

CAP. LXXIII.

Artaſires incurſionem in nos facit & Cæſarem Tacitum vincit.

1 TRADIT idem ſcriptor, poſtquam Choſroes ferro periit, Armenios Satrapas de communi ſententiâ auxilium Græci exercitûs ſibi ex Phrygiâ comparâſſe, qui Perſis repugnaret & regionem tueretur; atque extemplò de rebus ſuis Valerianum Cæſarem certiorem feciſſe. Quòd verò cohortes, Danubium flumen tranſ-

զբում գաւառս գերի վարեցին, և զկղիւ կկղադայ կղզիս աւար առին, վասն որոյ ոչ մերոյ աշխարհիս ժամանէ թեւարկել Վալերիանոս, նա և ոչ յերկարեաց զկեանսն, առնլով [a] 'ի նմանէ զթագաւորութիւնն Կղաւդիոս, և յետ ն̄ր Ավրելիոս, հուպ ընդ հուպ փոխանակելով զմիմեանս. այլ և ամսականօք Տիտոս և Տաչիտոս թագաւորեալ, և Փլօրիանոս եղբարք. վ̄ն որոյ համարձակագոյն արշաւեալ 'ի մեզ Արտաշիր, և զզօրս Յունաց փախստական արարեալ, գերելով զյոլով մասն աշխարհիս յաւեր դարձուցանէր. [b] յորում գաղթեալ նախարարք Հայոց, հանդերձ ազգաւն Արշակունեաց, 'ի Յոյնս ապաւինին, յորոց մի էր և Արտաւազդ Մանդակունի, որոյ առեալ զՏրդատ, որդի Խոսրովու, 'ի դուռն Կայսեր հասուցանէր. Սակս որոյ հարկաւորեալ Տաչիտոս, ը̄ դէմ Արտաշրի գայ զկողմամբք Պոնտոսի, և զեղբայր իւր զՓլօրիանոս յոլով գնդաւ 'ի Կիլիկիա արձակէ. Իսկ Արտաշիր հասեալ 'ի Տակիտոս, 'ի փախուստ դարձուցանէ, որ սպանաւ [c] յիւրոցն 'ի Ճանիւս Պոնտացւոց, որ են Խաղտիք, նոյնպէս և եղբայր ն̄ր Փլօրիանոս, յետ ութսուն և ութ աւուր 'ի Տարսոն.

greſſæ, in eo erant occupatæ, ut mul-
tas provincias ſubigerent, & Inſulas
2 Cycladas diriperent, propterea ad re-
gionem noſtram tutandam Valerianus
non pervenit, nec diu vitam produxit,
ſed regnum accepit Claudius, ac de-
inde [1] Aurelius, perbrevi intervallo
alter alteri ſuccedens. Nec plus men-
ſes aliquot [2] Titus & Tacitus ac Flo-
rianus fratres regnârunt. Eò igitur
audaciùs Artaſires in nos incurſavit, &
Græcis copiis in fugam verſis, mag-
nam regionis partem depopulatus eſt,
3 Satrapæque Armenii pulſi ſimul cum
Arſacidarum gente ad Græcos confu-
gêre; in quibus erat Artavazdes Man-
dacunius, qui Tiridatem Choſrois fili-
um aſſumpſit, atque ad aulam Cæſaris
perduxit. Itaque coactus [3] Tacitus
adversùs Artaſirem in Ponti partes pro-
ceſſit, & fratrem ſuum Florianum cum
magnâ manu in Ciliciam miſit. Arta-
ſires autem, ubi advenit, Tacitum fu-
gavit, qui in [4] Zaniâ Ponticâ inter
[5] Chaldæos ab ſuis cæſus eſt, itemque
Frater ejus [6] Florianus poſt dies duo-
denonaginta Tarſi periit.

ԳԼՈՒԽ

[a] Abeſt ab Edit. 'ի նմանէ. [b] MS. յորումն յաղթեալ. Deeſt in Edit. յիւրոցն.

[1] Non Aurelius, ſed ei Imperatori Aurelianus nomen erat. Sic antè noſter Maximianum vocat, quem Maximinum appellare debuit.

[2] Quis hic Titus fuerit, non novimus. Inter Aurelianum quidem & Tacitum interregnum fuit menſium circiter ſeptem, ſed de Tito nihil comperimus.

[3] Vide Zoſimum l. I. & Vopiſcum in Tacito.

[4] *Επι δε της βασιλειας του αυτου Τακιτου, εγενετο πολεμος εν τῃ Ποντικῃ, και κατηλθεν ὁ αυτος βασιλευς πολεμων, και εσφαγη εν Ζταννικῃ* [*Τζαννικῃ*] *της Ποντου*. Malalæ Chron. p. 399. *Σαννοι, ὓς προτερον εκαλουν Μακρωνας*. Strabo, XII. p. 378. *Ὁτι και οἱ Μακρωνες εθνος Ποντικον, Βεχειρων νοτιωτερον, τους νυν Σαννους φαμεν, ιδιωτικωτερον δε Τζανους, ὡς και την* Κελσηνην, Κελτζηνην, *και την χωραν δε των Σαννων Τζανικην λεγουσιν οἱ την φρασιν ιδιωτευοντες*. Euſtath. ad Dionyſ. Periegeſ. v. 766. Hujus etiam regionis Procopius ſæpe meminit.

[5] De Chaldæis lege quæ jam antè monuimus ad l. II. c. 4.

[6] De Spatio temporis Auctores variant. *Florianus, qui Tacito ſucceſſerat, duobus menſibus & diebus viginti in imperio fuit.* Eutrop. l. IX. *Denique vix duobus menſibus imperium tenuit, & occiſus eſt Tarſi à militibus.* Vopiſcus in Floriano.

ԳՐԱԿ ՀԴ.

Յաղագս խաղաղութե Պարսից, և Յունաց, և շինելոյ Արտաշրի զՀայս, յամս անիշխանութեանն։

ԲԱՅՑ՝ Յունաց թագաւորեաց Պրոբոս՝, և խաղաղութի արարեալ ընդ Արտաշրի, բաժանէ զաշխարհս սահմանադրութբ, փոս գործելով։ Եւ Արտաշիր նուաճեալ զազգ նախարարացն, զգաղթեալսն անդրէն դարձուցանէ՝, ᵃ և զամրականսն ՚ի վայր իջուցանէ, բայց ՚ի նախարարէ ումեմնէ, որոյ անուն Ոտայ կոչիւր՝, ՚ի տոհմէն Ամատունեաց, որ փեսայ էր ազգին Սլկունեաց, և սնուցօղ Խոսրովիդխտոյ՝, դստեր Խոսրովու, որջացեալ յամուրն յԱնի՝ իբր ՚ի կաղաղի, հանդարտութե ղօղեաց։ Իսկ՝ Արտաշրի գեղեցկապէս յարդարեալ զերկիրս Հայոց, ՚ի կարգն առաջին հաստատէր, նա և՝ զԱրշակունիսն զմեկուսացեալսն ՚ի Թագէն, և յԱյրարատ բնակելոյ, կարգէ ՚ի նոյն տեղիս, մտտիւք՝ և ռոճկօք, ոչ՝ և էինն, և զմեհենիցն պաշտամունս առաւել և ս յորդորէ, այլ և՝ զհուրն Որմզդական, որ ՚ի վր բագնին որ ՚ի Բագաւանի, անշէջ հրամայէ՝ լուցանել։ Բայց՝ զանդրիսն, զորս արար Վաղարշակ ᵇիւրոց նախնեացն՝, հանդերձ արեգակամբ, և լուսնիւ, յԱրմաւիր՝, և փոխեցաւ ՚ի Բագարան, և դարձեալ յԱրտաշատ, զայնոսիկ փշրէ Արտաշիր. և զերկիրս գրով՝ է, հարկա իւրով արկանէ, և ամենայնիւք զիւր անուն հաստատէ։ Նա և՝ զսահմանս, հաստատեալս յԱրտաշիսէ՝, զքարինս յերկրի կացուցանելով՝, նորոգեաց, և յիւր

անուն։

ᵃ Absunt ab Edit. և զամրականսն ՚ի վայր իջուցանէ։ ᵇ MS. պատկեր. իւրոց։

CAP. LXXIV.

Pax inter Perſas & Græcos. Artaſires per annos Interregni Armeniam ædificiis inſtruxit.

1 GRÆCIS deinde imperitavit Probus, qui, pace cum Artaſire factâ, regionem noſtram in partes deſcripſit, atque ad terminos conſtituendos foſſas duxit. Quin & Artaſires, devictis Satrapis, munimenta disjecit atque eos, qui pulſi fuerant, reduxit, præter unum quendam, nomine Otam, ex Amatuniâ gente, qui Selcuniæ gentis ſponſus erat, ac Choſroiduchtæ Choſrois filiæ nutritius, qui in caſtello Anio, velut in ſpecu jacens, tranquillè
2 delituit. Tum Artaſires Armeniæ terram egregiè ornavit, atque in antiquum ſtatum reſtituit. Arſacidas ab regno & domicilio Araratenſi pulſos, in eundem locum reduxit, & eadem eis, quæ priùs habuerant, ſtipendia ſtatuit. Fanorum religiones præcipuè inſtauravit, atque Oromazdis ignem, ſuper altari ad Bagavanum accendi juſſit, atque perpetuò ardentem ſer-
3 vari. Statuas autem, quas Valarſaces majoribus ſuis ſtatuerat, Solíſque & Lunæ ſimulachra, quæ ille ab Armaviro primùm Bagaranam, deinde Artaxata, deportaverat, ea Artaſires confregit, & regionem ſibi ſtipendiariam fecit, ſuóque nomini in omnibus conſuluit. Præterea lapides ex terrâ extantes, quos pro finibus [1] Artaſes conſtituerat, is renovavit, & de ſuo
4 nomine Artaſiracenſes appellavit. Is, Perſicis procuratoribus eò miſſis, re-

[1] Vide ſuprà l. II. c. 53.

անուն փոխեալ՝, Արտաշիրական անուանեաց։ Եւ կալաւ զաշխարհս մեր, ոպ մի յաշխարհացն իւրոց, Պահլիկ գործակալօք, ամս քսան և վեց, և յետ նորա նորին որդին՝ որ անուանեցաւն Շապուհ, որ լինի արքայի մանուկ, ց Թագաւորելն Տրդատայ, ամ մի։

gionem noſtram, ut unam ex provinciis ſuis, per [2] annos ſex & viginti tenuit, & poſt eum Filius ejus, qui [3] Sapores [Shapuh] vocabatur, id eſt, regis puer, uſque ad regnum Tiridatis, annum unum.

[2] Agathias Scriptoréſque cæteri Artaxerxem, qui Artabanum interfecit, annos XIV, & menſes X imperâſſe tradunt. Omnes autem hujus generis difficultates poſt ſeorſum explicare, ac, ni forſan nimiæ fuerint, expedire oportebit.

[3] *Shah* Perſicè regem, *Pur* filium ſonat, adeo ut *Sapores*, quam pronuntiationem Græci Latiníque ſequuntur, *regis filium* declaret. Neſcimus verò unde accidat, ut pro Perſicâ voce *Shapur*, Armenii ſemper *Shapuh* ſcribant.

ԳԼՈՒԽ ՀԵ.

Կատարումն ազգին Մանդակունեաց յԱրտաշրէ։

ԱՅՑ՝ Արտաշրի լուեալ, թէ ոմն ՚ի նախարարացն Հայոց, առեալ զմի յորդւոցն Խոսրովու՝, փախուցեալ ապրեցոյց, ՚ի դուռն Կայսեր հասուցանելով, քննեալ՝ թէ ով ոք նա իցէ, եղև հասու թէ՝ նա է Արտաւազդ, յազգէն Մանդակունեաց, հրամայեաց՝ զամ ազգն ջնջել սատակմամբ. քանզի՝ ՚ի գաղթելն Հայոց յԱրտաշրէ, գաղթին և նոքա ընդ ցեղս այլոց նախարարացն, և ՚ի նուաճելն Արտաշրի զայլսն, դառնան և նք, և սատակին սրով ամենեքեան։ Բայց զկոյս մի գեղեցկադիման՝, ՚ի քերցն Արտաւազդայ՝, գողացեալ Տաճատայ ուրումն, որ յազգէն Աշոցան, ՚ի զաւակէ Գուշարայ Հայկազնւոյ՝, փախուցեալ ՚ի Կեսարացւոց քաղաքն ապրեցուցանէ, ամուսնաւորեալ ը̅ ինքեան վ̅ս̅[a] չքնաղագեղ կերպարանին։

CAP. LXXV.

Gens Mandacunia ab Artaſire extincta.

1 ARtaſires autem, ubi unum ex Armeniis Præfectis, ſumpto ſecum Choſrois filio, aufugiſſe, & puerum incolumem ad aulam Cæſaris perduxiſſe comperit, quiſnam eſſet, quæſivit, & certior factus, eſſe Artavazdem, de gente Mandacuniâ, omnem gentem internecione imperat deleri. Etenim cum Armenii ab Artaſire fugerent, ii etiam cum reliquis Satrapis aufugerunt; cúmque Artaſires cæteras ſubegiſſet, ii etiam revertêre, & ferro univerſi periêre, præter virginem quandam formoſam, Artavazdis ſororem, quam Tazatus quidam, de gente Aſoſiâ, ab Guſarii Haicani ſtirpe, clam ſubduxit, atque ad Cæſaream urbem confugiens ſervavit, eámque ob eximiam formam ſibi ipſe in matrimonium duxit.

[a] Edit. չքնաղ.

ԳԼԱԿ ՀԶ։

Յաղագս նահատակութեանն Տրդատայ յամս անիշխանութեանն Հայոց։

ՊԱՏՄԷ զնահատակութեցն Տրդատայ, նախ 'ի մանկութեն՝ յերիվարի կամակոր աշտանակեալ, և կորովի ᵃ ձիս վարել, և զէնս շարժել յաջողակաբար, և այլ պատերազմականս ուսանիլ ախորժակս, ապա՝, ըստ Պելլեսնեպոնտացւոց մեհենական հրամանին Հեփեստեայ, 'ի մրցանակս ագոնին առաւելեալ քան ᵇ զԿլիտոստրատոս Հռոդացի, որ զվզէ և եթ՝ կալեալ յաղթէր. դարձեալ և քան ᶜ զԿրոսոս Արգիացի, զի նա զկճղակ եզինն թափեաց, իսկ՝ սա, զերկուց ցլուց վայրենեաց՝, միով ձեռամբ, կալեալ զեղջիւրսն, թափեաց, հանդերձ ընդ վզեալ ջախջախմամբ։ Եւ 'ի ձիընթացս մեծի ᵈ Կարկիսին կառավարել կամեցեալ, 'ի հմտութենէ հակառակորդին ոստուցեալ, յերկիր անկանի, և բուռն հարեալ, արգել զկառսն, ընդ որ ամենեքին զարմացան։ Եւ 'ի պատերազմել ᵉ Պրոբոսայ ընդ Գունթս, եղև սով սաստիկ, և ոչ ᶠ գտելոց շտեմարանաց, յարեան 'ի վերայ զօրքն, և սպանին զնա, նոյնպէս և

CAP. LXXVI.

De heroicis Tiridatis factis per Interregni Armenii tempus.

1 PRæclaros Tiridatis actus hujuſcemodi narrat, in juventute primò equo feroci inſidere, equos peritè moderari, arma dexterè tractare, cæteráſque artes bellicas callere, deinde ad Vulcani ædem in Peloponneſio certamine ſuper [1] Cleoſtratum Rhodium excelluiſſe, qui, cervice ſolùm apprehenſâ, victoriam reportavit, & ſuper Cronum Argivum, qui bovis ungu-
2 lam revulſit, is verò, duobus agreſtibus Tauris unâ manu prehenſis, cornua eorum contorſit contrivítque. Cúmque in Hippodromo curru agitando certare vellet, & ab peritiâ adverſarii dejectus humi caderet, currum manu ſiſtebat; id quod omnes mirati ſunt. Cæterum, dum Probus cum [2] Gothis bellum gereret, gravis adeò fames inceſſit, ut Milites, cum horrea reperire non poſſent, impetu facto, ipſum interfece-
3 rint, atque etiam in omnes Principes invaſerint. Solus verò Tiridates reſiſtens neminem ſinebat intra Liciani prætorium, apud quem Tiridates

'ի

ᵃ MS. ձիավարեալ. ᵇ Edit. զԿիլիտոն Տրօրոս. MS. զԿլիտոստրատոս. Lege. Կլեոստրատոս. ᶜ MS. զԿրօսոս. Nerſes Clajen. Կրասոս. ᵈ Edit. Կարկիմին. Nerſes Clajenſis. Կրկեսին. ᵉ Edit. ընդ զօրս Պրոբոսայ, եղև սով. ᶠ Edit. գտելոյ.

[1] Κλεοστρατος Ροδιος, ὃς τραχηλιζων ἀπελαμβανεν. Euſeb. Chron. Gr. p. 42, 333. Κρεας Αργειος, ὃς χηλας αποσπα βοος. Ibid. p. 42, 330. De his locis nobis Cl. La-Crozius indicavit, ſed Nomina in Armeniacis ſunt corrupta.

[2] *Jam verò quid Sarmatas loquar, quid Gothos, quid Parthos ac Perſas, atque omnem Ponticum tractum? ubique vigent Probi virtutis inſignia.* Vopiſcus.

'ի վր̃ ած իշխանացն դիմեցին, իսկ Տրդատ միայն ընդդէմ կացեալ, չեթող զոք մտանել յապարանսն Լիկիանոսի, առ որում կէին Տրդատն էր։ Բայց Կարոս, հանդերձ որդւովքն Կարինեաւ, և Նումերիանոսիւ, թագաւորեաց, և զօրաժողով եղեալ, եա Ճակատս ընդ Պարսից արքային, և յաղթեալ դարձաւ 'ի Հռօմ։ Վն որոյ բազում ազգս 'ի սատարութիւն կալեալ Արտաշրի, թիկունս արարեալ զանապատն Տաճկաստանի, դարձեալ եա Ճակատս ընդ զօրս. Հռովմայեցւոց կրկին, աստի, և անտի Եփրատու, յորմէ սպանաւ Կարոս [g] 'ի Յիրինոն։ Նոյնպէս Կարինոս, որ 'ի Կոռնակայ չոգաւ յանապատ, ընդ որում և Տրդատ, և սատակեցաւ նա, և զօրն, և մնացեալքն 'ի փախուստ դարձան, յորում և Տրդատայ վիրաւորեալ երիվարն, ոչ աճապարեաց փախչել ը փախստեայսն, այլ առեալ զզէնս իւր, և զկազմած ձիոյն, [h] 'ի լուղ ընդ լայնտարած խորայատակն անցանէ ընդ Եփրատ, 'ի բուն զօրսն իւրեանց, ուր Լիկիանոսն էր։ Ընդ նոյն աւուրս, լինի սպանանել զՆումերիանոս 'ի Թրակէս, փոխանորդէ զթագաւորութիւն Դիոկղեցիանոս։ Իսկ որ ինչ 'ի նո̃ ժամանակի Տրդատայ գործք, ուսուցանէ քեզ Ագաթանգեղոս։

ipſe erat, ingreſſi. Deinde [3] Carus cum Carino & Numeriano filiis regnavit, & collectis copiis, Perſarum regi bellum intulit, eóque ſuperato Romam rediit.
4 Itaque Artaſires, ex variis gentibus & Arabiâ deſertâ auxiliis accitis, iterum cum exercitu Romano ab utrâque Euphratis parte confligit, ubi Carus ad [4] Jerinum cæſus eſt, itidémque Carinus, qui à Cornacâ in ſolitudines profectus erat, quîcum aderat Tiridates, ipſe cum exercitu periit, reliquí-
5 que in fugam verſi. In his erat Tiridates, qui cum, equo vulnerato, fugam maturare non poſſet, ſumptis armis & ephippiis, latum atque altum Euphratis fluvium nando trajecit, & ad ſuas copias, ubi erat Licianus, pervenit. Per eoſdem dies, Numeriano in Thraciâ occiſo, Diocletianus in regnum ſucceſſit. Quæcunque verò, eo regnante, Tiridates geſſerit, tibi narrat Agathangelus.

[g] MS. 'ի Յոյնս. [h] Edit. 'ի լող.

3. *Poſt hunc Carus eſt factus Auguſtus, Narbonæ natus in Galliâ, qui confeſtim Carinum & Numerianum filios Cæſares fecit, cum quibus regnavit duobus annis; ſed dum bellum adverſum Sarmatas gerit, nunciato Perſarum tumultu, ad Orientem profectus, res contra Perſas nobiles geſſit; ipſos prælio fudit; Seleuciam & Cteſiphontem urbes nobiliſſimas cepit; & cum caſtra ſupra Tigridem haberet, ictu divini fulminis periit.* Eutrop. l. IX. *Meſopotamiam Carus cepit & Cteſiphontem uſque pervenit, occupatiſque Perſis domeſticâ ſeditione, Imperatoris Perſici nomen meruit. Verùm cum avidus gloriæ,——longiùs progreſſus eſſet, ut alii dicunt, morbo, ut plures, fulmine interemptus eſt.* Vopiſc. in Caro.

4 Hîc mendum ſubeſſe ſuſpicamur, quum *Jerinum* atque etiam *Cornaca* loca ſint nobis prorſus ignota. Pro *Jerino* alter Codex habet *Græciam*, ſed Carum Scriptores alii non ibi periiſſe tradunt.

ՊՐԱԿ ՀԷ.

Յայտարարութիւն սակաւուք՝ սննդեան, և վարուց Գրիգորի, և որդւոց նորա, ՚ի թղթոյն Արտիթեայ եպիսկոպոսի, որ՝ վասն հարցմանն Մարկոսի միայնակեցի ՚ի [a] Յպգուռճանի։

ԱՅՐ ոմն ՚ի Պարսից՝, ոչ ՚ի փոքունց՝ և յաննշանից, որում անուն էր՝ Բուրդար, գնացեալ անտի՝, և եկեալ ՚ի կողմանս Գամրաց, պանդխտեցաւ ՚ի Կեսարեայ, և առեալ կին ՚ի հաւատացելոց՝, որում անուն՝ Սոփի կոչիւր, զքոյր ուրումն մեծատան՝ որ Եւթաղիոս յորջորջիւր, դարձաւ անդէն գնալ յերկիրն Պարսից՝ հանդերձ կնաւ իւրով. [b] զորոյ զհետ հասեալ աներոյ նորա Եւթաղեայ՝, համոզեալ արգելոյր, որոց հանդիպեալ ծննդեան մերոյ Լուսաւորչին, ըստ պատահման՝ մըտանէ ստնտու մանկանն. և ՚ի հասանել աղետին, առեալ Եւթաղեայ զքոյր իւր, և զայր նորա՝ հանդերձ մանկամբն, ՚ի Կապպադովկացւոց աշխարհն դառնայր. Այլ զայս ամ̃ գործէ յառաջատեսութիւն Այ̃, ո՞չ կամք էն ասել իմոյ բանի, յաղագս որ ՚ի մեզ Փրկութէ ճանապարհ. ապա թէ ոչ, որոյ յուսոյ ակնունելով՝ ըզմանուկն Պալհաւիկ ՚ի Հռոմայեցւոց իշխանութիւնն սնուցանէին, Քրիստոսի ընծայէին հաւատոյ. Բայց՝ յարբունս հասեալ մանկանն հասակի, փեսայացուցանէ հաւատացեալ ոմն այր, որում անուն էր՝ Դաւիթ, ՚ի դուստր իւր Մարիամ. որ յետ երից ամաց՝ երկուց որդւոց լինելոյ, ՚ի կամաց երկոցունց

CAP. LXXVII.

Expoſitio brevis de educatione & moribus Gregorii ac filiorum ejus, ex epiſtolâ Artithei Epiſcopi quam ſcripſit rogatu [1] Marci Monachi in Agrezaniâ.

1 VIR quidam de Perſis, non tenuis
aut ignobilis, cui Burdarus nomen erat, inde in Cappadociam profectus, Cæſareæ peregrinatus eſt; atque uxore ductâ ex fidelibus, nomine Sophiâ, Divitis cujuſdam, qui Euthalius nominabatur, ſorore, illinc in Perſidem cum conjuge ſuâ revertebatur; quos ſocer Euthalius ſecutus, precibus ſuis retinuit; quibus caſu obviam fit cum puero recens nato Illuminatoris
2 noſtri nutrix. Cum autem calamitas quædam eveniſſet, Euthalius, ſorore & viro ejus, atque puero ſumptis, in Cappadociam rediit. Hoc omne lubens dixerim providentiâ Dei effectum, ad Salutis viam nobis aperiendam. Alioqui, quâ ſpe ducti, puerum Balhavenſem in Romano imperio educarent, & Chriſtianâ fide imbuerent? Cæterum Puero, ubi ad puberem ætatem veniſſet, vir quidam fide-
3 lis, nomine Davides, filiam ſuam
Mariam in matrimonium collocavit; & cum poſt triennium duo eis nati eſſent filii, conſenſu utriuſque inter ſe, diſceſsêre. Maria, cum minore puero, ſe in mulierum collegium contulit & religioſam vitam coluit; qui puer, grandis factus, Monachi cujuſdam, nomine Nicomachi, Sectator fuit,

մեկ-

[a] Edit. Յագդիոճանի.   [b] Edit. զորոյ զհետ մտեալ Եւթաղեայ.

[1] Hic forte eſt Marcus Monachus Eremita, quem laudat Sozomenus, Eccleſ. Hiſt. l. VI. c. 29. Vide etiam Fabric. Bibl. Gr. Tom. VIII. p. 351. Artitheus Epiſcopus fuit Armeniacus, ut ex Agathangelo Conſtantinopolitano diſcimus.

մեկնեալ 'ի միմեանց, զատչէին. Մարիամ հանդերձ կրսերով մանկամբն 'ի Վանս կանանց երթեալ կրօնաւորիւք, որ 'ի յարբունս հասեալ մանկանն, զհետ [c] ընթանայ միաւորի ուրումն, որում անուն էր Նիկոմաքոս, [d] և առաջէ յանապատ. իսկ անդրանիկն առ դայեկաց մնացեալ, որ ապա աշխարհավարեալ ամուսնացաւ. Բայց հայրն նոցա Գրիգոր, անցեալ գնաց առ Տրդատ, զհայրենեացն հատուցանել զպարտս, [e] այլ, ոչ պարտ է ասել ճշմարտութեամբ, զառաքելութեանն վիճակ մերոյ աշխարհիս, և զքահանայութեանն հանդերձ մարտիրոսութեամբն վարժելով։ Բայց է արդարև հօր սքանչելւոյ որդիք զարմանալիք, առաւել քան զառաւել. զի ոչ նա խնդրեաց զորդիսն, յորժամ դարձաւ ընդ Տրդատայ, և ոչ նքա չոգան առ նա, և այն գրեթէ յաղագս երկիւղի հալածանացն. բայց և ոչ 'ի քահանայանալն երևեալ փառօք հօրն, պերճացան. վասն որոյ և ոչ նա յամեաց 'ի Կեսարիա, այլ փութապէս դարձեալ 'ի Սեբաստացւոց քաղաքին, անդայր հաւաքել զնիւթ վարդապետութեան. այլ թէ և բազում աւուրս արարեալ 'ի Կեսարիա, ոչ ինչ յորոց զմտաւ ածէր առնելոց էին, անապառին և մնացականին միայն տպաւորելով, որք ոչ զպատիւն յինքեանս ձգէին, այլ պատիւն ընդ հետ նոցա ընթացաւ, որպէս ուսուցանէ քեզ Ագաթանգեղոս.

qui eum in ſolitudinem amandavit. Filius autem major, apud nutritios remanens, publicam vitam, inito
4 connubio, egit. At Pater eorum Gregorius ad Tiridatem profectus eſt, paterna debita ſolutum, aut potiùs, id quod verius eſt, ut regionis noſtræ Apoſtoli ac Sacerdotis munus ſimul cum martyrio ediſceret. Cæterum mirifici Patris mirabiles admodum erant filii. Non enim ipſe filios quæſivit, poſtquam cum Tiridate
5 rediit, neque Ii ad eum convenêre, atque id utique, Vexationis metu. Neque verò, cum Pater ſacerdotio glorioſè fungeretur, ipſi erant ſuperbiâ elati. Itaque is Cæſareæ non commoratus eſt, ſed Sebaſtiam properè contendens, Doctrinæ materiam ſedulò collegit. Quod ſi diu Cæſareæ manſiſſet, nihil quicquam, quod is cogitabat, illi erant facturi; qui rebus tantùm permanentibus & nunquam perituris ſtudentes, non ad ſe honores rapuêrunt, ſed ipſis ex merito contigit honor, ſicut tibi Agathangelus exponit.

ԳՐԱՆ

[c] Abeſt ab Edit. ընթանայ.
[d] Deſunt in Edit. և առաջէ յանապատ.
[e] Abeſt ab Edit. այլ.

ԳԼՈՒԽ ՀԸ.

Եթէ ուստի՞, և զի արդ՝ ազգ Մամիկոնէից։

Վախճանեալ Արտաշրի՝ որդւոյ Սասանայ, թողու զթագաւորութիւն Պարսից որդւոյ իւրում Շապհոյ։ ՚Ի սր՟ աւուրս ասեն եկեալ նախնի ազգին Մամիկոնէից, ՚ի յարևելից հիւսիսականէն, ՚ի քաջատոհմիկ և ՚ի գլխաւոր աշխարհէ, և ամ՟ աշխարհի հիւսիսականացն ազգաց առաջին ասեմ զՃենաստանացն, որ ունին զրոյցս այսպիսիս։ Յամն կատարման կենաց Արտաշրի, [a] Արբոկ ոմն Ճենբակուր, որ՟ ասի ՚ի նց՟ լեզուն, պատիւ թագաւորութե՟. սորա երկու [b] եղբօր որդիք, Բղդոխ, և Մամգոն անուն կոչեցեալ, մեծ նախարարք. և չարախօսեալ Բղդոխայն զՄամգոնայն, հրամայեաց Արբոկ, թագաւորն Ճենաց սպանանել զՄամգոնն. զոր իմացեալ Մամգոնայն, ոչ գայ ՚ի կոչ արքային, այլ փախուցեալ աղխիւ իւրով, անկանի առ Արտաշիր՝ թագաւոր Պարսից. և Արբոկ հրեշտակս առաքէ խնդրել զնա, և ՚ի չլսել Արտաշրի, պատերազմ ՚ի վր՟ նր՟ յօրինէ թագաւորն Ճենաց, և իսկոյն մեռեալ Արտաշրի, թագաւորէ Շապուհ. Արդ՝ թէպէտ և ոչ տայ Շապուհ զՄամգոնն ՚ի ձեռս տեառն իւրոյ, այլ և ոչ յԱրեաց երկրին թողու, բայց ամ՟ աղխիւն իւրով առաքէ զնա, իբրև զվտարանդի, առ գործակալս իւր, յաշխարհիս Հայոց, և յղէ առ թագաւորն Ճենաց՝ ասելով, թէ մի թուեսցի քեզ դժուարին, զի ՚ի ձեռս քո ոչ կարացի տալ զՄամգոն, և վս՟ զի երդուեալ [c] նմա հօրն իմոյ ՚ի լոյսն

՚արե-

[a] MS. Աբոկ. [b] MS. դայեակ որդիք. [c] Abeſt ab Edit. նմա.

CAP. LXXVIII.

Unde fuerit Mamiconia gens.

1 ARtaſires Saſanis filius, regnum Perſarum Sapori filio ſuo moriens reliquit. Hujus temporibus adveniſſe ferunt Mamiconiæ gentis progenitorem ex regione inter orientem ſolem & Septentriones poſitâ, inclytâ ac nobili terrâ, atque omnium gentium Septentrionalium principe, regione Zenenſi; quâ de re ita famâ traditum eſt. Paulo ante quam Artaſires è vita
2 migravit, Arbocus quidam fuit Zenbacurius, ut in eorum linguâ dicitur, quod verbum ſonat *honorem regni*. Huic duo erant fratris filii, Beldochus nomine & Mamgo, illuſtres Satrapæ. Quod verò Mamgonem Beldochus inſimularet, ideò Rex [1] Zenenſium Arbocus Mamgonem morte multari jubet. Quod ubi intellexit Mamgo, ad regem, accerſitus, noluit proficiſci, ſed cum ſuis ad Artaſirem regem Perſa-
3 rum profugit, cùmque Arbocus ad eum repetendum legatos mitteret, & renueret Artaſires, bellum contra eum Rex Zenenſium apparavit, quo ipſo tempore Artaſires obiit & regnum Sapores iniit. Sapores, etſi Mamgonem Domino ſuo in manus non tradebat, tamen in Ariorum terrâ vivere non permiſit, ſed eum cum omnibus ſuis, tanquam exulem, ad Procurato-
4 res ſuos in Armeniam ablegavit. Ad regem inde Zenenſium miſit, "ne "grave ſit, quòd Mamgonem tibi "in manus tradere non potui, quum "ei per lumen ſolis Pater meus ju-

[1] Hanc regionem Auctor noſter in Geographiâ etiam memorat, & Sinenſibus finitimam eſſe tradit.

արեգական. [d] այլ, վասն անխռով զքեզ առնելոյ, հալածեցի զնա յաշխարհէս իմմէ յեզր երկրի, և 'ի մուտս Արևու՝, որ հաւասար է նմա մահու. և արդ՝ մի՛ լիցի պատերազմ ընդ իս, և ընդ քեզ։ Եւ զի՝, քան զա͞մ բնակեալս 'ի վ͞ր երկրի, ասեն խաղաղասէր գոլ զազգն Ծենաստանաց, յանձն առնու առնել զհաշտութիւնն. ուստի՝ յայտնի է, եթէ՝ են խաղաղասէր, արդարև կենասէր ազգ Ծենաց։ Աքանչելի՛, և աշխարհն առատութ͞բ ա͞մ պտղոց, և գեղեցիկ բուսովք զարդարեալ, քրքմաւէտ, և սիրամարգաշատ, և բազմամետաքս, անբաւութի [e] յամուրաց, և հրեշից, և որ էշ այծեմնանդ անուանեն, ուր հասարակաց կերակուր ասեն՝ զառ մեզ պատուականն, և սակաւուց ճաշակելիս, զփասիան, և զպոր, և որ այլք այսպիսիք. այլ՝ զականց՝, և զմարգարտոց՝, ոչ ասեն գիտել զհամար մեծամեծացն, իսկ՝ պատուականք առ աւել զգեստուց, և սակաւուց ագանելիք՝, հասարակաց ն͞ց է զգեստ. և այս յաղագս աշխարհին Ծենաց։ Բայց՝ Մամգոնայ, յոչ կամաց եկեալ յաշխարհս մեր, հանդիպեցաւ գալստեան Տրդատայ, և ոչ դարձաւ ընդ զօրս Պարսից, այլ՝ ա͞մ իւրով աղխիւ ընդ առաջ գնաց Տրդատայ. մեծաւ պատարագաւ ընկալաւ զնա Տրդատ, բայց՝ ընդ 'իւր 'ի պատերազմ ոչ էած, յերկիրն Պարսից, այլ՝ ետ տեղի աղխին նորա, և ռոճիկ 'ի կերակուր՝, փոխելով 'ի տեղի 'ի տեղւոջէ ց'բովանդակ ամս։

“ râſſet. Eum tamen, ut tibi ſatis
“ facerem, ex regione meâ ejeci ad
“ terrarum oras & occidentem Solem,
“ quod ei Mortis inſtar eſt. Itaque
“ ne ſit bellum inter me & te.”
Quòd verò natio Zenenſis inter omnes
terrarum incolas pacis ſit ſtudioſiſſima,
facta eſt gratiæ reconciliatio, unde
5 ſanè apparet populum Zenenſem vitæ
ac pacis eſſe ſtudioſiſſimum. Regio
iſta omnium frugum copiâ mirè abundat,
amœnis plantis ornata, croci,
pavonum & ſerici feraciſſima. Orygum
ibi ac ferarum multitudo ingens, quáſque
beſtias Aſino-capreas vocant; ubi
communem eſſe aiunt eum cibum, quo
pauci nobiléſque apud nos veſcuntur,
Phaſianos atque Ibes, aliaque id generis
cibaria. Gemmarum & Margari-
6 tarum ingentium numerum nequeunt
definire, quáſque veſtes nobiles ſolùm
apud nos paucíque induunt, eæ iis
communes ſunt ac vulgatæ. Atque
hæc hactenus de regione Zenenſi.
Cæterum Mamgo ad regionem noſtram
adire coactus, Tiridati venienti obviam
fit. Itaque cum copiis Perſicis
7 non revertitur, ſed cum ſuis omnibus
Tiridati obvius proceſſit. Magno
eum honore Tiridates excepit, ſecum
verò ad bellum in Perſidem non duxit,
ſed familiæ ejus domicilium præbuit,
& cibaria ſtatuit, mutatis tantùm de
loco in locum per multos annos eorum
Sedibus.

ՊՐԱԿ

[d] Deſunt in Edit. այլ, վասն անխռով զքեզ առնելոյ.

[e] Edit. յամօրաց՝, և հրաշից.

ԳԼՈՒԽ ՀԹ.

Նահատակութիւնք Տրդատայ ՚ի թագաւորութեանն յառաջ քան զհաւատալն.

ԱՆՁԻ՝ ոչ է պատմութիւն ճշմարիտ՝ առանց ժամանակագրութե, վն որոյ՝ և մանրախուզիւ քննեալ, գտաք զթագաւորելն Տրդատայ՝ յերրորդ ամի Դիոկղետիանոսի, և գալ այսր՝ հանդերձ մեծաւ զօրու. որոյ հասեալ ՚ի Կեսարիա՝, յոլովք ՚ի նախարարացն ել առաջ լինէին, և եկեալ յաշխարհս, գտանէ զՕտայ սնուցեալ զքոյր իւր զԽոսրովիդուխտ, և պահեալ զգանձսն, ամրոցաւն հանդերձ, յոյժ երկայնմտութբ. քանզի՝ էր արդարև համբերող՝, ժուժկալ, և առաւել իմաստուն, զի թէպէտ՝ և ոչ ծանեաւ զճշմարտութիւն յաղագս Այ, սակայն՝ զունութի կռոցն գիտաց. Նոյնպէս՝ էր և սան նորին՝ Խոսրովիդուխտ, կուսան համեստ ոմն՝ զգաստ օրինաւոր, և ոչ ամենևին անդուռն բերան ունել նման այլոց կանանց. Իսկ՝ Տրդատ ՚ի հազարապետութի Հայոց [a] զնա կացուցանէ, շնորհակալութբ պատուէ զնա, և առաւել ևս՝ զիւր դայեկորդին զՄանդակունի Արտաւազդ, վասն լինելոյ նմա պատճառ փրկութե, և հայրենականացն հասելոց փառաց. յաղագս որոյ՝ ՚ի ձեռս տայ նմա զսպարապետութին՝, լինել ՚ի վր ամ զօրացն Հայոց. նորին աղագաւ՝ և զՏաճատ, նորին քեռայր՝, իշխան ՚ի վր գաւառին Աշոցն կարգէ. Սա է որ յայտնեաց զգացոյց աներոյն իւրոյ Արտաւազդայ, և նա արքային, նախ՝ զԳրիգոր Անակայ որդի լինել, և ապա՝ զկնի վասն որդւոցն Գրիգորի, որպս հմուտ եղեալ, ՚ի Կեսարացւոց քաղաքին բնակելով. Իսկ՝

CAP. LXXIX.

Res geſtæ Tiridatis cum regnum adeptus eſſet, antequam fidem amplecteretur.

1 QUUM Hiſtoria ſine temporum ratione parum ſit accurata, itaque in eam rem ſtudioſè inquirentes, Tiridatem anno tertio Diocletiani imperium iniiſſe, atque huc cum exercitu magno adveniſſe comperimus. Ei, ut Cæſaream venit, complures Satrapæ obviam exibant, & ubi in hanc regionem perveniſſet, Otam, ſororem ſuam Choſroiduchtam jam tum educare, & theſauros atque arcem, cum ſummâ
2 animi firmitudine tutari comperit. Erat etenim vir patiens, temperans, ac prudentiâ ſingulari, qui, tametſi divinam veritatem non habebat cognitam, tamen ſimulachrorum vanitatem deprehenderat. Similiter Alumna ejus Choſroiduchta virgo erat modeſta ac temperata admodum, neque omnino, ut aliæ mulieres, os patulum habebat. Itaque eum Tiridates Tribunatu Armenio auxit, & honores ei
3 gratè decrevit, at maximè omnium nutricis ſuæ filium Artavazdem Mandacunium, cujus beneficio ſalutem & paternam gloriam adeptus fuerat, remuneratus eſt. Itaque eum univerſis Armeniæ copiis præeſſe jubet, & ob eandem rationem Tazatum ſororis ejus maritum provinciæ Aſoſiæ præfectum ſtatuit. Hic erat, qui poſtea Socerum ſuum Artavazdem,
4 iſque Regem, docuit, primùm Anaci filium Gregorium fuiſſe, deinde de Gregorii filiis indicavit, ut qui id reſciverat, quum Cæſaream inhabitaret. Cæterum præſtantiſſimus Tiridates,

քա-

[a] MS. զՕտայն կացուցանէ.

քաջին Տրդատայ երանգապէս, և բազում Խակատս տուեալ նախ ՚ի Հայս, և ապա ՚ի Պարսս, իւրով անձամբ առնէր զյաղթութիւնն. որ ՚ի միում նուագի, առաւել քան զԵլիանանն զայն ՚ի հնումն, կանգնեաց զնիզակն ՚ի վերայ յոքնական համաթիւ վիրաւորաց։ Դարձեալ յերկրորդումն, կորովեայցն Պարսից զփորձ առեալ զսաստկութե սկային, և կուռ վառուածոցն, [b] բազում վիրօք զձին սատակեցին նետաձգութեք, որոց զարկուցեալ, յերկիր ընկեցին զարքայն. իսկ նա յարուցեալ, և հետի յարձակեալ փոխանակ իւր բազումս ընկենոյր ՚ի Թշնամեացն, և զմիոյ ուրումն զձին կալեալ, արիաբար աշտանակէր։ Դարձեալ յերկրորդին միւսանգամ կամաւոր լեալ հետի սուսերաւ, զփղոց զերամակն պուղէր, և այսպիսի նահատակութեք յամեալ ՚ի Պարսս, և յԱսորեստանի, անդր ևս քան զՏիսբոն յարձակի։

variis prælijs primum in Armeniâ deinde in Perſide præclarè factis, ſuis viribus victoriam reportavit. Is aliquando, Elianum illud antiquum factum ſuperans, haſtam ſuam in magno vulneratorum acervo ſtatuit; atque iterum, cum apud Perſicos Sagittarios, Gigantis validi & armatæ cohor-5 tis vim vellet experiri, Ii telorum conjectu equum ejus multis vulneribus confoderunt, & regem humi proſtraverunt; ille verò aſſurgens, atque in eos, pedes impetum faciens, ſuam vicem ultus, complures hoſtium disjecit & unius alicujus equum prehenſum fortiter conſcendit. Deinde porrò, ſuâ ſponte pedibus pugnans, Elephantorum gregem gladio pepulit. Hæc præclara facinora edidit, dum in Perſide & Aſſyriâ commoratus eſt, atque etiam ultra Cteſiphontem incurſiones fecit.

[b] MS. բազում վիրօք պատեալ զձին.

ԳՐԱԿ Ձ։

CAP. LXXX.

Յաղագս առնելոյն Տրդատայ կին զԱշխէն, և Կոստանդնի զՄաքսիմինայ, և թէ՝ որպէս հանդիպեցաւ հաւատոց։

Tiridates uxorem ducit Aſcheniam, & Conſtantinus Maximinam; quomodo factum ſit, ut is ad fidem accederet.

ԵԿԵԱԼ Տրդատայ յաշխարհս, առաքէ զՍմբատ ասպետ, զհայր Բագարատայ, ածել զկոյսն Աշխէն, զդուստր [a] Աշխադարայն, իւր կնութե. որ ոչինչ աննմանն էր կոյսն արքային հասակի, և հրամայէ գրել զնա Արշակունի, և զգեցուցանել ծիրանիս, և թագ կապել, զի հարսնասցի արքայի, յորմէ եղև որդի Խոսրով, ոչ համեմատ հասակաց իւրոց ծնողաց։ Ընդ նոյն աւուրս լինին հարսանիք Մաքսիմինայ,

1 TIRIDATES, ubi in regionem venit, Sembatum Imperatorem, Bagarati patrem, miſit, qui ſibi virginis Aſcheniæ, Aſcharadis filiæ, conjugium peteret; quæ erat regi ſtaturâ non diſpar, eámque in Arſacidarum numerum adſcribi, purpureo amictu veſtiri, & diademate cingi juſſit, ut cum rege matrimonio jungeretur. Ex eâ natus eſt filius Choſroes, qui paren-2 tes ſuos ſtaturâ non æquabat. Per eoſdem dies Nicomediæ fiebant Nup-

դատերն

[a] MS. Աշխադարայ.

դստերն Դիոկղետիանոսի, ՚ի Նիկոմիդիա, փեսայանալով նմա Կոստանդիանոսի Կեսարի, որդւոյ Կոստայ, թագաւորին Հռոմայ, որ ոչ էր ՚ի դստերէն Մաքսիմիանոսի, այլ յԵղենեայ պոռնկէ։ Այս Կոստանդիանոս բարեկամացեալ ՚ի հարսանիսն ը̅ Տրդատայ մեր թագաւորին, և յետ ոչ բազում [b] ամաց մեռանի Կոստաս, փոխանորդ նորին առաքէ Դիոկղետիանոս զնորին որդի, և զիւր որդեգրեալն Կոստանդիանոս։ Սա, յառաջ քան զթագաւորելն, մինչ դեռ Կեսար էր, պարտեալ ՚ի մարտս, և տրտմութ̅բ մեծաւ ննջեալ, երևութացաւ [c] ՚ի քուն նմա Խաչ աստեղեայ յերկնից, պարունակեալ գրով, ասէ, Այսու յաղթեա։ զոր առարեալ Սիգմուն, (այսինքն, Նշան,) և յառաջաբերեալ, պատերազմացն յաղթեաց։ բայց յետոյ հրապուրեալ ՚ի կնոջէ իւրմէ [d] ՚ի Մաքսիմինայ, դստերէն Դիոկղետիանոսի, յարոյց հալածանս եկեղեցւոյ, և զբազումս վկայեալ, ինքն ելեփանդական բորոտութ̅բն ըստ բոլոր ընկալեալ մարմնոյն, ապականեցաւ վ̅ս յանդգնութեանն, զոր ոչ կարացին բժշկել [e] Արիովկեան կախարդքն, և [f] Մարսիկեան բժիշկքն։ յաղագս որոյ յղեաց առ Տրդատ, առաքել նմա դիւթս ՚ի Պարսից, և Հնդկաց, սակայն և այնք ոչ հասին նմա յօգնութ։ զոր և քուրմք ոմանք հրամայեցին, ՚ի դիւացն խրատուն, բազմութիւն տղայոց զենուլ յաւազանս, և ջերմ լուանալ արեամբ, և ողջանալ։ որոյ լուեալ զլալիւն մանկանցն հանդերձ մարցն, կականմամբք [g] գթացե-

tiæ [1] Maximinæ Diocletiani filiæ,
quam is Conſtantino Cæſari, Conſtan-
2 tis Romani Imperatoris filio, colloca-
vit, qui non de Maximiani filiâ, ſed
ex Helenâ pellice natus erat. Hic
Conſtantinus, dum Nuptiæ celebra-
rentur, amicitiam cum Tiridate rege
noſtro conjunxit; & paucis pòſt annis
3 Conſtans mortuus eſt, atque in ejus
locum Diocletianus filium ejus ſuúm-
que generum Conſtantinum miſit. Is,
antequam regnaret, dum adhuc Cæſar
eſſet, in prælio victus, dum magno
mœrore ſomnum caperet, [2] crucem
ſtellatam in cælis videbat, his verbis
inſcriptam, *Hôc vince*, quod cum
ſuum ſignum feciſſet, atque in acie
primâ geſtâſſet, victoriâ potitus eſt.
4 Pòſt autem ab conjuge ſuâ Maximinâ
Diocletiani filiâ inductus, Eccleſiam
divexavit, & cum multos morte affe-
ciſſet, ipſe elephantiâ correptus, toto
corpore intabuit; quem morbum ne-
que Ariocenſes Vates aut Marſicii
Medici ſanare potuerunt. Itaque Ti-
ridatem rogavit, ut ſibi Augures ex
Perſide & Indiâ mitteret, qui tamen
5 nihil ei opitulati ſunt; quem etiam
Sacerdotes quidam, Dæmoniorum
impulſu, infantium multitudinem in la-
vacro necare juſſerunt, & calido ſan-
guine prolui atque ita ſanum fieri. Is
autem, ubi vagitum infantium ac ma-
trum ejulatus audiit, miſeratione mo-
tus, eorum vitas ſalutis ſuæ expecta-
6 tioni prætulit; cujus ille facti compen-
ſationem à Deo accepit, in ſomniorum

աւ.

[b] Edit. աւուրց։ [c] Deeſt in Edit. ՚ի քուն։ [d] MS. ՚ի Մաքսիմնեայ։
[e] MS. Արխողական։ [f] MS. Մարինկեան։ [g] Abeſt ab Edit. գթացեալ։

[1] Conſtantinus primùm uxorem habuit Minervinam Criſpi matrem, deinde, eâ mortuâ, Herculii filiam Flaviam Maximianam Fauſtam in Matrimonium duxit, ut idonei Auctores tradunt.

[2] De Conſtantini cruce legendus omninò eſt Euſebius dè vitâ Conſtantini, l. I. c. 28. qui multò certiora refert.

ալ, մարդասիրեաց զնոցա լաւ՝ քան զիւրն վարկուցեալ փրկութիւն․ յաղագս որոյ՝ զփոխարէնն ընդունի յԱՅ յանրջական տեսութեանց, յառաքելոցն առեալ հրաման՝, սրբիլ լուացմամբ կենսատու աւազանին, ՚ի ձեռն Սեղբեստրոսի եպիսկոպոսի Հռովմայ՝, որ ՚ի նմանէ հալածանացն թաքուցեալ էր ՚ի Սերապտիոն լերինն, յորմէ և աշակերտեալ հաւատաց, զբռնաւորսն ամենայն բառնալով յԱՅ յերեսաց նորա, որպէս՝ համառօտ ուսուցանէ քեզ Ագաթանգեղոս։

viſis, ab Apoſtolis juſſus, lavacri ſalutaris lavatione per Silveſtrum Romæ Epiſcopum purgari, qui ob vexationem ſe in montem [3] Seraptium abdiderat, per quem edoctus, fidem ſuſcepit, omnéſque Deus adverſarios ejus amovit, ut te breviter Agathangelus docet.

[3] Legendum eſſe arbitramur *Söracte*, ut in Actis Silveſtri eſt. Cæterum totum ferè hoc caput erroribus & fabulis tam fœdè coopertum eſt, ut noſtram planè admirationem moveat, quomodo is tam miſerè in his rebus labi potuerit, qui Euſebium videtur legiſſe. Nos hîc Chorenenſis partes nullo modo tueri poſſumus. Id pro nobis Baronius faciet, qui Acta Silveſtri defendit, quæ eandem fabulam narrant, ac proinde ex eodem fonte videntur hauſta. Hinc autem de Agathangeli & Chorenenſis antiquitate meritò licet dubitare, tametſi vix aliquid ſtatuere poſſumus, cùm illud neſciamus, quo primùm tempore fabula hæc turpiſſima in vulgus emanaverit. Vide Baronium ad A. C. 324. Niceph. Hiſt. Eccleſ. VII. 33. Zonar. p. 3. 4. Cedren. p. 223.

ԳՐԱԿ ՁԱ։

Սատակումն Սլկունեաց ՚ի Ծենազնւոյն Մամգոնայ։

ԸՆԴ հանգչել Շապհոյ՝, արքայի Պարսից, ՚ի պատերազմացն, և ՚ի գնալն Տրդատայ ՚ի Հռոմ առ սուրբն Կոստանդիանոս, պարապ առեալ խորհրդոց Շապհոյ՝, նիւթէր չարիս ՚ի վերայ աշխարհիս մերոյ, [a] Թողեալ զՀիւսիսայինսն ամ, ելանել ՚ի Հայս, ժամ եդեալ՝ և իւր գնալ Արեօք ՚ի միւս կողմանէ։ ՚Ի նորին բանս հրապուրեալ [b] Սլուկ, նահապետ ազգին Սլկունեաց, զինքեան սպանանէ զփեսայ՝ զծերացեալն Օտայ, որ ՚ի տոհմէն Ամատունեաց՝, և սնուցօղ Խոսրովիդխտոյ՝ քեռ Թագաւորին։ Եւ այնինչ Ը հուպ եկեալ մե-

ծին

CAP. LXXXI.

Interitus Selcuniorum à Mamgone Zenenſi.

me pudet dicere verum, atque impietatem & ſcelus gentis noſtræ, ſinctáque ejuſdem, acerbo gemitu lachrymíſque digniſſima, declarare. Eum utique per nuncios acceſſebant, ut de ſuâ voluntate Sanctus foret, & regnum obtineret. Qùum verò Sanctus ille renuit, potionem ei dedêre, ſicut antiquitùs Socrati cicutam, vel, ut noſtra proferam, ut
7 furentes Hebræi *poculum felle mixtum Deo noſtro* obtulêre, atque ita præclariſſimum pietatis ejus radium ex ipſis extinxêre. Quare ego de meis lachrymabundus loquor, id quod Paulus de ſuis, crucis etiam Chriſti inimicis; nec mea, ſed Spiritûs Sancti verba loquor; “ *Gens perverſa*, in-“ quit, *atque exacerbans*, *Gens*, *quæ* “ *cor ſuum non rectum ſervat*, *neque* “ *fidelis fuit Deo anima ejus.*

8 Viri Armenii, quouſque eritis animo tardo? Cur improbitatem atque impietatem amatis? Quin cognoſcitis, quam mirificè Dominus cum Sancto ſuo egerit! Dominus autem non vos exaudiet, quum eum invocabitis, propterea quòd per iram peccaviſtis neque in lectis veſtris pœnitentiam egiſtis; nam victimam iniquitatis mactâſtis & fidentem Domino eſtis aſper-
9 nati. Ideo ad vos veniet laqueus, quem ignoratis, & præda, quam venati eſtis, vos apprehendet, atque ejus laqueo peribitis. Anima autem ejus in Deo exultabit, & in ſuâ quiete lætabitur, omnéſque ſecum dicent, Domine, quis tui ſimilis eſt? Quum itaque hæc ita vera ſint, in malis noſtris noſmet etiam conſolemur; *ſi enim*, ut

ասէր

ասէր Քս, թէ՛ ընդ չորն, զի՞նչ լինիցի։ Արդ՝ եթէ ընդ սուրբն Այ և որք ՚ի թագաւորութէ զինքեանս՝ յաղագս Այ նուաստացուցին՝ այսպէս, զինչ բան մեր առ Այ յաղագս ՚ի ձէնջ վտանգիցս, որոց վտանգք՝, և աղքատութի սեպհական է։ Այլ սակայն՝ ասացից. ո՞վ ոք ՚ի ձէնջ թոշակս՝ յաղագս մեր, ո՞վ ոք վարդապետացն մաղթանս, ո՞վ ոք բան յօժարեցուցանօղ՝, կամ յորդորական, ո՞վ ոք՝ յերթալն մերում բեռնաբարձ, ո՞վ ոք՝ ՚ի գալն մերում հանգիստ, ո՞վ ոք՝ տուն, կամ օթանոց մեզ պատրաստեաց. Թողից զայլն, զի՝ և ո՛չ զլեզուս չարս՝, և զտգիտութեանն հանդերձ սնոտի փառամոլութբ, և կատաղի լեզուանութբ, սանձահարեցիք, այլ՝ նիւթ նոցա անմտութեն զձեր ուսումնատեացդ տալով բարս, բորբոքեցէք առաւել՝ քան զԲաբիլոնի հնոցն։ Վս որոյ իւրաքանչիւր ոք առանձին՝ է քուրմ, և պաշտօն, ո՛պ ասէ Գիր. որ է ըստ այժմուցս ՚ի դէպ, որ բազումք խօսօղք յԱստուածայնոցն՝, և զօրութե մտացն ո՛չ հասուք, և խօսօղք՝ ո՛չ ըստ հաճոյից Հոգւոյն, այլ՝ ըս օտարին, վս որոյ՝ հիացումն է ձայնս, և սարսափելի իմն՝ որոց միտս ունին. քանզի՝ խօսի, որ խօսին զԱստուծոյ՝, և զԱծայինսն, և խորհուրդք խօսողին հայի յօտարս։ զի՝ ո՛չ, յաղագս որոյ խօսին՝, կրէ զաշխատութին, և մեղմով՝, և հեզիկ, որպէս ասաւն՝, թէ մի՛ ոք լուիցէ արտաքոյ զբարբառ նորա. այլ՝ յաղագս փառաց մարդկանոյ, և ձայթելով՝, հնչեցուցանեն ՚ի լսելիս մարդկան, ո՛ւր շատ խօսութեան բանք՝, իբրև՝ յաղբիւրէ, բղխեն, ո՛պ՝ ասացն ոմն ՚ի հնոցն, և զկծեցուցանեն զգինարբուս, և զհրապարակս։ ո՞վ ոք՝ զսոսա ո՛չ ողբասցէ՝, որ միտս ունիցի, և, եթէ՝ ո՛չ ոք

ait Chriſtus; *cum arbore viridi ita*
10 *actum eſt, de aridâ quid fiet.* Si cum Sancto Dei, iiſque, qui Dei causâ regnum ſuum poſuêre, ita agitur, qualis noſtra ad Deum oratio de veſtris miſeriis eſſe debebit, quorum calamitas & paupertas propria ſunt. Ego tamen hæc dicam. Quis veſtrûm ſtipendium nobis præbuit? Quis Doctorum preces fudit? Quis incitamentum hortationémve dedit?
11 Quis, dum iter faciebamus, qui onus noſtrum portaret, apparavit? Quis, poſtquam venimus, ſedem? Quis domicilium aut diverſorium nobis apparavit? Prætermitto cætera. Neque enim linguas malas, ignoratione, ambitione vanâ, & veſanâ garrulitate refertas, refrænâſtis, ſed moribus veſtris, à doctrinâ alienis, illorum dementiæ materiam præbentes, ſupra Babylonis fornacem
12 inflammâſtis. Itaque *unuſquiſque per ſe eſt Sacerdos & numen*, ut in ſacris literis eſt; quod dictum in hæc tempora optimè convenit, cùm multi divina loquuntur, neque vim eorum mente comprehendunt; & loquuntur non ad Spiritûs voluntatem, ſed ad externi cujuſdam arbitrium, ac propterea Sermo eorum attonitos eos & perterritos reddit, qui intelligentiâ præditi ſunt.
13 Qui enim loquitur, de Deo & rebus divinis loquitur, ſed conſilia loquentis ad aliena ſpectant. Non enim de eo, quod loquitur, ſollicitus eſt, neque mitis ac lenis, proeo, ut dicitur, *ne quis foris audiat vocem ejus*; at gloriam ab hominibus quærentes, aures hominum vociferatione perſonant; à quorum ore ſermones verboſi, uti quidam ex veteribus dixit, tanquam à fonte pro-

զեա-

Դժարիցի, ասեմ, թէ և՝ որք յորդորեն
զնոսա՝, այսպիսիս լինել արգելում,
ասելով զՔրիստոսին, տալ վրէժս
յարենէն Աբելի արդարոյ, մինչև
յարիւնն Զաքարիայ, որ կայ ՚ի մէջ
տաճարին՝, և սեղանոյն։ այլ խստա-
նոր դադարեսցէ բանս, որպէս աշ-
խատութե կրեալ՝, յականջս լինել
խօսեցեալ մեռելոց։ Այլ Պատ-
մութիւնս յաղագս սրբոյն Տրդա-
տայ ճշմարիտ է, քանզի արբուցեալ
նմա դեղ մահու, զրկեցան ՚ի լուսոյ
շնորհաց ճառագայթից նորա, որ
թագաւորեաց ամս յիսուն և վեց։

Աւարտեցաւ Հատոր Երկրորդ։

fluunt, & vinolentos ac plebem ſti
14 mulant. Quis hæc non lugebit, qui
mente præditus eſt, &, niſi ſi quis
moleſtè ferat, ut hortatores eorum
cohibeam, Chriſti verba producam,
*daturos pœnam, à Sanguine Abelis
juſti, ad Sanguinem Zachariæ, qui
15 inter Templum & Altare eſt.* Jam
verò hæc oratio quieſcat, ut cui grave
ſit, Mortuorum aures allocutum fuiſſe.
Cæterum Hiſtoria hæc Sancti Tiri-
datis vera eſt, namque ei mortiferum
medicamentum dedêre, atque ita gra-
to radiorum ejus lumine ſunt privati.
Is regnavit annos ſex & quinquaginta.

Finis Libri Secundi.

MOSIS

MOSIS CHORENENSIS HISTORIA ARMENIACA.

ՀԱՏՈՐ Գ.

LIBER III.

ԳԼՈՒԽ Ա.

Մովսիսի Խորենացւոյ՝ աւարտաբանութիւն մերոց Հայրենեաց.

Ջ Հնախօսութիւնք եղելոց մերոց աշխարհիս, և ոչ ընդ ամ ընդունականն անցանել տանէ այ սակս՝ կարճութեան ժամանակիս, նա և՝ ոչ մատենագրութիւնք Դիոդորի հուպ են առ մեզ. զոր ՚ի նմա պահելով զաչս, անմոռաց՝ ընդբնաւն անցանեաք, զի՝ մի ինչ ՚ի մեզէն մնասցէ ՚ի գլխաւորացն՝, և ՚ի պիտանեաց, և արժանի յիշատակի մերոց շարագրութեանց. այլ, որչափ ջան, և յօժարութիւն բաւեցին՝, պատմեցաք ստուգապէս, ՚ի մեծէն Աղեքսանդրէ, մինչև ց՚ վախճան. սրբոյն Տրդատայ, յոյժ կանուխ՝ և հեռի ժամանակօք. վասն որոյ՝. մի զմեզ այպանեայ՝ պարսաւիցես, զի՝ ահա որ ինչ առ մերովքս ժամանակօքս եղև, կամ՝ դոյզն ինչ հեռի, զրուցեցից քեզ անսխալ, երրորդ առնելով զիրս՝ որ ինչ յետ սրբոյն Տրդատայ, մինչև ՚ի սպառիլ

CAP. I.

Moſis Chorenenſis de noſtræ regionis hiſtoriâ Sermo poſtremus.

1 TAMETSI regionis noſtræ Hiſtoriæ antiquæ deficiunt, neque omnia percurrere atque ad exitum perſequi ſinit temporis brevitas, atque eò magis, quòd præſto nobis non adeſt [1] Diodori Bibliotheca, quâ ante oculos poſitâ, univerſa accuratè potuiſſemus percenſere, neque quidquam illuſtre, aut notabile memoriâque dignum, in noſtris commentariis per oblivionem prætermittere; tamen, quan-
2 tum labore & ſtudio aſſequi potuimus, ab Alexandro magno uſque ad Sancti Tiridatis mortem, per tempora hæc vetuſta, & ab noſtrâ ætate longè remota, narrationem fideliter pertexuimus. Ne quis igitur ea nobis contumelioſè objiciat, quæ inibi omiſſa inveniet; ſiquidem, quæcunque noſtrâ ætate aut non longe antè facta fuerunt,

Ար-

[1] Ex hoc loco veri quidem ſimillimum eſt, in eis Diodori Siculi libris, qui injuriâ temporis periêre, res Armeniacas perſcriptas fuiſſe.

Արշակունեաց ազգին 'ի թագաւորութենէն, և զաւակի սրբոյն Գրիգորի 'ի քահանայութենէ, հասարակաց խօսիւք անցանելով Գ պատմութիւնս, որպէս զի մի՛ երևեսցուք 'ի պերճաբանութիւնս գրաւել առ փափագ, այլ ճշմարտութե բանից մերոց կարօտեալ, ստէպ ստէպ՝ և անյագ առնիցեն զընթերցումն պատմութեց մերոց հայրենեացն։

ſine ullâ prætermiſſione exponam,
3 tertium utique hunc librum de rebus compoſiturus, quæ ab Sancti Tiridatis obitu uſque ad id tempus evenêre, quo gens Arſacidarum ab Imperio, & Sancti Gregorii ſtirps ab Sacerdotio, excluſa fuit; atque hanc hiſtoriam vulgari ſanè ſtylo contexam, ne verborum magnificentiâ nimis gloriam affectare videamur; ſed ut ii, qui noſtræ narrationis veritatem requirunt, aſſiduè atque avidè majorum noſtrorum Annales perlegant.

ՊՐԱԿ Բ։

Որ ինչ յետ վախճանին Տրդատայ՝ ընդ մեծն Վրթանէս, և ընդ երիս նախարարութիւնսն անցք։

Ժամանակի վախճանի Տրդատայ, հանդիպեցաւ մեծն Վրթանէս 'ի վկայարանի սրբոյն Յօհաննու, որ 'ի հօրէ նորին՝ շինորհեալ էր 'ի Տարօն, ուր նենգ գործեալ լերինն այնորիկ բնակչաց, 'ի սադրելոյ նախարարացն, կամեցան սպանանել. որք անըմբռնելի ձեռամբ կապեցան, որպէս՝ առ Եղիսէիւն այնուհիկ. 'ի հնումն, կամ առ նորին ինքեան Քի Այ մերոյ պարկուցեալ Հրէայքն, անվտխտ անցեալ գնայր յԵկեղեց գաւառ՝, 'ի թիլն յաւանն, որ էր հանգստարան նորին եղբօրն Արիստակեայ, և սգացեալ 'ի վր աշխարհիս Հայոց, որք, յանիշխանութե մնացեալք, յարեան, ազգ յազգ 'ի վերայ, կոտորել զմիմեանս, ուստի՝ երեք տոհմքն, որք զԲզնունականն, և Մանաւազեանն, և որ Դունին անուանեին, սպառեալ բարձան 'ի միջոյ։

CAP. II.

De iis, quæ poſt mortem Tiridatis magno Verthani, tribúſque Præfecturis acciderunt.

1 SUB id tempus, quo mortuus eſt Tiridates, adfuit fortè magnus Verthanes ad Sancti Johannis Sepulchrum, quod Pater ſuus apud Taronem ædificandum curaverat, ubi montis ejus incolæ, ab Optimatibus ad id impulſi, eum ex inſidiis interficere ſtatuerunt; qui tamen ab ejus manu, qui comprehendi non poteſt, prohibiti ſunt, ſicut olim ab Eliſæo, aut ab ipſo Chriſto Deo noſtro Judæi
2 timore erant perculſi; íſque ſecurus in Eccleſiam provinciam ad Thilum oppidum aufugit, quo in loco Frater ſuus Ariſtaces ſepultus fuerat; ibíque regionem Armeniorum deploravit; qui jam nullum regem habentes, gens in gentem, alii in alios invaſere, atque inter ſe tantas ſtrages fecêre, ut tres eæ gentes, quæ Beznunia, Manavazia ac [1] Dunia appellabantur, exciſæ penitus atque extinctæ fuerint.

ՊՐԱԿ

[1] Vide ſuprà, l. I. c. 11. N° 3. ubi tamen perperam videtur ſcribi *Genunia*; cùm Gens Genunia non ab Haico, ſed à Senecharimo originem duxerit. Vide etiam ſuprà. l. II. c. 7. N° 21.

ԳԼՈՒԽ Գ.

Նահատակումն սրբոյն Գրիգորիսի 'ի բարբարոսաց։

ՄԵԾԱՒ պնդութբ առնէր վրէժխնդրութի հաւատոյ, և վարուց երանելին Տրդատ, առաւել այնոցիկ որք 'ի բացեայ կողմանսն էին յիւրում իշխանութեն. վասն որոյ եկեալ գործակալք կողմանցն արևելից հիւսիսոյ, վերակացուք հեռաւոր քաղաքին, որ կոչի Փայտակարան, ասեն ց' արքայ. եթէ կամիցիս ուղղութբ վարել կողմանցն այնոցիկ ըստ այսմ հաւատոյ, առաքեա նց եպիսկոպոս 'ի զաւակէ սրբոյն Գրիգորի, զի յոյժ փափաքելով խնդրեն, և գիտեմք հաստատի, զի 'ի հռչակեալ անուանէն Գրիգորի ակն ածիցեն, և 'ի նորին զաւակացն։ Այսմ հաւանեալ երանելին Տրդատ, տայ նոցա եպիսկոպոս, զմանուկն Գրիգորիս, զերէց որդին Վրթանիսի. թէպէտ և յանլիութիւն աւուրցն հայելով, պարականոն զիւրն վարկանէր, այլ տեսեալ զհոգւոյն մեծանձնութիւն, զմտաւ ածեալ զՍողոմոն երկոտասանամեայ թագաւորեալ Իղի, առաքէ' բազում համարձակութբ, հանդերձ Սանատրկաւ ումեմբ յիւրմէ' ազգէն Արշակունեաց. Որոյ երթեալ, օրինակ բարեաց լինէր, հայրենականօքն վարելով առաքինութբք, այլ կուսութբ գեր 'ի վերոյ քան զհայրն, և պատժականաւ' զոյգ է թագաւորին։ Իսկ 'ի հասանել համբաւոյ վախճանին Տրդատայ, 'ի դաւելոյ նորին Սանատրկոյ, և այլոց ոմանց հանապազասուտ արանց Աղուանից, սպանին զերանելին ընթադրեալ ձիովք Բարբարոսքն, 'ի Վատնիանեան դաշտին, մերձ 'ի Կասբիական կոչեցեալ ծով, զոր բարձեալ

CAP. III.

Cædes Sancti Gregorii à Barbaris.

1 DELICTA in fidem & bonos mores vehementer admodum perſecutus fuerat beatus Tiridates, maximéque illorum, qui in remotioribus regni ſui partibus degebant; atque ob eam cauſam tractûs ejus Procuratores, qui inter orientem Solem & Septentriones jacet, urbis longinquæ Præfecti,
2 quæ vocatur Phætacarana, ad eum acceſſerant, nunciantes, "ſi vellet has "regiones rectè in hac fide inſtitui at"que adminiſtrari, mitteret eis Epiſ"copum ex ſtirpe ſancti Gregorii, qua"lem quidem cupidiſſimè petunt; eóſ"que certè ſcimus clariſſimum Grego"rii nomen, ejúſque ſobolem magnâ "reverentiâ proſecuturos." His fidem habens beatus Tiridates, adoleſcentulum Gregorium, filium Verthanis natu
3 majorem, Epiſcopum conſtituit. Quanquam enim, ætatem ejus deficientem ac minus juſtam reſpiciens, rem ſe contra canones facturum exiſtimabat, tamen, cum animi ejus magnitudinem cerneret, illúdque ſecum reputaret, Solomonem duodecim annos natum Iſraelitis imperitâſſe, nihil addubitavit, eúmque cum Sanatruco quodam ex ſuâ Arſacidarum gente fidenter eò miſit. Qui, cum veniſſet, exemplar bonitatis fiebat, paternis virtutibus præditus, caſtitate autem patri ſupe-
4 rior, & ſeveritate regi par. Ceterùm delato de morte Tiridatis nuncio, inſtigante eodem Sanatruco aliíſque quibuſdam ex infidis Albanis, Beatum illum, equis ſubjectum, in campo Vatnienſi, prope Caſpium quod

սար-

սարկաւագացն նորուն, բերեալ 'ի փոքր Սիւնիս, թաղեցին յԱմարեն աւանին։ Իսկ Սանատրկոյ թագ կապեալ ինքեան, ունի զքաղաքն Փայտակարան, զօրութ՟ք օտարազգաց, խորհէր տիրել բոլորում Հայոց։

vocatur mare, Barbari interfecerunt, quem diaconi ipſius ſublatum & in Syniam minorem deportatum in Oppido Amaro ſepeliverunt. Sanatrucus verò, aſſumpto ſibi diademate, urbem Phætacaranam, exterarum copiarum auxilio, occupavit, ac totius Armeniæ potiundæ conſilium iniit.

ՊՐԱԿ Դ.

Որոշումն Բակուր բդեշխի 'ի միաբանութենէ Հայոց, և խորհուրդ նախարարացն թագաւորեցուցանել զԽոսրով։

ՈՐՊԷՍ յԱծային գտանեմք ասացեալ պատմութիւն, Եբրայական ազգին, յետ դատաւորացն, 'ի ժամանակի անիշխանութեան, և առանց խաղաղութեան, ոչ լինելոյ թագաւոր, և առն ըստ հաճոյից իւրոց գնալ, սա պէս և 'ի մերումս էր տեսանել աշխարհիս։ Քանզի յետ վախճանի երանելւոյն Տրդատայ, մեծ իշխանն Բակուր, որ բդեաշխ Աղձնեաց կոչիւր, տեսեալ զՍանատրուկ թագաւորեալ 'ի Փայտակարան, զնոյն ինքն խորհեցաւ. թէպէտ և ոչ թագաւորել, զի ոչ Արշակունի էր, այլ տիրագլուխ կամեցեալ լինել, ձեղքեալ 'ի միաբանութենէ Հայոց, ձեռս ետ յՈրմիզդ Պարսից արքայ. ուստի ոչ 'ի կուրծս անկեալ, և 'ի միտս եկեալ նախարարացն Հայոց, ժողովեցան առ մեծն Վրթանէս, և առաքեցին երկուս 'ի պատուական իշխանաց, զՄար իշխանն Ծոփաց, և զԳադ իշխանն Հաշտենից, երթալ 'ի նախագահ քաղաքն առ Կայսր Կոստանդիոս, որդի Կոստանդիանոսի, հանդերձ պատարագօք, և թղթով, որ ունէր օրինակ զայս։

CAP. IV.

Bacurius Conſul ab Armeniorum ſocietate deſciſcit. Optimates conſilium capiunt, ut Choſroem regem faciant.

1 QUOD in Sacrâ hiſtoriâ ſcriptum invenimus, gentem Hebraicam, poſt tempora Judicum, cum nec regnum nec rex omnino eſſet, ſed ad ſuum quiſque arbitrium viveret, nullâ tranquillitate frui potuiſſe; idem jam & in noſtrâ natione cernere licebat. Poſt mortem enim beati Tiridatis, magnus Princeps Bacurius, qui con-
2 ſul Alznenſium appellabatur, cùm Sanatrucum apud Phætacaranam regnum occupâſſe videret, idem ipſe cogitavit & molitus eſt; quanquam non regium nomen, quum ex Arſacidarum ſtirpe non eſſet, ſed poteſtatem modò atque auctoritatem regiam obtinere avebat. Diremptâ itaque cum Armeniis ſocietate, ad [1] Hormiſdam
3 Perſarum regem ſe adjunxit; quæ res, cum principibus Armeniis ſuſpiciones moveret, ii ſe ad magnum Verthanem congregabant, duóſque ex nobiliſſimis principibus, Marum Zophorum, & Gadum Haſtenſium Principem, in urbem primariam, ad Cæſarem Conſtantium Conſtantini filium cum muneribus epiſtolâque legabant, cujus hoc eſt exemplum.

ՊՐԱԿ

[1] De hoc Hormiſdâ in Tabula regum Chronicâ, quam extremo libro addere conſtituimus, aliquid amplius admonebimus.

ՊՐԱԿ Ե։

Պատճէն Թղթոյն Հայոց։

1 Եպիսկոպոսապետն Վրթանէս, և որք ընդ նովաւ եպիսկոպոսունք, և ամ̃ Նախարարք Հայոց մեծաց, տեառն մերոյ ինքնակալի Կոստանդեայ Կայսեր՝ խնդալ։ Յուշ լիցի քեզ պայման ուխտի հօր քոյ Կոստանդիանոսի, որ առ մերում Թագաւորին Տրդատայ, և մի՛ տայցես զաշխարհս քո Պարսից՝ անա̃ծից, այլ օգնեսցես մեզ զօրօք Թագաւորեցուցանել զորդի Տրդատայ՝ զԽոսրով։ 2 Քանզի՝ ԱՃ, ոչ միայն զձեզ Եւրոպայ, այլ և ամ̃ Միջերկրեայս, տիրեցոյց, և ահ զօրութեան ձերոյ եհաս մինչև ՚ի ծագս երկրի, և մեք խնդրեմք առաւել քան զառաւել տիրել ձեզ, ողջ լերուք։ Այսմ լսօղ եղեալ Կոստանդեայ՝, առաքեաց զԱնտիոքոս՝ յարդարիչ իւրոյ պալատանն զօրու ծանու, և ծիրանիս հանդերձ պսակաւ, և Թուղթ՝, որ ունէր օրինակ զայս։

CAP. V.

Exemplum epiſtolæ Armeniorum.

1 EPiſcopus ſummus Verthanes, & qui cum eo Epiſcopi, & univerſi Principes Armeniæ magnæ, Domino noſtro Imperatori Conſtantio Cæſari ſalutem. Ne ſis [1] fœderis immemor, quod Pater tuus Conſtantinus cum rege noſtro Tiridate fecit; nolíque regiones tuas Perſis impiis in manus tradere, ſed nos auxilio atque exercitu adjuva, ut Choſroem Tiridatis filium regem 2 faciamus. Deus enim non ſolùm Europam ſed etiam omnia Mediterranea ſub imperium tuum ſubjecit; & timor tuæ poteſtatis uſque ad extremas orbis oras pervaſit; nóſque, ut imperium tuum amplificetur, cupidiſſimè petimus. Vale. His annuens Conſtantius Antiochum Palatii ſui curatorem cum magno exercitu, ſimul etiam veſtes purpureas coronámque miſit, literáſque dedit in hoc exemplum.

[1] Vide ſuprà l. II. c. 80.

Թուղթ Կոստանդեայ։

Օգոստոս՝ ինքնակալ Կայսր Կոստանդոս, մեծի Վրթանիսի՝, և համօրէն աշխարհականաց քոց, խնդալ։ Առաքեցի ձեզ զօր յօգնականութիւն, և հրաման՝ Թագաւորեցուցանել ձեզ զԽոսրով՝, որդի արքայի ձերոյ Տրդատայ, ո̃պ զի՝, ՚ի բարեկարգութիւն հաստատեալ, մեզ ծառայեսջիք մտերմութ̃բ, ողջ լերուք։

Epiſtola Conſtantii.

Auguſtus Imperator Cæſar Conſtantius magno Verthani & univerſis popularibus tuis ſalutem. Exercitum vobis auxilio miſi, atque etiam imperavi, ut Regis veſtri Tiridatis filium Choſroem regem vobis conſtituerent, ut in proſpero ſtatu firmè collocati, nobis fideliter deſerviatis. Valete.

ՊՐԱԿ

ԳԼՈՒԽ Զ.

Գալուստն Անտիոքու՝ և գործք նորին։

ԵԿԵԱԼ Անտիոքոս, Թագաւորեցոյց զԽոսրով, և չորեսին սպարապետսն մատոյց ՚ի նոյն իշխանութի զօրու՝, զորս կացուցեալ էր Տրդատայ յիւրում կենդանութեան, յետ մեռանելոյ դայեկին իւրոյ Արտաւազդայ Մանդակունւոյ, որ միագլխապետ էր ամ Հայոց զօրավար։ Առաջին՝, Բագարատ ասպետ, զօրավար ամ գնդին Արևմտեայ կողմանն. Երկրորդ՝, Միհրան, առաջնորդ Վրաց՝, և բդեաշխ Գուգարացւոց՝, սպարապետ Հիւսիսային զօրուն. Երրորդ՝, Վահան, Նահապետ Ամատունեաց՝, զօրավար Արևելեայ գնդին. Չորրորդ՝, Մանաճիհր Ռշտունեաց՝, սպարապետ Հարաւային զօրուն։ Եւ բաժանել ետ նց զիւրաքանչիւր զօրս, և առաքեաց զՄանաճիհր, Հարաւային զօրօք, և զԿիլիկեցիս զօրս ընդ նմա՝, զկողմամբք Ասորեստանի, և Միջագետաց, և զՎահան՝, Նահապետ Ամատունեաց՝, Արևելեայ գնդաւն, և զԳաղատացի զօրս ընդ նմա, առաքեաց Ատրպատական, ՚ի պա՛հ ունիլ յարքայէն Պարսից. և ինք թողեալ զԹագաւորն Խոսրով, քանզի՝ փոքր էր յանձնէ, և անօսր ոսկերօք, և ոչ գոլ ՚ի նմանութի պատերազմական հասակի, առեալ ընդ իւր զՄիհրան, և զԲագարատ իւրեանց զօրօք, միահամուռ ամ Յունականաւն՝, խաղայ ՚ի վր Սանատրկոյ։ Իսկ՝ նորա Պարսկական զօրօք լցեալ զքաղաքն Փայտակարան, ինքն առ Շապուհ փութացեալ, անկանի հանդերձ Աղուանից նախարարօքն։ զոր տեսեալ Անտիոքայ, եթէ՝ ոչ ՚ի խաղաղութիւն հնազանդութե նուաճեցան, հրաման տայ՝ առ իւր գիշխանութի պառակտելոցն նուաճեցուցանել, և ինք ժողովեալ զհարկս՝, առ Կայսրն գնաց։

CAP. VI.

Adventus Antiochi & res ab eo geſtæ.

1 ANtiochus, ubi advenit, Choſroem regem creavit, quatuórque
Præfectos, quos Tiridates, dum viveret, poſt Nutritii ſui Artavazdis Mandacunenſis obitum conſtituerat, qui unus totius Armeniaci exercitûs Imperator erat ſummus, in eundem poteſtatis locum reſtituit; Primum, Bagaratum Equitem, totius exercitûs Occi-
2 dentalis ducem; Alterum, Miranum, Iberorum ducem & Gugarenſium Conſulem, Septentrionalis exercitûs præfectum; Tertium, Vahanum, Amatuniorum Satrapam, Orientalis cohortis ducem; Quartum, Manazirum, Reſtuniorum Satrapam, Auſtralis cohortis ducem conſtituit; ſuíſque cuique diſpertitis copiis, Manazirum cum exercitu Auſtrali, cui etiam Ciliciæ copias adjecerat, ad Aſſyriæ Meſopo-
3 tamiæque fines miſit; Vahanúmque Amatuniorum Satrapam, cum legione Orientali, cui etiam Galaticam cohortem adjunxerat, in Atropatiam legavit, ut eam ab rege Perſarum tutaretur. Ipſe autem, relicto Choſroe rege, qui puſillo corpore exiguíſque oſſibus, neque militari formâ aut ſtaturâ erat; ſumptíſque ſecum Mirano & Bagarato eorúmque copiis, ſimul cum Græco exercitu, adverſus Sanatrucum proficiſci-
4 tur; qui quidem, ubi urbem Phætacaranam Perſicâ manu compleverat, ipſe cum Satrapis Albanis ad Saporem confugere maturavit. Videns itaque Antiochus non poſſe leniter ad obedientiam trahi, ſuis mandata dat, uti perduelles ſubigant, ipſéque, collectis tributis, ad Cæſarem revertitur.

ԳԼՈՒԽ

ԳԼՈՒԽ Է.

Յանցանք Մանաճըհրի առ մեծն Յակովբ՝, և մահ։

Ըթեալ Մանաճիհր, Հայոց Հարաւային գնդաւն, և Կիլիկեցւոց զօրօք՝, զկողմամբք Ասորեստանի, Ճակատս տուեալ ընդ Բակուր՝ բդեշխի, սատակէ զնա և զզօրս նր̄, և զՊարսիկս՝ օգնականս եկեալս նմա՝, հալածականս առնէ, և զորդի Բակրոյ՝ զՀեշայ՝ ձերբակալ արարեալ, հանդերձ երկաթի կապանօք առաքէ Խոսրովայ. և զգաւառս իշխանութե̄ նր̄ սրով դատէ յանխնայ, ոչ միայն՝ զմարտիկսն, այլ և՝ զռամիկ շինականս. և բազում գերիս առեալ 'ի կողմանցն Մծբնայ, ընդ որս՝ և սարկաւագունս ութ սրբոյ եպիսկոպոսին Յակովբայ. զորոց զհետ եկեալ Յակովբայ, համոզէ զՄանաճիհր՝ արձակել զգերութիւնն ռամկին, իբրև՝ զոչինչ մեղուցելոց։ Որում ոչ հաւանեալ Մանաճիհր, պատճառէ զարքայ, և Յակովբու դէմ եդեալ առ արքայ, առաւել ևս՝ զչարի Մանաճիհր, և 'ի սադրելոյ գաւառականացն՝, զութեսին սարկաւագունսն նր̄, որք 'ի կալանսն՝, հրամայէ 'ի ծով ընկենուլ։ զոր լուեալ մեծին Յակովբայ՝, դառնայ 'ի տեղի իւր լի բարկութե̄, որպէս Մովսէսն՝ յերեսաց Փարաւոնի, և ելեալ 'ի լեառն ինչ, յորում երևէր գաւառն ամ̄, անէծ զՄանաճիհր, և զգաւառն ամ̄. և ոչ յամեցին՝ դատաստանք Աստուծոյ հասանել 'ի վր̄, և նման Հերովդի սատակի Մանաճիհր, և պտղաբերութի̄ ջրաւորաց գաւառին՝ դարձաւ յաղտաղտուկ, եղեալ 'ի վր̄ երկինք պղնձի՝, ըստ գրեցելումն, և ծով, հակառակեալ յինքն, ընդունէր զսահմանս անդաստանաց. զոր լուեալ մեծին Վրթանայ՝, և արքային Խոսրովայ, ցասուցեալ, հրամայեն արձակել զգերեալսն, և առնոյն

CAP. VII.

Delicta Manaziri in magnum Jacobum, ejúſque Mors.

1 MAnazirus cum Auſtrali Armeniorum cohorte, Cilicúmque copiis in Aſſyriæ fines profectus, commiſſo cum Bacurio Conſule prælio, ipſum exercitúmque ejus cecidit, legionémque Perſarum, quæ ei ſubſidio venerat, in fugam vertit; Heſæum Bacurii filium captum, ferreíſque vinculis conſtrictum, ad Choſroem miſit; totúmque adeò provinciæ ejus populum ferro trucidavit, nemini parcens neque militi, nec ruſtico nec plebeio.
2 Multos etiam ab regione Niſibenâ captivos duxit, in quibus erant octo Diaconi Jacobi Epiſcopi; quos Jacobus ſecutus, Manazirum hortatus eſt, ut captivam plebem dimitteret, quæ utique nihil quidquam deliquerat. Id quod cum Manazirus recuſaret, cauſámque in regem transferret, ac propterea Jacobus ad regem iter dirigeret,
3 eò majori irâ furens Manazirus, ab incolis etiam provinciæ ad id impulſus, octo Diaconos, qui in vinculis erant, in mare conjici juſſit. Quo magnus Jacobus audito, in ſuum locum, iræ plenus, ſicut Moſes à facie Pharaonis, revertit; atque in montem quendam aſcendens, ex quo tota provincia conſpici poſſet, Manazirum omnémque provinciam execrabatur; neque tarda
4 fuerunt divina judicia. Manazirus enim, eodem, quo Herodes, morbo periit; & fertilitas regionis aquoſæ in fœditatem converſa eſt; quum cœlum, velut æs factum ſit, ut ſcriptum eſt; maréque infeſtum agrorum fines inundaret. Quibus auditis, magnus Verthanes & rex Choſroes, irâ permoti, captivos dimitti jubent, eíſque præci-

այր մաղթել ապաշխարութեամբ զի դարձցի սրտմտութիւն Տն. զոր, յետ ելից Յակովբայ յաշխարհէս, ժառանգորդի Մանաճհրի, գեղեցիկ ապաշխարութեամբ, ուժգին արտասուօք, և հառաչմամբ, նորին բարեխօսութեամբ, գտեալ բժշկութիւն ինքեան, և գաւառին.

ԳՐԱԿ Ը.

Յաղագս Թագաւորելոյն փոքր Խոսրովու, և փոխելոյ զարքունիսն, և տնկելոյ զանտառն.

Երկրորդ ամի Յազկերտի արքայի Պարսից, և յութերորդ ամի ինքնակալութեան Կոստանդեայ, յօգնականութենէ նորին թագաւորեաց Խոսրով. ոչինչ արութեան քաջութեան ցուցեալ, որպէս զհայրն, այլ և ոչ վասն հատուածելոց կողմանցն հակառակեցաւ ինչ, յետ միոյ նուագին, զոր 'ի Յունականացն կրեցին զօրացն. այլ 'ի կամս թողեալ զարքային Պարսից, խաղաղութեան ընդ նմա առնէ, բաւական համարեալ մնացելոց սահմանացս տիրել, ամենևին ոչ ունելով փարել ազնուական մտածութիւնս. զի թէպէտ էր մարմնով փոքր, այլ ոչ որպէս Մակեդոնացին Աղեքսանդր, որ միայն երից կանգնոց ունելով չափ հասակի, և ոչ զհոգւոյն խափանէր աժխոյժս. Իսկ նա զքաջութեան, և զբարի յիշատակաց, անփոյթ արարեալ, զբօսանաց, և հաւորսութեանց, և այլոց որսոց պարապեալ. Նորին աղագաւ և անտառն առ Ազատ գետովն տնկէ, որ յանուն նորա կոչի մինչև ց'այսօր ժամանակի, նա և զարքունիսն վերոյ անտառին փոխէ յոստ մի, ապարանս հովանաւորս շինեալ, որ, ըստ Պարսկական լեզուին,

Դուռին

ſpiunt ut pænitentiam agerent, eidem-
5 que viro ſupplicarent, quò ira Domini averteretur. Id quod, poſtquam Jacobus de vitâ deceſſit, hæres Manaziri eximiâ pænitentiâ, maximóque fletu ac plangore, eodem deprecante, tandem impetravit, ipséque cum cunctâ provinciâ ſanitati reſtitutus fuit.

CAP. VIII.

De regno Choſrois Parvi, qui ſedem Imperii tranſtulit, & nemus plantavit.

1 SEcundo[1] Iſdigerdis Perſarum regis, atque octavo Conſtantii Imperatoris anno, Choſroes ejus auxilio regnum adeptus eſt; qui ſe non præclarè ac fortiter, inſtar patris, geſſit, neque unquam de partibus regni, quæ ab eo defecerant, dimicavit, præter unum eum impetum, quem Græcorum exercitus fecerat; Regis autem Perſarum voluntati obſecutus, pacem cum eo fecit, ſatis habens reliquis partibus
2 imperitare; neque enim ad animi magnitudinem erat omninò propenſus; neque, quamvis exiguo corpore fuit, ad Alexandri Macedonis ſimilitudinem acceſſit, cujus ſtatura, quæ tres ſolùm cubitos æquabat, ardorem animi minimè reſtinxit. Hic verò fortitudinis famæque bonæ negligens, in ludis, aucupiis, aliiſque venationibus tempus ætatis omne conſumpſit; ob eámque cauſam ad Eleutherum flumen nemus plantavit, quod etiam nunc ejus
3 nomine appellatur, atque etiam ſedem regiam in montem, qui nemori impendebat, tranſtulit, ibíque domicilium umbroſum conſtruxit, quod Per-

[1] Utrum ullus hoc tempore Iſdigerdes Perſarum rex fuerit, illud addubitamus; quâ de re in Tabulâ regum chronicâ poſt diſputabimus.

Դուին կոչի, որ թարգմանի՝ բլուր։ Քանզի ՚ի ժամանակի յայնմիկ Արես ուղեկցեալ արեգական, և օդք ջերմայինք պղտորեալ ժանտահոտութեամբ փչէին, յորմէ ոչ կարացեալ ժուժել, որք յԱրտաշատ բնակեալ էին, կամաւ յանձնառութիւն զփոփոխումն։

ficè *Dovin* appellatur, quæ vox collem ſonat. Namque illo tempore Mars Soli conjunctus fuit, & aer calore corruptus gravem & peſtilentem odorem expirabat; quem cum Artaxatæ incolæ pati non poſſent, lubenter illinc demigrabant.

ԳՐԱԿ Թ։

Որ ինչ յաւուրս սորա ՚ի հիւսիսականաց ազգաց արշաւանք ՚ի մեզ, և նահատակութիւնք Վահանայ Ամատունւոյ։

Յաւուրս սորա, միաբանեալ հիւսիսոյ բնակիչք Կաւկասու, գիտացեալ զթուլամորթութիւն նորա, և առաւել ՚ի հրապուրելոյ մաղթանաց Սանատրկոյ, գաղտնի ՚ի հրամանէ Շապհոյ Պարսից արքայի, արշաւեալ ՚ի միջոց աշխարհիս մեծաւ ամբոխիւ, որպէս թէ երիւք բիւրովք։ Որոց պատահեալ պատերազմաւ արևելեայ, և արևմտեայ մեր զօրուն Հայոց, հանդերձ զօրապետօքն Բագարատաւ ասպետիւ, և Վահանաւ Ամատունեաց նահապետիւ, զի հարաւային մեր զօրք առ արքային Խոսրովայ էին յաշխարհին Ծոփաց. և զՄիհրան սպանեալ և զհիւսիսային մեր գունդն հարեալ, ՚ի թիկունս կեցեալ թշնամեացն, և հասեալ ՚ի դրունս Վաղարշապատու, պաշարէին։ Որոյ յանկարծ ՚ի վրայ հասեալ արևմտեայ, և արևելեայ մեր զօրուն, և անտի մերժեալ զՕշական առապարաւն, ոչ ետուն ժամանել ճապաղել ՚ի նետաձգութիւն, ըստ օրինի իւրեանց սովորութեան, երագեալ սաստկապէս զհետ ունելով քաջաձիոցն, ՚ի դժուարս քարանց, և ՚ի վիմուտ տեղիս, մինչև յոչ կամաց գումարեալ թշնամեացն ՚ի ճակատ, և զօրագլուխ նիզակաւորաց լեալ անարի ումն Սկայ, վառեալ թաղաւ կաճեայ,

Յ։

CAP. IX.

De Incurſionibus, quas, iis temporibus, populi ſeptentrionis in nos fecère, & de fortitudine Vahani Amatunii.

1 PER hæc tempora, Populi Septentrionis circa Caucaſum, ignaviam regis perſpectam habentes, maximéq; Sanatruci illecebris inducti, & c[illegible]tino Saporis Perſarum regis juſſu incitati, factâ conſpiratione, maximâ catervâ, quaſi ad triginta hominum millia, in mediam regionem incursârunt. His obviam in aciem proceſſerunt orientales atque occidentales Armeniacæ Copiæ cum Ducibus Bagarato Equite, & Vahano Amatu-
2 niorum Satrapâ; Cohors enim auſtralis apud regem Choſroem in regione Zophenſi erat; illi autem, hoſtibus ſubvenientes, Miranum occiderant, & ſeptentrionalem cohortem profligaverant, jámque ad Valarſapatæ portas advenerant, eámque obſidebant; quum orientales atque occidentales copiæ inopinantibus ſupervenerint, eóſque inde ad Oſacanum, agrum præruptum atque aſperum, compulerint, ut ſpatium ſagittas conjiciendi, eo quo con-
3 ſueverant modo, non daretur; atque eos, equis concitatis, per loca ſaxoſa & confragoſa ita celeriter inſecuti ſint, ut hoſtes inviti aciem inſtruere cogerentur. Tum verò Dux haſtatorum, fortiſſimus quidam Gigas, in

բո–

քողրոմ ամիւ պարածածկեցեալ, շահատակէր 'ի մէջ զօրացն, յորմէ ակնակառոյց լեալ մինչև զօրավիգն օգնականութեան, ոչինչ կարէին վնասել. քանզի հարեալ նիզակաւ, ճախր առնոյր կաճեայն։ Յայնժամ քաջին Վահանայ Ամատունւոյ, հայեցեալ յեկեղեցին կաթուղիկէ, ասէ, օգնեա ինձ Աստուած, որ զԴաւթեայն պարսաքարն դիպեցուցեր ճակատու այլազգւոյ խրոխտացելոյն Գողիաթու, ուղղեա և զնիզակս իմ ական հզօրիս այսորիկ. և ոչ վրիպեցաւ 'ի խնդրոյն, ընդ գաւակ ձիոյն հարեալ, յերկիր կործանեաց զահագին վիրագն. այսպիսի դիպուած 'ի փախուստ յորդորեաց զթշնամիսն, և 'ի յաղթութիւն զՀայոց գունդն զօրացոյց։ Եւ աստի դարձեալ յաշխարհն Ծոփաց Բագարատ, վկայ հաստատուն առանց նախանձու լինի առ արքայն, Վահանայ քաջութեան, և առաքինութե դիպուածոցն։ Վասն որոյ պարգևէ նմա արքայ զտեղի ճակատուն զՕշական, ուր ինքնակամ դիմագրաւ նահատակ եղև, և փոխանակ Միհրանայ կարգէ զԳարջուղ, նահապետ Խորխոռունեաց, 'ի վերայ զօրուն։

medio agmine fortiſſimè dimicabat; loricâ armatus atque eâ ab omni parte ita tectus & munitus, ut nullum ei damnum à noſtris militibus inferri potuerit; quòd haſtarum ictus lorica excipe-
4 ret ac retunderet. Tunc verò Vahanus Amatunius, in Eccleſiam Sacram intuens, "Adjuva me, Deus, "*inquit*, qui lapidem è fundâ Davidis "emiſſum in Goliæ, alienigenæ ſuperbi, frontem direxiſti, atque hanc "etiam haſtam meam dirige, ut hunc "potentem confodiat." Neque eum preces fefellerunt; nam equo ejus per tergum transfixo, immanem Gigan-
5 tem humi proſtravit; eóque facto, hoſtes in fugam vertit, atque Armeniaco exercitui ad victoriam adipiſcendam animos addidit; cúmque inde in regionem Zophenſem rediiſſet Bagaratus, fortitudinis ejus ac virtutis ſummæ grave teſtimonium ſine invidiâ regi dedit; qui propterea ei Oſacanum agrum, in quo pugnatum fuerat, muneri donavit, ubi ſe ſuâ ſponte tam fortiter hoſti oppoſuerat; atque loco Mirani Garzulium Chorchoruniorum Principem exercitui præfecit.

ԳԼԱԽ Ժ.

Վախճան Խոսրովու, և պատերազմ Հայոց ընդ Պարսս։

ԵՏ այսր գիտացեալ Խոսրովու, թէ ձեռն Շապհոյ Պարսից արքայի, է ընդ թշնամիսն, լուծանէ զխաղաղութիւնն որ ընդ նմա, և զմասնաւոր հարկն արգելու 'ի նմանէ, տալով և զայն Կայսեր, և ածեալ զզօրս Յունաց, ընդդիմանայ արքային Պարսից. բայց ոչ յերկարեաց զկեանս իւր, վախճանի, թագաւորեալ ամս ինն, և բարձեալ զնա, թաղեցին յԱնի առ հօրն։ Եւ ժողովեալ մեծին

CAP. X.

Mors Choſrois. Armeniorum cum Perſis Bellum.

1 POST hæc Choſroes, Saporem Perſiæ regem ab hoſtibus ſtare non ignarus, ſocietatem cum eo diremit, tributorúmque partem, quæ ei debebatur, ſolvere intermiſit, eáque omnia Cæſari pependit; atque exercitum Græcorum ad regem Perſarum oppugnandum induxit. Cæterùm, non diu ſuperſtes, mortem poſt paulò obiit, poſtquam novem annos imperaverat, eúmque elatum apud patrem

Արթա-

Վրթանիսի զա̄մ նախարարս Հայոց՝, հանդերձ զօրօք, և զօրապետօք, յանձն առնէ զաշխարհս Արշօրի Կամսարականի, ո̄պ գլխաւորի, և յոյժ պատուականի՝ յետ արքայի, և ինքն առեալ զՏիրան՝, որդի Խոսրովու՝, գնայ առ Կայսր, զի՝ Թագաւոր Հայոց ’ի տեղի հօր իւրոյ կացուսցէ։ Բայց՝ արքայն Պարսից Շապուհ, իբրև՝ լուաւ զմահն Խոսրովայ, և եթէ՝ որդի ն̄ր Տիրան առ Կայսր գնաց, գումարէ զօրս բազումս ’ի ձեռն Ներսեհի՝ եղբօր իւրոյ, ո̄պ՝ զի Թագաւորեցուցանել զնա Հայոց՝ խորհեցեալ, և առաքէ յաշխարհս՝ մեր, իբր՝ անառաջնորդ զնա վարկուցեալ։ Որոց պատահեալ Արշօրի Կամսարականի՝, հանդերձ ա̄մ Հայաստանեայց զօրօք, Ճակատ տուեալ ’ի Մռուղն անուանեալ դաշտի, և թէպէտ՝ և բազումք ’ի նախարարացն անկան ’ի պատերազմին, սակայն՝ յաղթեալ գնդին Հայոց՝, փախստական առնէին զզօրս Պարսիցն, և պահէին զաշխարհս՝ մինչև ց’ գալն Տիրանայ ’ի Հայս։

2 Anii condiderunt. Magnus autem Verthanes, convocatis omnibus Armeniæ Principibus, ſimul cum exercitu ducibúſque, regionis curam Arſaviro Camſaracenſi, ut viro primario ac ſecundùm regem nobiliſſimo, demandavit; atque ipſe, Tirano Choſrois filio ſecum ſumpto, ad Cæſarem contendit, ut ille in locum Patris ſui Rex Armeniorum conſtitueretur.
3 Rex verò Perſarum Sapores, ut de morte Choſrois audivit, filiúmque ejus Tiranum ad Cæſarem profectum eſſe intellexit, copias maximas per Perſem fratrem ſuum coegit, quaſi eum Armeniis regem imponere cogitaret, atque eos in regionem noſtram miſit, quam ab rectore vacuam eſſe arbitratus eſt;
4 quibus obviam profectus Arſavirus Camſaracenſis cum omnibus copiis Armeniacis in campo, qui Merulius vocatur, pugnam conſeruit; ac, tametſi complures principes in prælio ceciderunt, tamen exercitus Armeniacus, victoriam adeptus, copias Perſarum in fugam conjecit, & regionem tutatus eſt, quoad Tiranus in Armeniam advenit.

ՊՐԱԿ ԺԱ։

Յաղագս՝ թագաւորելոյն Տիրանայ, և փոխելոյ յաշխարհէս մեծին Վրթանիսի՝, և փոխանորդելոյ զաթոռն՝ սրբոյ Յուսկան։

Յեօթն և ’ի տասն ամի ինքնակալութե̄ իւրում, Օգոստոս Կոստանդեայ՝, որդի Կոստանդիանոսի, թագաւորեցուցանէ զՏիրան՝, որդի Խոսրովու, և առաքէ ’ի Հայս՝ հանդերձ մեծաւ Վրթանաւ։ Որոյ եկեալ՝, ունի զաշխարհս մեր խաղաղութե̄, հաշտութի̄

CAP. XI.

Tiranus regnat. Magnus Verthanes moritur, atque in ejus locum Sanctus Juſicus ſuccedit.

1 ANNO imperii ſui ſeptimo decimo Auguſtus Conſtantius Conſtantini filius, Tiranum Choſrois filium regem conſtituit, & cum magno Verthane in Armeniam miſit. Is, ut advenit, regionem tranquillè rexit, non bello cum Perſis, ſed reconciliatione concordiæ factâ; tributáque

ընդ Պարսս առնելով, և ոչ պատե-
րազմունս, հարկելով Յունաց, այլ և
մասնաւոր ինչ Պարսից, կայր 'ի հան-
դարտութեան, իբրև զհայր իւր.
ոչինչ արութի քաջութեան և մր ցու-
ցեալ, և ոչ հայրենի առաքինութեանն
հետևեալ, այլ թուլացեալ յամ բա-
րեպաշտութենէ, գաղտնի, ոչ իշխե-
լով համարձակ պատոճել զախտն, 'ի
մեծէն Վրթանայ։ Իսկ յետ ունլոյ տասն
և հինգ ամ եպիսկոպոսութեան մեծին
Վրթանայ, փոխի յաշխարհէս', յեր-
րորդ ամի Տիրանայ, և 'ի հրամանէ'
նորին տարեալ, հանգուցանեն 'ի գե-
օղն Թորդան, իբր' մարգարէ ական
ականք հայեցեալ. որ' զկնի բազում
ժամանակաց, և հօրն' 'ի նոյն տեղւոջ
հանգուցանէ նշխարքն, և յաջորդէ զա-
թոռն Յուսիկ' նորին որդի 'ի չորրորդ
ամի Տիրանայ, յոյժ հետևօղ եղեալ
հարցն առաքինութեան։

partim Græcis, partim Perſis pendens, quietam & placidam vitam, ſicut pater
2 ſuus, traduxit; nec quidquam forte aut præclarum egit; avitæ virtutis nequaquam æmulus, ſed omninò omnis pietatis expers, etſi propter magnum Verthanem vitiis ſuis palam indulgere non audebat. Magnus autem Verthanes, poſtquam decem & quinque annos ſedem epiſcopi tenuerat, anno
3 Tirani tertio è vitâ exceſſit; atque ſuo juſſu, in oppidum Thordanum deportatus ſepultúſque eſt, quaſi mente præſagâ, ut vates, futura prævidiſſet; quum, longo tempore interjecto, reliquiæ patris in eodem poſteà loco conditæ fuerint. Cæterùm Juſicus filius ejus, anno Tirani quarto, eum excepit, avitæ virtutis imitator diligens.

ԳՐԱԿ ԺԲ։

Պատերազմ Շապհոյ ընդ Կոստանդեայ։

ԲԱՅՑ Շապուհ Յորմզդեան
առ Տիրան' մեր արքայ' առաւ-
ել սէր հաստատեաց, մինչև'
զօրավիգն օգնականութե եղե-
ալ, թափէ' զնա' յարձակմանէ Հիւսի-
սականացն ազգաց, որք միաբանեալ
ելին արտաքս քան' զկապանն Ծորայ, և
բնակեցան 'ի սահմանս Աղուանից'
ամս չորս։ Եւ զայլս յոլովս թագաւորս
նուաճեալ Շապհոյ', և զազգս Բար-
բարոսաց' բազում 'ի սատարութի կա-
լեալ'; յարձակեցաւ 'ի Միջերկրեայսս',
և 'ի Պաղեստինէ։ Իսկ Կոստանդեայ,

CAP. XII.

Bellum inter Saporem & Conſtantium.

1 SApores autem Hormiſdenſis cum rege noſtro Tirano amicitiam confirmavit; atque adjutor factus, eum ab incurſionibus gentium Septentrionis tutatus eſt, quæ, communi conſenſu, clauſtra Zuræ tranſgreſſæ fuerant, atque intra fines Albanorum per quatuor annos conſederant. Sapores porrò, multis aliis regibus devictis, multíſque barbaris gentibus in ſocietatem adjunctis, in Mediterranea loca &
2 Palæſtinam invaſit. [1] Conſtantius autem Julianum Cæſarem renuntiavit,

արա-

[1] Επι δε της αυτου [Κωνσταντιου] βασιλειας εκινησαν οἱ Περσαι, ὁτοι Αββαραρσακιος [Σαββαραρσακιος] ὁ βασιλευς. Και επεστρατευσε κατ' αυτων, ποιησας Καισαρα Ιουλιανον, συγγενεα αυτου.——Και καταλθων επι τα Περσικα, εποιησε πακτα ειρηνης μετα Περσων επι φανερον χρονον, πολλων πεσοντων εξ αμφοτερων εν τη συμβολη.——Και εισελθων εν Μαμψουεστια πολει της Κιλικιας, αρρωστησας τελευτα εκει. Malalas in Chron. part. II. p. 12, 13, 14.

արարեալ Կեսար զՅուլիանոս՝, սպառազինեցաւ ընդդէմ Պարսից, և տուեալ Ճակատս՝, երկոքին կողմունքն պարտեցան. քանզի բազումք յերկաքանչիւրոցն, և ոչ մի՛ ՚ի միւսոյ թիկունս դարձոյց, մինչև՝ ՚ի հաւանութիւն եկեալ՝, արարին խաղաղութիւն, ամս սակաւս։ Եւ դարձեալ ՚ի Պարսից Կոստանդեայ՝, հիւանդացեալ յերկար, վախճանեցաւ ՚ի Մոմփեւստին՝ քաղաքի Կիւլիկեցւոց, թագաւորեալ ամս 23. ՚Ի սր̃ աւուրս՝ երևեցաւ խաչ լուսեղէն յերկնից յԵ̃մ, ամենայն քաղաքին, հաւատացելոց՝ և անհաւատից, առ երանելեաւն Կիւրղիւ։

atque adverſùm Perſas arma cepit; commiſſóque prælio, neutra pars ſuperior diſceſſit, ſed multi utrinque terga vertêre, neque altera pars alteram in fugam conjecit; ita ut tandem, utriuſque conſenſu, induciæ in paucos annos factæ fuerint. Conſtantius autem, dum ex Perſide rediret, diuturno morbo implicitus, Mopſueſtiæ Ciliciæ diem obiit ſupremum, anno imperii [2] vigeſimo tertio. Eo imperante, [3] Crux lucida Hieroſolymis in Cælo toti populo apparuit, fidelibus, ſimul atque infidelibus, Beato Cyrillo tum Præſule.

[2] De numero annorum Scriptores variant, quos tamen tantummodò notare, non diſtinctè conſiderare libet. Vide Ammian. Marcellin. XXI. 15. Socrat. Hiſt. Eccleſ. II. 47. Sozomen. V. 1. Eutrop. l. X. Aurel. Victor. *de Cæſaribus, atque in Epitome.* & Chron. Paſchal p. 287:

[3] Extat etiam nunc Epiſtola Cyrilli de hac re ad Imperatorem Conſtantium ſcripta, inter ejus opera p. 305. edit. Oxon. Conſulas etiam Sozomen. Hiſt. IV. 5. Chron. Paſchal. p. 292.

ՊՐԱԿ ԺԳ.

Եթէ՝ զի արդ Տիրան, իջեալ ընդառաջ Յուլիանոսի՝, պատանդս տայ։

Այսու ժամանակաւ՝ թագաւորեաց Յունաց՝ ամբարիշտն Յուլիանոս, և ուրացաւ նա զԱ̃Ծ, և պաշտեաց զկուռս, և յարոյց հալածանս՝ և խռովութիւն եկեղեցւոյ, և բազմադիմի ջանայր շիջուցանել զհաւատս Քրիստոնէութեան. բայց՝ ոչ բռնութ̃ե հաւանեցուցանէր, այլ՝ խորամանկեալ՝ հնարէր, զի՝ զՔ̃ի պաշտօնն խափանեսցէ՝, և դիւաց երկրպագեսցեն։ Եւ յորժամ զնա ընդդէմ Պարսից երաւունքն զինեցին, և անցեալ ը̃ Կիւլիկիայ՝, հասանէր ՚ի Միջագետս, և զօրացն Պարսից կողմնապահաց՝ հատեալ Գձոման կաւանկամրջին Եփրա-

CAP. XIII.

Tiranus, obviam profectus Juliano, obſides dat.

1 HIS temporibus Græcis imperitavit impius Julianus. Is Deum abnegavit, & ſimulachra veneratus eſt, vexationémque turbulentam in eccleſiam concitavit; variiſque modis fidem Chriſtianam extinguere ſtuduit. Neque tamen vim adhibuit, ſed aſtutas rationes iniit, quemadmodum Chriſti cultum deleret, atque idolorum ſuperſtitionem induceret. Quum autem eum adverſùs Perſas Juſtitia armaret, &, peragratâ Ciliciâ, in Meſopotami-
2 am veniſſet, Perſarum copiæ, quæ fines eos tuebantur, Euphratis pontem reſcindebant, tranſitúque prohibe-

տու՝,

տու՝, զգուշանային անցիցն։ Իսկ՝ Տիրան մեր Թագաւոր՝ իջեալ ընդ առաջ Յուլիանու՝, դիմէ 'ի վե՛ր Պարսիցն զօրաց՝, և հալածական առնէ, և հարեա՛լ սպառաւորութի̄՝, անցուցանէ զամբարիշտն Յուլիանոս՝ հանդերձ բազմութե̄ ա՛յր ու ձիոյն, և մեծարի 'ի նմանէ յո՛յժ, և խնդիրս առնէ՝ զի մի՛ տարցէ զնա 'ի Պա՛րսս ընդ իւր, իբր՝ անկա՛ր գոլ ձիավարել. և յանձն առեալ Յուլիանոս՝, խնդրելո՛վ 'ի նմանէ զօրս՝, և պատանդս, և Տիրանայ խնայեալ յԱրշակ՝, որդի իւր երկրորդ, տա՛յ ցնա զորդի իւր՝ զՏրդատ, զերրո՛րդ, հանդերձ կընաւ՝ և որդւո՛վք, և զթոռն իւր՝ զՏիրիթ, զորդի մեռելոյն Արտաշիսի՝, որդւոյ իւրոյ անդրանկանն. զորս առեա՛լ Յուլիանու, հետայն առաքէ 'ի Բիւզանդիոն. և զՏիրան արձակէ յիւր յաշխարհս, և տա՛յ զիւր պատկերն՝, նկարեալ 'ի տախտա՛կս, յորում և զդիւա՛ց ոմանց ը̄ նմա, և հրամայէ՝ յեկեղեցւոջ կանգնել, յարևելի՛ց կուսէ, ասելով, Թէ՝ որք միանգամ ընդ Հռօմայեցւոց իշխանութե̄ են՝, դոյնպէս առնել։ Զոր յանձին կալեալ Տիրանայ՝, առեալ բերէ, ո՛չ ածելով զմտաւ եթէ՝ խաբէութե̄՝ դիւաց երկրպագին պատկերք։

bant. Tum verò rex noſter [1] Tiranus, Juliano obviam profectus, Perſarum exercitum adortus eſt, atque in fugam vertit, præſidióque devicto, Julianum impium cum magnâ hominum atque equorum multitudine tranſduxit; à quo, ob eam rem honorificè acceptus, petiit, ne ſe in Perſidem ſecum duceret, quaſi quem ad equum
3 moderandum vires deficerent. Ei Julianus annuit, ſed milites obſidéſque imperavit; cui Tiranus, Arſaci filio ſuo altero parcens, Tiridatem filium ſuum natu tertium ſimul cum conjuge liberíſque ejus, & Tirithum nepotem ſuum, Artaſe mortuo filio ſuo maximo natum, tradidit; quos Julianus, ubi accepit, ſtatim ad Byzantium miſit; Tiranúmque in regionem ſuam dimiſit; eíque effigiem ſuam in tabulâ
4 expreſſam, in quâ ſimul dæmonia quædam erant depicta, dono dedit, quam ab orientali Eccleſiæ parte ſtatui juſſit, dicens, omnes pariter idem facere, quicunque ſub Romanâ ditione erant. Quod ſe facturum pollicitus, Imaginem ſecum Tiranus abduxit, nihil cogitans, ſe hoc dolo ad ſimulachra dæmoniorum colenda allici.

[1] De Perſicâ hac expeditione meminerunt præter alios Ammianus, XXIII. 2. & Sozomenus, VI. 1. quorum uterque Arſacem, non Tiranum Arſacis patrem, eo tempore Armeniis imperitâſſe ſcribit. *Sed cum Græci Romaníque Scriptores quoſvis ferè Orientis reges nomine Arſacis deſignare ſoleant, hoc eorum teſtimonium Chorenenſi repugnare non ſatis clarè apparet.*

ՊՐԱԿ ԺԴ։

Վկայութիւն սրբոյ Յուսկանն, և Դանիելի։

ԱՐԴ՝ հասեալ Տիրանայ 'ի գաւառն Ծոփաց՝, յիւրում արքայական եկեղեցւոջն կամեցաւ՝ կանգնել զպատկերն. զոր յափշտակեալ սրբոյ Յուսկանն 'ի ձեռաց ար-

CAP. XIV.

Martyrium Sancti Juſici & Danielis.

1 TIranus itaque, ubi in regionem Zophenſem venit, in Eccleſiâ ſuâ regali Simulachrum collocare voluit; quod ſanctus Juſicus è regis manibus abreptum, humíque projectum

քայի,

քայի, և ընկեցեալ յերկիր՝, կոխեալ մանրեաց, զգացուցանելով արքայի զիրին խորամանկութիւն. որում ոչինչ ունկնդիր եղև Տիրան, զմտաւածեալ ՚ի Յուլիանոսէ ինքն մեռանիլ, իբրև զկոխօղ Թագաւորական պատկերի. և յաւելեալ բորբոքումն չարութեն՝, զոր ունէր ընդ սրբոյ Յուսկանն, յաղագս հանապազօրդ յանդիմանութեան իւրոց յանցանաց, հրամայեաց՝ ձաղոտիւք հարկանել յերկար, մինչև ՚ի հարկանելն աւանդեաց զհոգին. և յետ կատարման նր, Թշնամանեալ լինէր անիծիւք Տիրան ՚ի ծերունւոյ քահանայէն Դանիելէ, որ էր աշակերտ՝ սրբոյն Գրիգորի՝, և հիւպերէտ, հրամայեաց զնա խեղդամահ առնել. զոր բարձեալ աշակերտացն՝, Թաղեցին ՚ի միայնարանի նորին, որ կոչի՝ հացեաց դրրախտ. իսկ զմարմին սրբոյ Յուսկանն բարձեալ՝, տարան առ հայրն, ՚ի գեօղն Թորդան, որ եկաց յեպիսկոպոսապետութեն՝ ամս 6 ։

conculcavit confregítque; & malam
rei aſtutiam regi expoſuit; cui tamen
rex minimè auſcultavit, ſe, ut imaginis
regiæ contemptorem, ab Juliano mor-
2 te affectum iri reputans; cúmque hæc
offenſio veterem ſimultatem incenderet,
quæ ei cum ſancto Juſico intercefferat,
propterea quòd ſcelera ejus quotidiè
reprehenderet, cum loris eò uſque cæ-
di juſſit, ut tandem inter verbera ex-
ſpiraret; eóque ita interempto, Tira-
nus ſeni Danieli ſacerdoti, qui ſancti
3 Gregorii diſcipulus ac miniſter fuerat,
ob execrationes infenſus, eum laqueo
ſuffocari imperavit; quem diſcipuli ſuſ-
tulerunt, atque in collegio ejus ſoli-
tario, ſepeliverunt, quod Fraxinorum
hortus appellatur; corpus autem ſanc-
ti Juſici in oppidum Thordanum ad
patrem deportârunt. Is pontificatum
tenuit annis ſex.

ՊՐԱԿ ԺԵ.

Եթէ զի արդ՝ Զուրայի առեալ զզօրսն դառնայ ՚ի Յուլիանոսէ, և սատակի ազգաւ ։

ԼՈ՛ՒՐ սպանման սրբոյ Յուսկանն՝, և քրտմնջել նախարարացն, եհաս առ նահապետ Ռըշտունեաց Զուրայն, որ՝ փոխանակ Մանազհրի սպարապետ էր Հայոց՝ հարաւային գնդին, և հրամանաւ Տիրանայ՝ զօրօք զհետ Յուլիանոսի. որոյ լուեալ զայսպիսի համբաւ, ասէ ց՚ զօրս իւր, մի՛ վարեսցուք հրամանաւ այնորիկ, որ գայթակղութիւ արկանէ յերկրպագութին Քի, և սպանանէ զսուրբս նր, և մի՛ Ճանապարհակցեսցուք այսմ ամբարիշտ Թագաւորի. Եւ համակամ իւր արարեալ զզօրսն՝, դառնայ, և եկեալ ամրանայ ՚ի Տմորիս՝,

CAP. XV.

Quomodo Zuræus cum exercitu ſuo ab Juliano defecerit, & cum totâ familiâ deletus fuerit.

1 UBI ſancti Juſici cædis & præ-
fectorum querelæ fama ad Zu-
ræum Reſtuniorum ſatrapam delata eſt,
qui loco Manaziri auſtrali Armenio-
rum cohorti præfuit, & cum copiis
ſuis juſſu Tirani Julianum comitaba-
tur; Is, hoc nuncio audito, militibus
ſuis, "ne obtemperemus, *inquit*, e-
"jus imperio, qui religioni chriſtia-
"næ opprobrio eſt, ſanctóſque ejus
"trucidavit; neve impium hunc
2 "regem comitemur." Militibus
ita ad ſuam ſententiam perductis, re-
ceſſit, atque ad Tmorim revertit, ibí-
que ſe communivit, dum videret,

մինչև՝

մինչև՝ տեսցէ թէ՝ զի՞նչ արասցեն այլ նախարարքն․ բայց՝ սուրհանդակքն Յուլիանու յառաջ ժամանեն քանզ՝ զայն նորա, բերելով Տիրանայ թուղթ, որ ունէր օրինակ՝ այսպէս ։

Թուղթ Յուլիանոսի առ Տիրան ։

Ինքնակալ Յուլիանոս՝, ծնունդ 'ի Նաքարայ, Արամազդայ որդի, և յանմահութիւն Ճակատագրեալ, Տիրանայ գործակալի՛ մերում խնդալ ։ Զզօրս՝, զոր արձակեցեր ընդ մեզ, առեալ զօրավլխի՛ նոցին՝, 'ի բաց դարձաւ, և մեք բաւական էաք՝, յանթիւ գնդաց մերոց, զհետ առաքել՝ ունիլ զնա, այլ՝ թոյլ տուաք, վասն երկուց պատճառաց․ առաջին, զի՝ մի՛ ասասցեն ընդ մեզ Պարսիկք, եթէ՝ բռնութբ, և ոչ կամաւ՝ ածեր զզօրսն․ երկրորդ, փորձեալ զքո միամտութիւդ․ արդ՝ եթէ ոչ 'ի քումմէ կամաց արար նա զայն, սատակեսցես զնա ազգաւ իմք, առ 'ի չթողուլ մնացորդ․ ապա թէ ոչ՝, երդուեալ 'ի Ռաս, որ զթագաւորութիս շնորհեաց մեզ՝, և յԱթենաս, որ զյաղթութիւնն, զի 'ի դառնալն իմում անպարտելի՛ զօրութբ իմով, վանեցից զքե՛զ՝, և զաշխարհդ ։ Տեսեալ զայս Տիրանայ՝, և յոյժ զարհուրեալ, առաքէ զմարդպետն կոչեցեալ՝ Հայր, հանդերձ երդմամբ, և կոչէ՛ առ ինքն զԶուրա ։ Իսկ՝ զօրաց նր տեսեալ՝ եթէ լռեալ կան ամենայն նախարարքն, ըստ սովորական անժուժութեան մերոյ ազգիս, ցրուեցան իւրաքանչիւր 'ի տունս իւրեանց, և միայնացեալ Զուրայ՝, գայ առ արքայ, ոչ կամաւ․ և արքայի զԶուրա՛ 'ի բուռն առեալ, ունի, և զամուր նոցին զԱղթամար, և բառնայ զամենեսին

quid principes reliqui facturi eſſent. Juliani autem Curſores adventum ejus præoccupârunt, & Tirano literas tulerunt in hoc exemplum.

[1] *Epiſtola Juliani ad Tiranum.*

3 Imperator Julianus, Nachari ſoboles, Aramazdis filius, ad immortalitatem deſtinatus, Tirano procuratori noſtro ſalutem. Copias, quas nobiſcum miſiſti, dux earum abduxit, atque à nobis receſſit; quem quum nos ob immenſum legionum noſtrarum numerum facilè inſequi & comprehendere potuiſſemus; tamen abire duabus de cauſis permiſimus; primùm,
4 ne Perſæ dicerent, nos non ſponte ſuâ ſed vi copias eas duxiſſe; deinde, ut animi tui integritatem experiremur. Si igitur ille non ex conſilio tuo hoc fecit, eum gentémque ejus ad internecionem occidere debebis, ut nullus maneat ſuperſtes; ſin aliter, per [2] Martem juro, qui imperium, & per Minervam, quæ victoriam nobis tribuit, me in reditu, te regionémque tuam exercitu invicto meo perditurum.
5 Tiranus, ubi hæc intellexit, timore perculſus, nobilem quendam, qui Pater appellatus eſt, jurejurando obſtrictum miſit & Zuræum ad ſe accerſivit; cujus exercitus, quum univerſos ſatrapas quietos eſſe cerneret, pro uſitatâ nationis noſtræ inconſtantiâ ſuam quiſque domum diffugit; & Zu-
6 ræus, ſolus relictus, ad regem adire invitus coactus eſt. Rex autem Zuræum comprehendit, & caſtellum

սատակ-

[1] Cl. Muratorius in Anecdotis Græcis, aliam Juliani epiſtolam edidit, *Arſaci Armeniorum Satrapæ* inſcriptam; quæ etiam extat apud. Fabricii Bibliothecam Græcam, vol. VII. p. 82. Vide notas noſtras ſuprà ad c. XIII. in hac enim re nobis, ut aiunt, aqua hæret.

[2] Similiter Julianus, in eâ epiſtolâ, cujus modò mentionem fecimus, τον θεων τε και Αρεως θεραπευτην, *Deorum ac Martis cultorem* ſe profitetur.

սպատակմամբ, բայց զմանուկ մի՝, որդի Մեհենդակայ, եղբօր նորա, փախուցեալ Դայեկացն՝ ապրեցուցին. իսկ՝ արքայ փոխանակ նորա կարգէ զՍաղմութ՝, տէր Անձտայ։

Althamarum occupavit, ubi aderant propinqui ejus, quos omnes internecione occidit, præter puerum unum, Mehendaci fratris ſui filium, quem Nutritii fugâ conſervârunt. Cæterùm rex in ejus locum Salmuthum Principem Anztiæ ſubſtituit.

ԳԼՈՒԽ ԺԶ.

Յաղագս՝ մահուան որդւոց Յուսկանն, և յաջորդելոյ զաթոռն Փառներսեհի։

ԱՅՑ՝ ի Տիրանայ խնդրեն նախարարքն Հայոց այր արժանի՝, կացուցանել յեպիսկոպոսութիւն փոխանակ Յուսկանն. քանզի՝ որդւոցն նորին ոչ գովելի վարս ստացեալ, անարժանք եղեն առաքելականին այնորիկ շնորհի. այլ և՝ մահ ևս հասեալ նոցա յաւուրսն յայնս, յոյժ ահագին, և սարսափման՝ լսողաց արժանաւոր. ի միում տեղւոջ շանթահար լեալ երկոցունց, որոց Պապ՝, և Աթանագինէ՝ կոչէին անուանք, ոչ թողլով զաւակ հասակեայ՝, պատշաճ այնմ, բայց՝ մանուկ մի՝, որդի Աթանագինի, որում Ներսէս անուն Ճանաչիւր՝, որ ի Կեսարիայ էր՝ ի հրահանգս, և զայնու ժամանակաւ գնացեալ ի Բիւզանդիոն՝ առնուլ կին զդուստր Ապիոնեայ ուրումն մեծի իշխանի. և վասն ոչ կալոյ այր յազգէ Գրիգորի, ընտրեցին զՓառներսեհ ոմն յԱշտիշատից Տարօնոյ, և կացուցին քահանայապետ ի տասներորդ ամի Տիրանայ՝, որ կալաւ զաթոռն ամս 4։

CAP. XVI.

Filiorum Juſici mors. Pharnerſes in ſolium ſuccedit.

1 ARmeniorum autem Satrapæ à Tirano petierunt, ut vir idoneus loco Juſici Epiſcopus conſtitueretur; nam filii ejus, quum non bonis moribus eſſent, apoſtolico eo munere indigni habiti ſunt; quos præthereà per id tempus mors occupavit terribilis atque audientibus horrorem incutiens; namque ambo in eodem loco ictu fulminis perierunt; quorum nomina erant Papus atque Athana-
2 genes; neque ſobolem reliquerunt per ætatem huic muneri idoneam, præter juvenem quendam Athanagenis filium, cui nomen erat Nerſes, qui Cæſareæ inſtituebatur, atque eo tempore Byzantium profectus erat, ut Apionii nobilis cujuſdam principis filiam in matrimonium duceret; ac proptereà, quòd nullus ex Gregorii ſtirpe aderat, Pharnerſem quendam ex oppido Aſtiſatâ in provinciâ Taronenſi elegerunt, atque in ſacerdotio ſummo collocârunt anno Tirani decimo; iſque ſolium tenuit per annos quatuor.

ԳԼՈՒԽ ԺԷ:

Եթէ՝ զի արդ 'ի Շապհոյ խաբեցաւ Տիրան՝, երթալով 'ի կոչ նորա, և կուրացաւ 'ի նմանէ:

ՅԵՏ այսր ամ͞ի՝, ամբարիշտն Յուլիանոս՝, արժանի չար իւրոց խորհրդոցն, վէրս ընկալեալ 'ի փորոտին՝, մեռանի 'ի Պարս. դարձեալ Թագաւոր ունելով զՅովբիանոս, որ 'ի ճանապարհի վախճանեալ՝, ոչ ժամանեաց 'ի Բիւզանդիոն: Իսկ արքային Պարսից Շապհոյ զհե՛տ նոցա կրթեալ, և խաբէականօք կոչէ զՏիրան առ ինքն, գրելով Թուղթ՝ այսպէս:

CAP. XVII.

Quomodo Tiranus dolo malo à Sapore accerſitus, ad eum profectus, atque oculis privatus ſit.

1 POST hæc omnia impius ille [1] Julianus, pro ꝏ ac ſcelerata ejus conſilia merûere, ventrem vulneratus, in Perſide occubuit; quem excepit imperator Jovianus, qui in itinere interiit, antequam Byzantium perveniret. Sapores autem, Perſarum rex, illorum exempla ſecutus, Tiranum ad ſe dolo malo accerſivit, ſcriptis literis in hunc modum.

[1] De Juliani ac Joviani obitu eadem tradunt Ammianus, l. XXV. Zoſimus, l. III. Eutropius, l. X: aliíque multi.

Թուղթ Շապհոյ առ Տիրան:

Մազդեզանց քաջ, և բարձակից արեգական՝ Շապուհ, արքայից արքայ, 'ի բարւոյ մերում յիշեալ եղբայր սիրելի Տիրան, Հայոց արքայ, ողջոյն շատ: Ճշմարտիւ 'ի վերայ հասաք՝, եթէ զսէրն հաստատուն պահեցեր՝, ոչ գալով ընդ Կայսեր՝ յաշխարհս Պարսից, այլ և՝ զգունդն, զոր էառ 'ի քէն՝, զհետ յղեալ կոչեցեր 'ի բաց: և զառաջին՝, զոր արարերն՝, գիտեմք զի մի ընդ աշխարհ քո անցանիցէ՝, արարեր, զոր ինքն իսկ առնելոց էր. ուստի՝ և մեր պահապանքն գնդին վատասրտեալ, 'ի բաց եկին՝, զքեզ պատճառելով. վ͞ս որոյ՝ մեր ցասուցեալ՝ սպարապետին ցլու արիւն արբուցաք, և քում Թագաւորութեդ՝

ոչինչ

Epiſtola Saporis ad Tiranum.

1 Sapores, Aramazde fatus, [2] ſolis ſodalis, rex regum, dilecto fratri Tirano Armeniæ regi, quem benignè recordamur, ſalutem plurimam. Certò comperimus, te amicitiam tuam fideliter conſervâſſe, quòd non modò cum Cæſare in Perſidem non veneris, ſed etiam cohortem, quam à te abduxerat, per nuncios revocaveris.
2 Quod enim in principio feciſti; id, ne per regionem tuam tranſiret, a te factum eſſe ſcimus, quod ipſe aliter erat facturus. Noſtri itaque milites ignaviâ affecti, de præſidio ceſſerunt, atque in te culpam contulerunt. Quâ de re nos irati illorum duci [3] ſangui-

[2] Similis ferè eſt inſcriptio literarum, quas idem hic, ut videtur Sapores, ad Conſtantium dedit. *Rex regum, Sapor, particeps ſiderum, frater Solis & Lunæ, Conſtantio Cæſari fratri meo ſalutem plurimam dico.* Ammian. XVII. 5.

[3] Videtur hoc non fuiſſe inuſitatum apud veteres veneni genus. Sic Midam Phrygiæ regem, epoto tauri ſanguine, periiſſe ſcribunt Strabo & Plutarchus; idémque de Pſammenito Ægyptio Herodotus, & de Themiſtocle Athenienſi narrat Cicero. Vide Herodot. III. 15. Strab. I. p. 61. Plutarch. de Superſtitione, atque in vitâ Themiſtoclis, Ciceronémque de claris Oratoribus, §. 43.

ոչ ինչ վնասեցաք, երդուեալ ՚ի Մեհր մեծ Ած. միայն փութա տեսանել զմեզ, զի խորհեալ ինչ թողցուք զքեզ, վասն հասարակաց օգտի։ Զայս տեսեալ Տիրանայ, խելագարեալ գնաց առ նա, քանզի արժանն տանէր զնա ՚ի տեղի հատուցմանն. զոր տեսեալ Շապհոյ, կշտամբեաց զնա բանիւք յանդիման իւրոց զօրացն, և զաչս նր կուրացոյց, ոպ՟ զՍեդեկիայն։ այնու թէ և արդեօք վրէժս ընդ սրբոյ առնն այնորիկ պահանջեցաւ, որով լուսաւորիւր աշխարհ, ըստ Աւետարանին ձայնի, դուք լոյս աշխարհի, յորմէ խաւարեցոյց Տիրան զՀայս, խաւարեցաւ և ինքն, կալեալ զթագաւորութիւնն ամս տասն և վեց։

nis taurini potionem dedimus; neque regno tuo quidquam detrimenti intulimus; id quod per [4] Mithram magnum deum jurejurando confirmamus.
4 Da igitur operam, ut ad nos celeriter venias; ut de communi utilitate conſulamus; ac tum te dimittemus. Tiranus, his literis lectis, quaſi mente captus, ad eum adiit, quò quidem eum juſtitia duxit, ut dignas pœnas lueret; quem ubi Sapores conſpexit, coram militibus ſuis objurgavit, atque in modum Sedechiæ oculis privavit.
5 Ita ſupplicium de eo ſumptum eſt, ſancti illius viri ulciſcendi causâ, à quo regio illuſtrabatur, pro eo ac ſcriptum eſt in evangelio, *eos eſſe lucem mundi*; namque ut Tiranus ejus lumine Armeniam privavit, ſic ipſe ſuo itidem lumine privatus erat; anno imperii vigeſimo ſexto.

[4] Perſis ſolenne fuiſſe per Mithram jurare, ſatis notum eſt; de quâ quidem re, plura qui cupit, conſulat Hydium de relig. Vet. Perſ. c. IV. & Briſſonium de regio Perſarum principatu, l. I. c. 162. II. c. 8.

ԳԼՈՒԽ ԺԸ.

Յաղագս թագաւորեցուցանելոյ Շապհոյ զԱրշակ, և արշաւանք ՚ի Յոյնս։

ԲԱՅՑ Շապուհ թագաւորեցոյց, փոխանակ Տիրանայ, զորդի նորին զԱրշակ, ակնածելով ՚ի զօրացն Հայոց, զի մի խափանիչ առաջի արկելոց իւրոց գործոցն լինիցին. այսպէս իմն պատեհ համարեալ, բարերարութի առնելով, իբր հաստատելով զաշխարհս. Նուաճեաց և զայգ նախարարացն, պատանդս առնելով յամենեցունց. և փոխանակ Վահանայ Ամատունւոյ, սպարապետ կացուցեալ Հայոց արևելեայ զօրուն, զՀաւաստա-

CAP. XVIII.

Sapores Arſacem regem creat, atque incurſionem in Græciam facit.

1 SApores autem in locum Tirani filium ejus Arſacem regem ſubſtituit; ab Armeniorum copiis metuens, ne incœpta ſua & conatus prohiberent; & rectè ſecum reputans, beneficia eſſe regni firmamenta. Satrapas etiam in ditionem ſuam redegit, obſidéſque eis imperavit; & Vahani Amatunii loco, Armeniorum orientali cohorti fidum ſuum Valenacum Synenſem præfecit eíque Armeniam commendavit. Ipſe verò Græcanicas

ըիմ

րիմ իւր զՎաղինակ Սիւնի, և նմա' յանձն արարեալ զՀայս, ինքն զհետ Յունական զօրուն կրթէր, և հասեալ 'ի Բիւթանիա։ Եւ նստէր ամիս յոլովս, և ոչինչ կարացեալ առնել, սիւն առ ծովուն կանգնէ', և առիւծ 'ի վ͞ր դնէ', մատեան ընդ ոտիւքն ունելով. որ նշանակէ այսպիսի ինչ, քանզի առիւծ հզօր է' 'ի գազանս, նոյնպէս' և Պարսկականն' 'ի թագաւորս, և մատեան' ժողովիչ է իմաստութեան, որպէս' Հռովմայեցւոց տէրութիւնն։

copias inſecutus eſt, atque ad Bithy-
2 niam pervenit. Cúmque ibi complures menſes conſediſſet, neque ullam omnino rem gerere poſſet, columnam ad mare erexit, in quâ leonem ſtatuit librum ſub pedibus tenentem; quæ res talem habuit ſignificationem, ut leonem inter beſtias fortiſſimum, ſic inter reges potentiſſimum éſſe Perſicum; atque ut librum, ita Romanorum imperium in ſe complecti & continere ſapientiam.

ԳՐԱԿ ԺԹ։

Թէ' որպէս արհամարհեաց Արշակ զթագաւորն Յունաց։

ԸՆԴ այնուհետև սակաւ ժամանակս յարեաւ խռովութի' Շապհոյ, արքայի Պարսից', 'ի Հիւսիսականաց ազգաց. և Յունաց թագաւորեալ Վաղէնտինիանոս, և գումարտակ 'ի Մէջերկրեայս առաքեալ, հալածական առնէ զզօրս Պարսից. ապա' առաքէ առ Արշակ, մեր թագաւոր, թուղթ։

CAP. XIX.

Quomodo Arſaces regem Græcorum contempſerit.

1 INterjecto deinde haud longo ſpatio, populi Aquilonis in Saporem Perſiæ regem tumultum concitârunt; & imperator Græcorum Valentinianus, miſſo in Mediterranea loca exercitu, Perſarum copias fudit fugavítque; & deinde literas ad regem noſtrum Arſacem dedit.

Թուղթ Վաղէնտինիանոսի' առ Արշակ։

Ինքնակալ Վաղէնտինիանոս Օգոստոս, հանդերձ աթոռակցաւ մերով, և թագակցաւ Վաղէսիւ կայսերաւ, Արշակայ' Հայոց արքայի' խնդալ։ Պարտ է յիշել քեզ զչարիսն' որք անցին ը͞ձեզ 'ի Պարսից անա͞ծից, և զերախտիսն' որ 'ի մէնջ, 'ի վաղնջուց մինչև ց'քեզ, և հեռանալ 'ի նոցանէ, և մօտիլ 'ի մեզ, ո͞մ' զի խառնեալ ընդ զօրս մեր, մարտիցես ընդ նս͞, և հանդերձ գոհացողական. բանիւք մերոց զօրավարացդ' առաքեսցես զհարկս աշխարհիդ, և առեալ զեղբայր քո, և որ ընդ սմա վտարանդիքս, 'ի բաց ածցին։ ողջ լեր ա͞մ

Epiſtola Valentiniani ad Arſacem.

2 Imperator Valentinianus Auguſtus ſimul cum Valente Cæſare ſolii noſtri ſocio, & regni collegâ, Arſaci Armeniæ regi ſalutem. Æquum eſt, te memorem injuriarum quas ab impiis Perſis paſſi eſtis, & beneficiorum, quæ in vos ab antiquis temporibus uſque ad tuam memoriam contulimus, eas deſerere & nobiſcum conjungi, ut ſimul cum copiis noſtris adverſus eos bellum geras; & regionis tuæ
3 vectigalia, cum grato in duces noſtros animo, verbíſque benignis, mittas; eóque pacto fratrem tuum cæteróſque

հնա-

հնազանդութք Հռովմայեցւոց տէրութեն։ Իսկ Արշակ և ոչ պատասխանի առնէ թղթոյն, այլ նշկահեալ, արհամարհեաց զնս, նա և ոչ զհետ Շապհոյ միտեցաւ ամ սրտիւ, այլ անձնահաճ եղեալ, պարծելով հանպզ 'ի գինեբրուս, և յերգս վարձկանաց, քաջ, և արի երևիլ քան զԱքիլլէս, իսկ արդեամբք Թերսիտեայ նմանեալ կաղի, և սրագլխոյ, վտարանդեալ յիւրոց նախագլխացն, մինչև զամբարտաւանութեան ընկալաւ վարձ։

captivos recuperes. Vale, atque imperio Romano in omnibus obtempera. Arſaces verò ne reſponſum quidem his literis reddidit, ſed eas omnino contempſit neglexítque; neque tamen ſe totum Sapori tradidit;
4 ſed genio ſuo indulgens, & compotationibus & cantilenis mercenariorum aſſiduè deditus, illuſtriorem ſe ac fortiorem Achille jactabat; at reverâ Therſitæ claudo & capite acuminato ſimilior; atque à principibus ſuis in exilium actus, dignam arrogantiâ ſuâ mercedem tulit.

ՊՐԱԿ Ի։

Յաղագս սրբոյն Ներսիսի, և բարեկարգութեանն որ 'ի նմանէ։

Յերրորդ ամի թագաւորութեանն Արշակայ, եկաց եպիսկոպոսապետ Հայոց մեծն Ներսէս, որդի Աթանագինի, որդւոյ Յուսկանն, որդւոյ Վրթանայ, որդւոյ սրբոյն Գրիգորի։ Եւ դարձեալ 'ի Բիւզանդիայ 'ի Կեսարիայ, և եկեալ 'ի Հայս, զամն կարգս ուղղութե իւրոց հայրենեացն նորոգեաց, այլ և առաւել ևս, քանզի զբարեպաշտութի Յունաց աշխարհին, զոր ետես, մանաւանդ 'ի թագաւորեալ քաղաքն, 'ի սմա նորոգէ. Ժողով արարեալ եպիսկոպոսաց, և համօրէն աշխարհականօք, կանոնական սահմանադրութք հաստատեաց զողորմածութի, խլելով և զանգթութենն արմատ, որ ընաբար սովորութք էր յերկրիս մերում. Քզի բորոտք հալածեալ լինէին, իբր պիղծ յօրինացն համարեալ. զուրուկս փախստեայս առնէին, զի մի յայլս փոխեսցի ախտն, որոց դադար, անապատք, և ամայիք, և ծածկոյթ վէմք, և մացառք, ոչ յումեքէ գտանելով մխիթարութիւն թշուառութեանց։ Առ այսոքիւք և հաշմք

CAP. XX.

De ſancto Nerſe, rebúſque ab eò rectè ordinatis.

1 ANNO imperii Arſacis tertio, præſul Armeniorum fuit magnus Nerſes, Athanagenis filius, Juſici nepos, Verthanis pronepos, ſancti Gregorii abnepos. Hic, ut à Byzantio Cæſaream rediit atque in Armeniam venit, omnia recta majorum ſuorum inſtituta renovavit, atque etiam adauxit, quum optimos Græcorum ritus, quos ibi, ac præcipuè in urbe regali, perſpexerat, in hanc regionem
2 introduceret; convocato enim epiſcoporum atque omnium incolarum concilio, miſericordiam canonibus ſanxit; extirpatâ funditùs priſtinâ eâ immanitate, quæ in noſtrâ regione olim inveteraverat. Nam qui leprâ laborabant, quaſi polluti ex lege habiti, foras ejecti ſunt; elephantiâ affectos expulerunt, ne morbi contagio ad alios manaret; qui in diſertis & ſolitariis locis, inter abditas rupes & cavernas degebant, neque à quoquam miſeriarum ſuarum ſolatium accipie-

անդա-

անդամոյք՝, ոչ հաշուեալ լինէին, և հիւրք անծանօթք ոչ ընդունէին, և օտարք ոչ ժողովէին։ Իսկ նա հրամայեալ ըստ գաւառաց գաւառաց շինել աղքատանոցս, ՚ի խորշս, և ՚ի զե՛րծս տեղիս, զի փոխանակ հիւանդանոցացն Յունաց լինիցին, ՚ի մխիթարութիւն մարմնոց վշտացելոց. և բաժանեաց ՚ի նոսա գաւառս, և զագարակս, պտղաբերեալ յարդեանց անդաստանաց, և ՚ի կթոց արօտականաց, և ՚ի գեղմնից, զի պաշտիցեն զնոսա հայկաբացէ ՚ի բաց, և նոքա մի՛ ելցեն ըստ բնակութեան իւրեանց. և յանձն արար Խադայ ումեմն, որ էր ՚ի մարգաց Կարնոյ, սարկաւագ իւր։ Սահմանէ և յամ գեօղս վանս շինել, զի լիցի օտարանոցք, և տեղի սննդեան որբոց և այրեաց, և անուանողաց տածումն։ Շինէ և յանապատս, և յանմարդ տեղիս, եղբայրանոցս, և մենաստանս, և առանձնակեաց խրճիթս, և հայր և տեսուչ նոցա կարգէ զՇաղիտա, և զԵպիփան, և զԵփրեմ, և զԳինդ որ յազգէն Սլկունեաց, և զայլս ոմանս բազումս։ Եւ զերկուս զայսոսիկ ՚ի նախարարութեանց բառնայ յազգաց. մի, զմերձաւորաց խնամութիւն, զոր վասն ագահելոյ սեպհական ազատութեանն առնէին, և միւս, որ ՚ի վերայ մեռելոց գործէին օճիրս, ըստ սովորական հեթանոսութեանն. և էր այնուհետև տեսանել զաշխարհս մեր, ոչ, որպէս զբարբարոսս, այլանդակեալ, այլ, իբրև զքաղաքացիս, համեստացեալ։

3 bant. Porro autem membris capti negligebantur, hoſpites ignoti non recepti, peregrini non congregati ſunt. Ille autem ſingulis provinciis hoſpitia pauperum in abditis ac deviis locis exſtrui juſſit, quæ, velut Græcorum valetudinaria, afflictis ſolatium præberent; eiſque vicos atque agros attribuit, frugibus, lacte ac velleribus abundantes, quibus in longinquis iis locis alerentur, neque ex ſedibus ſuis emigrarent; eóſque Chado cuidam, ex palude Carnenſi, commiſit com-
4 mendavítque. Præcepit etiam, ut in omnibus vicis hoſpitia exædificarentur, ad peregrinos recipiendos, ad viduas nutriendas, eóſque educandos, qui parentibus orbati erant, victúque carebant. Tum præterea in deſertis & vacuis locis, collegia, ædes, & cellas ſolitarias conſtruxit, quorum procurationem, Salitæ, Epiphanio, Ephræmo, Gindo ex Selcuniâ gente,
5 compluribúſque aliis commiſit. Porro autem ab his duabus rebus Satrapas abduxit; primùm, ab affinitatis cum propinquis conjunctione, quæ eorum conſuetudo fuerat, ut propria ſua jura conſervarent; deinde, ab exequiarum ceremoniis, quas mortuis, paganorum ritu, faciebant. Et tum demum regionem noſtram cernere licebat, non, velut barbarorum, deformem atque inconditam, ſed, velut civium, decoram ac benè moratam.

ԳԼՈՒԽ ԻԱ։

Սպանումն Տրդատայ, եղբօր Արշակայ, և երթալ սրբոյն Ներսիսի ՚ի Բիւզանդիոն, և դարձուցանել զպատանդսն։

Սաստիկ, և յոյժ ահաւոր էր ՚ի վերայ անիրաւաց Վաղենտինիանոս, ուստի և զբազում իշխանս վասն

CAP. XXI.

Cædes Tiridatis, fratris Arſacis. Sanctus Nerſes Byzantium proficiſcitur atque obſides reducit.

1 Acerbus admodum atque improbis terribilis erat Valentinianus, adeò ut multos principes propter ra-

յափշտա-

Յափշտակութե̄ սատակեաց, և զՌոդոնոս ներքինապետ՝ այրեաց կենդանւոյն, քանզի՝ երիցս հրամայեալ՝, ոչ դարձոյց զյափշտակութիւն կնոջ միոյ այրւոյ։ Եւ ՚ի նմին աւուր՝ հասեալ այնց հրեշտակաց, զորս ՚ի Հայսն առաքեաց՝, ցասուցեալ առաւել զրուցովն խրոխտալոյն Արշակայ, և վասն զի՝ ՚ի ժամուն յայնմիկ՝ առ ձեռն ունէր զբարկութիւնն, հրամայէ՝ զՏրդատ՝ եղբայր նորա, զհայր Գնելոյ՝ սպանանել, և Թէոդոսի զօրու ծանու՝ ՚ի վր̄ Հայոց դիմել. որոյ հասեալ ՚ի սահմանս Հայոց՝, զարհուրի Արշակ, և առաքէ զն̄ առաջ նր̄ զմեծն Ներսէս՝, որոյ երթեալ, և ՚ի հանդարտութի̄՝ զթագաւորն շրջեալ, մեծարի ՚ի նոցանէ յոյժ. նա և զպատանդսն խնդրեալ, առնու՝, և դառնայ, և կոյս մի՝, անուն Ոլոմպիադայ՝, յազգէ Կայսեր՝, կին ածէ Արշակայ։ Բայց՝ Կայսերն բարերարութիւն արարեալ մանկանն Գնելոյ՝, յաղագս զուր ՚ի նոցանէ մահու հօրն նորա՝ Տրդատայ, տայ նմա զպատիւ հիւպատոսութե̄, և գանձս յոլովս։ Ընդ որ՝ խանդացեալ Տիրիթ, խորհէր նմա չարիս հանապազ, ընպասելով ՚ի դիպօղ աւուր։

pinas morte multaverit, & [1] Rhodanum, Eunuchum ſuum primarium, vivum combuſſerit, quòd ter juſſus viduæ cuidam reddere, quod eripuerat, non paruiſſet. Per idem tempus legati reverterunt, quos in Armenian miſerat; atque arrogantiâ Ar-
2 ſacis auditâ, vehementius incenſus, cum eo ipſo tempore jam ad iram promptus eſſet, Tiridatem fratrem ejus, Gneli patrem interfici imperavit; & Theodoſium cum exercitu magno contra Armenios proficiſci juſſit; qui ubi ad Armeniorum fines pervenit, Arſaces, timore perculſus, magnum Nerſem præmiſit; qui, ut venit, regem placavit, & ab eo honorificè accep-
3 tus eſt; a quò etiam cum [2] obſides repeteret, accepit atque inde rediit, virginem quandam, nomine [3] Olympiadem, ex Cæſaris genere ſecum referens, quæ Arſaci uxor foret. Cæſar autem, quòd patrem ejus Tiridatem temerè necâſſet, beneficia multa in Gnelum juvenem contulit; eíque [4] honorem conſularem detulit, multâque pecuniâ locupletavit. Quæ ægrè ferens Tirithus, perniciem ei machinatus eſt, atque ad id faciendum occaſionem idoneam captavit.

ՊՐԱԿ

[1] Ὁ Θειοτατος Βασιλευς Ουαλεντινιανος πολλους συγκλητικους και αρχοντας Επαρχιων εφονευσεν αδικουντας, και κλ πλοντας και παραδικαζοντας. Και τον Πραιποσιτον του Παλατιου αὐτου, Ροδανον ονοματι, ανδρα δυνατον και ευπορον, και διοικουντα το Παλατιον, ὡς πρωτον οντα Αρχιευνουχον, και εν μεγαλῃ τιμῃ οντα, εποιησε ζωοκαυστον. Chron. Paſchal. p. 301. ubi uberior ſequitur de hac viduâ hiſtoria, ut etiam apud Malalam, part. II. p. 31. & Cedrenum, p. 255. edit. Xylandr.

[2] Vide ſuprà l. III. c. 13.

[3] *Conſtantius accitum Arſacen Armeniæ regem, ſummâque liberalitate ſuſceptum præmonebat & hortabatur, ut nobis amicus eſſe perſeveraret & fidus.* —— *Qui crebrò adjurans animam priùs poſſe amittere quàm ſententiam, muneratus cum comitibus quos duxerat, rediit ad regnum, nihil auſus temerare poſtea promiſſorum, obligatus gratiarum multiplici nexu Conſtantio, inter quas illud potiùs excellebat, quòd Olympiada Ablavii filiam præfecti quondam prætorio, ei copulaverat conjugem, ſponſam fratris ſui Conſtantis.* Ammian. XX. 11. Hîc in eo præter cætera Ammianus à Chorenenſi diſcrepat, quòd Ille Olympiada à Conſtantio Arſaci datam narrat, quam Hic Nerſem à Valentiniano impetraviſſe refert.

[4] Honor hicce Conſularis, qualis fuerit, illud parum intelligimus.

ԳԼՈՒԽ ԻԲ.

Եթէ որպէս եղև խռովութիւն Արշակայ ընդ Գնելոյ, և մահ Տիրանայ.

ԻՍԿ Գնէլ եկեալ յաւանն Կուաշ, որ յոտին Արագածն կոչեցեալ լերինն, առ կուրացեալ հօրն իւր Տիրան, զի ցայնժամ կենդանի էր, և Տիրանայ սգացեալ ողբալով դառնապէս զՏրդատ որդի իւր, զհայր Գնելոյ, իւր զինքն ունելով պատճառս սպանման նորա. վասն որոյ տայ Գնելոյ զամ ինչս իւր, և զկալուածս գիւղից, և դաստակերտաց, և 'ի նմին աւանի 'ի Կուաշ հրամայէ բնակիլ։ Ապա առնու Գնէլ իւր կին, զՓառանձեմ ոմն անուն, յազգէն Սիւնեաց, և թագաւորապէս արարեալ հարսանիս, տայ առատապէս պարգևս ամենայն նախարարացն. որոց հաճեալ ընդ նա, և սիրեալ, ետուն զպատանիս իւրեանց, զորս առեալ, մեծապէս հանդերձեաց զինու, և զարդու, և յաւելին ևս սիրել զնա։ Աստանօր եգիտ Տիրիթ պատճառս քսութեան, և մատուցեալ առ արքայն հանդերձ բարեկամաւ իւրով Վարդանաւ, զինակրաւ արքայի, որ 'ի Մամիկոնեան տոհմէն էր, ասեն, ոչ գիտես զի խորհեալ է Գնելոյ սպանանել զքեզ, զի ինքն փոխանակ թագաւորեսցէ. ահա տես արքայ զնշան իրին, զի բնակեցաւ յԱյրարատ, 'ի կալուածս ձեր թագաւորաց, և սիրտ ամ նախարարացն եղև ընդ նմա. քանզի կայսերքն նուիթելով զայդ, ետուն նմա զպատիւ հիւպատոսութեանդ, և գանձս սաստիկս, որով պատրեաց զնախարարսն։ Երդնույր Վարդան յարեն արքայի և ասէր, իմովք ականջօք լուայ 'ի Գնելոյ զի ասէր, թէ ոչ թողում հօր եղբօր իմում, զվրէժ մահուան հօր

CAP. XXII.

Diſſidium inter Arſacem & Gnelum. Tirani obitus.

1 GNELUS autem in vicum Cuaſum, qui ad radices montis Aragazi ſitus eſt, ad patrem ſuum cæcum Tiranum profectus eſt, qui adhuc ſuperſtes erat. Tiranus verò Tiridatem filium ſuum, Gneli patrem graviter atque acerbè deploravit, cujus necis ſe cauſam fuiſſe putabat; eâque re motus, omnes facultates ſuas ac poſſeſſiones cum pagis villíſque Gnelo muneri dedit, atque in eodem vico Cuaſo ſedes ponere juſſit.
2 Poſt hæc Gnelus mulierem quandam, nomine Pharanſemam, ex gente Syniâ, uxorem duxit, nuptiíſque regio more celebratis, cunctis Satrapis munera làrgè donavit; qui erga eum benevolè affecti, liberos ſuos ei tradiderunt; quos, ubi accepit, armis cæteríſque rebus magnificè apparatéque inſtruxit; atque ita eorum in ſe amorem auxit. Tirithus, anſam inde ad calumniandum nactus, ſimul cum amico ſuo Vardano regis Armigero, qui ex gente Mamiconiâ erat,
3 regem convenit, & "An neſcis, *inquiunt*, Gnelum necem tibi machinari, ut tibi in regnum ſuccedat. " Ecce autem, ô rex, ejus rei indicium; namque in Araratâ in regiis veſtris poſſeſſionibus ſedem poſuit, atque omnium præfectorum animi in eum propenſi ſunt. Atque id ipſum ſanè Cæſares moliebantur, quum illum honore conſulari decorarent, atque ingentes eas divitias donarent, quibus ſatra-
4 pas ad ſe allexit." Juravit etiam

իմոյ,

իմոյ՝, որ վս̄ դորա եղև։ Այսմ հաւատացեալ Արշակ, յղէ զնոյն իսկ Վարդան առ Գնէլ, թէ՝ ընդէ՞ր բնակեցար յԱյրարատ՝, և լուծեր զկարգ հայրենեաց. քանզի՝ սովորութիւն էր յԱյրարատ բնակել միայն արքայի, և որդւոյ նր̄ միոյ՝, զոր փոխանորդ թագաւորին պահէին, և այլոց Արշակունեաց բնակել ՚ի գաւառս Հաշտենից, և Աղիովտից, և Առբերանոյ, հանդերձ ռոճկօք, և մտովք յարքունուստ. և արդ ընտրելի՝ է քեզ, կամ ընդունիլ զմահ, կամ՝ գնալ յԱյրարատոյ՝, և արձակել զուստերս նախարարացդ ՚ի քէն։ զայս լուեալ Գնէլոյ, արար զհրամանս արքայի, և գնաց յԱղիովիտ՝, և յԱռբերանի՝։ Բայց Տիրան՝, հայր նր̄՝, պատգամս խիստս յղեաց՝ առ որդին իւր Արշակ, վս̄ որոյ՝ հեղձամամհ եղև յիւրոց սենեկապետացն՝, ՚ի գաղտնի հրամանէ արքայի, և ՚ի նմին աւանի՝ Կուաշ՝ թաղեցաւ՝, ոչ արժանի եղեալ հարցն գերեզմանաց. թէ արդեօք՝ զփոխարէն Դանիէլի, առն Այ, հատոյց, որովք չափով՝ չափեաց, չափեցեալ եղև, ըստ գրոյն։

Vardanus per [1] ſolem regis, &, "His, *inquit*, auribus eum audivi, "cum diceret, ſe patruo ſuo mortem "patris ſui, cujus ipſe cauſa fuit, "nunquam condonaturum. Arſaces, huic calumniæ fidem habens, eundem Vardanum ad Gnelum mittit, rogatum, "quare in Araratâ habitaret, & morem à majoribus tra-
5 ditum ſolviſſet." Venerat enim in [2] conſuetudinem, ut rex tantùm & unus ex filiis ejus, ſucceſſor regni deſignatus, Araratam incolerent; & cæteri Arſacidæ in provinciis, Haſtenſi, Aliovitiâ, atque Arberaniâ habitarent, eiſque cibaria & ſtipendia ex regiâ gazâ præberentur. "Jam "itaque oportebit, te, eligere, utrùm morte multari, an ab Ara- "ratâ diſcedere & præfectorum fi-
6 "lios dimittere malis." Gnelus, his auditis, regi obtemperavit, atque in Aliovitiam & Arberaniam commigravit. Tiranus autem pater ejus nuncium valdè ſeverum ad filium ſuum Arſacem miſit, ob eámque cauſam á cubiculariis ſuis, clandeſtino regis juſſu, ſuffocatus atque in eodem vico Cuaſo conditus eſt, majorum ſepulchris indignus habitus; ut videatur ſanè Danieli viro illi divino pœnas debitas perſolviſſe; quum, ut in ſacris literis ſcriptum eſt, quâ menſurâ menſus fuerat, eadem ei reddita eſſet.

[1] Ita voces Armeniacæ ſonare videntur; ſed hâc eâdem locutione uſus eſt interpres Armenius, quo in loco Græci *νη την ὑγιειαν* dixêre. Gen. XLII. 15, 16. & vide ſuprà, l. II. c. 18. N° 6.

[2] Vide ſuprà, l. II. c. 7. N° 31.

ԳԼՈՒԽ ԻԳ։

Դարձեալ խանդալ Արշակայ ընդ Գնելոյ, և սպանանել զնա։

ԱՊԱ ելանէ արքայ զԹիկամբք Մասեաց, աւանէ որս յիւրում սիրեցեալ գաւառի Կոգայովտի, և եղեալ որս սաստիկ, ուրախացեալ Արշակ 'ի գինիս, պարծէր, ո՛չ այլոյ ուրուք 'ի թագաւորաց մեռանիլ այնչափ բազմութիւն երէոց 'ի միում ժամու։ Աստանօր նորոգեն զնենգութիւն, Տիրիթ, և Վարդան, ասելով, Գնելոյ բազում երէս քան զայս ունիլ ընդ նոյն աւուրս յիւրում լերինն, որ Շահապիվան անուանի, որ 'ի մայրենի հաւոյն իւրոյ Գնելոյ Գնունւոյ հասեալ էր ց'նա. վ͞ն որոյ առաքէ առ նա հրովարտակ այսպէս։ Արշակ արքայ Հայոց մեծաց, Գնելոյ որդւոյ իմոյ, խնդալ։ Տեսցես տեղիս քաջերէս, 'ի լերինս ծաղկաց զպուրակացիր ջրով, և պատրաստեսցես, զի եկեալ, ը͞ս արժանեաց թագաւորաց հանդիպեսցուք որսոց։ Եւ երագ զհետ հրովարտակին երթեալ Արշակայ, խորհէր, եթէ ոչ ըստ հրամանին գտցէ արարեալ Գնելոյ, պատճառս 'ի վ͞ր եդեալ, իբր թէ չարակնեաց զուրախանալն արքային, կապեսցէ զնա. այլ իբրև ետես, զոր չէր երբէք տեսեալ, այնպիսի պատրաստութիւն որսոց, և բազմութիւն երէոց, խոցեալ խորհրդովք նախանձու, և կասկածանաց, հրամայեաց 'ի նոյն որսին սպանանել զԳնէլ, իբր թէ ընդ խաբս ինչ վրիպական երէոյ կամելով ձգել, նմա պատահեաց նետն. որոյ առեալ զայսպիսի հրաման, վաղվաղակի կատարէ, ոչ այնչափ յաղագս հրամանի թագաւորին; քանզի վ͞ն կամացն Տիրիթայ իւրոյ սիրելւոյ։ Իսկ Արշակայ հանդերձ

CAP. XXIII.

Iterum Arſaces ſimultatem cum Gnelo habet, eúmque interficit.

1 POST hæc rex in partes poſt
Maſim ſitas profectus eſt, ut in
dilectâ ſuâ provinciâ Cogæovitiâ ve-
naretur. Et cum venatio acris ad-
modùm & vehemens fieret, Arſaces,
lætitiæ plenus, inter pocula gloria-
batur, neminem alium ex regibus
uno tempore tantam ferarum multi-
tudinem interfeciſſe unquam. Ibi Tiri-
thus & Vardanus dolos renovant,
dicentes, Gnelum hoc ipſo tempore
longè plures feras in ſuo monte, qui
Sahapivanus appellatur, habere, qui
ab avo ſuo materno Gnelo Genunio
2 ad eum venerat. Literas igitur &
mandata his verbis ad eum mittit.
" Arſaces Armeniæ magnæ rex, [1]
" Gnelo filio meo ſalutem. Conqui-
" rito loca ferarum copiâ abundan-
" tia, inter montes virentes aquíſque
" irrigatos, atque res neceſſarias ap-
" parato, ut, cum adveniam, vena-
" tione regibus dignâ & decorâ fruar."
Ipſe autem Arſaces ſtatim poſt lite-
ras miſſas ſubſequitur, eo conſilio,
ut, niſi Gnelum mandata exequentem
inveniſſet, cauſam criminandi haberet,
eum regis lætitiæ invidere, atque i-
3 deò in vincula conjiceret. At ubi
talem venationis apparatum, qualem
nunquam antè viderat, tantámque
ferarum copiam conſpexit, invidiæ &
ſuſpicionum ſtimulis incitatus, impe-
ravit cuidam, ut Gnelum inter ve-
nandum per dolum necaret, ita ut
ſagitta, quaſi in feram directa, caſu
in eum videretur incidere. Is, ac-

նախա-

[1] Hîc Arſaces Gnelum filium vocat, qui tamen non ipſius ſed fratris filius erat. Sic Abgarus ſuprà, l. II. c. 30. de Nerſe, atque infrà, c. 29. Arſaces de Gratiano loquitur.

Նախարարօքն, իջուցեալ 'ի դաշտ մի Աղիովտի՝ զդին Գնելոյ, թաղեաց յարքունական քաղաքին Զարիշատ, 'ի չքմեղինս եղեալ, կոծ մեծ առնէ:

ceptis hujuſmodi mandatis, ſtatim rem perfecit, non tam ut regis edicto, quam ut amici ſui Tirithi voluntati morem gereret. Arſaces autem ſatrapæque cadaver Gneli in campum quendam Aliovitiæ deduxerunt, atque in urbe regiâ Zariſatâ condiderunt, ingentem luctum præ ſe ferentes.

ԳԼՈՒԽ ԻԴ.

Եթէ՝ որպէս ժպրհեցաւ Արշակ առնուլ զկին Գնելոյ, յորմէ եղև Պապ:

Թէպէտ և Արշակ կարծէր՝ գործել զանխուլ զչարիսն, այն, որ ոչն ծածկի յամենատես ականէն Այ, յայտնի՝ և աշխարհի, առ 'ի մեղուցելոյն պակուցումն, որպէս՝ զմահն Տիրանայ, և Գնելոյ: Քանզի՝ գիտացեալ ամ ուրուք, իմացաւ զայս և մեծն Ներսէս, և անէծ զԱրշակ, և զառիթ սպանմանն, և գնացեալ, նստաւ 'ի սուգ զաւուրս բազումս, ոպ Սամուէլ վս Սաւուղայ: Իսկ Արշակ, ոչ զղջացեալ ապաշաւեաց, այլ անամօթեալ ագահելով 'ի գանձս սպանելոյն, և 'ի ժառանգութիւն, յաւել առնուլ զկին նորին՝ զՓառանձեմ, յորմէ եղև պատանի մի, որ անուանեցաւ՝ Պապ: Այս Փառանձեմ գործեաց՝ և զանլուր, և զանկասկածելի չարիս, և զպարսափման լսելեաց արժանաւորս, անարժանիւ ոմամբ սուտ անուն քահանայիւ, 'ի կենաց դեղն զմահացուն խառնեալ, ետ Ոլոմպիադայ, առաջին կնոջ Արշակայ, և եղոյծ 'ի կենցաղոյս, սակս տիկնութեանն մախանաց: Նոյնպէս և զՎաղինակ տայ Արշակայ սպանանել, և փոխանակ կարգել զիւր հայրն՝ զԱնտիոքոս:

CAP. XXIV.

Quod Arſaces eò audaciæ proceſſerit, ut Gneli uxorem in matrimonium duxerit, ex quâ natus eſt Papus.

1 TAmetſi Arſaces ſe hoc ſcelus
clam atque occultê perfeciſſe
arbitrabatur, tamen Deum celare non
potuit, qui omnia cernit; atque adeò
tum Tirani, tum Gneli cædes in nocen-
tis terrorem mundo patefacta eſt.
Quippe cum cæteri omnes tum magnus
Nerſes eam rem intellexit, qui Ar-
ſacem & cædis autores execratus eſt,
atque in locum quendam ſeceſſit, ubi,
ut Samuel propter Saulum, lamenta-
2 tioni ſe ad complures dies dedit. At
verò Arſacem ſceleris non pænituit,
qui, pudoris expers, atque interfecti
gazis & hæreditati inhians, illud etiam
addidit, qùod uxorem ejus Pharan-
ſemam in matrimonium duxit, ex
quâ filium unum ſuſcepit, cui no-
men erat Papo. Hæc Pharanſema
facinus inauditum atque incredibile
patravit, & quod aures ipſæ refor-
3 midant; namque per ſceleratum quen-
dam, ſacerdotem falſò appellatum,
quum vitæ medicamento venenum ad-
miſcuiſſet, Olympiadi priori 'Arſacis
uxori dedit, atque ita vitâ privavit,
majeſtatis reginæ invida; itidémque
Arſacem perpulit, ut Valinacum ne-
caret, atque in ejus locum patrem
ſuum Antiochum ſubſtitueret.

ԳԼՈՒԽ

ԳՐԱԿ ԻԵ.

Սպանումն Տիրիթայ ։

Իբրև եղև խաղաղութիւն Շապհոյ ՚ի հիւսիսականաց ազգաց, և պարապ առեալ ՚ի պատերազմաց, յայտնեաց զցասումն զոր ունէր առ Արշակ, վասն ոչ նմա, այլ կայսեր հարկելոյ զայնքան ամս ։ Սակս որոյ առաքէ առ նա Արշակ զՏիրիթ, և զնորին սիրեցեալն Վարդան, արժանի պատարագօք, խնդրել զհաշտութիւն ։ Բայց, քանզի քինախնդիր անցելոց մարտից կամեցեալ լինել Շապուհ, ինքն ելանէ պատերազմել ընդ Յոյնս, որոյ աղագաւ խնդրէ զԱրշակ, մեր թագաւոր, հանդերձ ամենայն զօրօքն ընդ իւր լինել ։ իսկ Արշակ ոչ կամեցաւ խուրովլի երթալ, այլ բարուրս եդեալ, առաքէ դոյզն գունդ զկնի Շապհոյ, և իւր բարկացեալ Տիրիթայ, ընկենու զնա ՚ի պատուոյն, որպէս թէ ՚ի նորա հրապուրանաց եղև այն, յաղագս ատելութեանն զոր ունէր առ Յոյնս. և առաւել ևս գրգռէ զարքայ Վասակ, զինակիր նորա, նախանձ պահելով ընդ եղբօրն, վասն աղջկան միոյ հարճի ։ վասն որոյ նախատեաց զնոսա արքայ ամօթալեօք բանիւք և կսկծեցուցանողօք, որոց ոչ կարացեալ տանել այնպիսում վատթարութեան, և պարսաւանաց, դէմ եդեալ, գնացին առ Շապուհ հատուածս. ընդ որ առաւել ևս զայրագնեալ Արշակ, հրամայէ նոյն Վասակայ զհետ կրթել բազմաձեռն գնդաւ, զի, ուր և հասցէ, սպանցէ զնոսա. զոր ոչ հեղգացաւ կատարել Վասակ, թէպէտ և եղբայր նորա էր Վարդան ։ Եւ խնդրեցաւ արիւն անպարտ ՚ի Տիրիթայ ամպարշտէ, ըստ անիծիցն Ներսիսի, և Վարդանայ, ՚ի հարազատէն իւրմէ մեռանիլ յեղբօրէ ։

CAP. XXV.

De Cæde Tirithi.

1 SApores, ubi pacem cum Septen-
trionis populo feciſſet, otium à
bellis nactus, iram apertè oſtendit,
quam in Arſacem conçeperat, quod
non ſibi, ſed Cæſari à tot annis tri-
buta pependiſſet. Ob eam rem Ar-
ſaces Tirithum & amicum ejus Var-
danum cum amplis muneribus ad
eum mittit, qui gratiam ac pacem
peterent. Sapores autem, præterita
bella ulciſci cupiens, adverſùs Græcos
2 in bellum exierat, ac propterea ab
Arſace rege noſtro poſtulavit, ut ip-
ſe cum omnibus copiis ſibi adeſſet.
Arſaces ipſe, ut qui proficiſci nollet, ſe
excuſat, ſed cohortem parvam poſt
ſaporem mittit; & Tiritho iratus,
illum de gradu dejicit, quaſi ex ejus
illecebris hæc res profecta eſſet, prop-
ter odium, quod in Græcos habuit.
3 Iram autem regis Vaſacus armiger
ejus vehementiùs incendit, fratri ſuo
propter concubinam quandam infen-
ſus. Quapropter rex eos magnâ ver-
borum contumeliâ atque acerbitate
objurgavit; quorum infamiam atque
opprobrium quum ferre non poſſent,
ad Saporem transfugere contendunt;
4 eóque majori irâ Arſaces inflammatus,
eundem Vaſacum cum magnâ manu
eos inſequi jubet, atque interimere, u-
bicunque inveniſſet; id quod Vaſacus
impigrè perfecit, quanquam frater ip-
ſius erat Vardanus. Ita ſanguis in-
nocens, pro eo ut Nerſes execratio-
nibus prænunciaverat, ab improbo
Tiritho repoſcebatur, itémque à Var-
dano, qui ab fratre germano interiit.

ՊՐԱԿ ԻԶ։

Պարտութիւն Շապհոյ ՚ի Տիգրանակերտ։

ԱՅԼ Շապուհ գայ հասանէ ՚ի Տիգրանակերտ մեր քաղաք, կան ընդդէմ նր քաղաքացիքն հանդերձ գումարտակ գնդաւն. քանզի Անտիոքոս, նահապետ Սիւնեաց, որ աներ էր Արշակայ, և վերակացու քաղաքին, հրամայեաց աղխել ընդդէմ Շապհոյ։ Եւ ոչ միայն արգել, այլ և ոչ հրեշտակս առաքեաց առ նա, և ոչ զնորայսն ընկալաւ։ և հզօր կռուոյ եղելոյ, զբազումս ՚ի Պարսիցն սպանանէն, և ՚ի պարտութի մատնեալ գնդին Շապհոյ, դառնայ անդրէն ՚ի Մծբին։ Եւ հանգիստ առեալ զօրացն, և արծարծեալ յաշխատութենէն, խնդրէր առնուլ զՏիգրանակերտ, և ոչ թուլացուցին նմա յառաջախաղաց գունդքն, և լրտեսքն, պատաղել զայնու, իբր թէ Յունաց հանդարտիցի գործ։ և Շապհոյ յառաջ անցեալ, գրէ առ նոսա օրինակ զայս։ Մազդեզանց քաջ Շապուհ, արքայից արքայ, Տիգրանակերտեցւոց, որք ոչ ևս էք անուանելոց ՚ի մէջ արեաց, և անարեաց։ Ես կամէի, ՚ի ձէնջ սկսեալ, յամ առաջիկայ քաղաքս խաղաղութե զմուտս առնել. և եթէ դուք Տիգրանակերտեայք, որք առաջին էք, ոչ շահաստանութե ասեմ, այլ ՚ի մուտէ ուղևորութես, ը դէմ կացէք ինձ, ՚ի ձէնջ ուսցին և այլք, զդոյն առնել. այլ ՚ի դարձին իմում, այնպէս բարկութե վանեցից զձեզ, զի կրկին եղիջիք օրինակ խեռեալ ստահակելոց։

CAP. XXVI.

Sapores Tigranocertis pellitur.

1 SApores autem Tigranocertam ur-
bem noſtram pervenit, eíque ci-
ves, coactis copiis, obſtitêre. Quippe
Antiochus Syniorum princeps, qui
Arſacis ſocer, erat, atque urbis præ-
fectus, juſſerat eos contra Saporem ar-
ma capeſſere. Neque ſolùm aditu ar-
cebat, ſed nè legatos quidem ad eum
miſit, nec ab eo miſſos recepit. Ita-
que prælium atrox commiſſum eſt, in
quo complures Perſæ cecidêre, exer-
citúſqueSaporis profligatus, ſe inde Ni-
2 ſibin recepit. Cum verò milites in-
terquieviſſent, & ſe ex labore refeciſ-
ſent, Tigranocertam capere iterum ſtu-
duit; neque tamen legiones, quæ præ-
miſſæ fuerant, nec ſpeculatores, hoc
eum negotio implicari ſiverunt, quaſi
quidem res Græciæ in tranquillo eſſent.
Sapores igitur progrediens, ad eos lite-
3 ras hujuſcemodi ſcribit. Sapores A-
ramazde ortorum fortiſſimus, rex re-
gum, incolis Tigranocertæ, qui de-
inceps neque inter fortes neque inter
imbelles nominandi ſunt. Equidem
conſtitueram, à vobis incipiens, in
omnes circumcircà urbes cum pace ac
4 nobili libertate ingredi. Quód ſi vos,
Tigranocertæ incolæ, qui primi eſtis,
non de regno & dignitate loquor, ſed
quod ad initium profectionis attinet,
mihi eritis adverſati, à vobis alii eti-
am hoc idem facere diſcent. Cum
autem rediero, tantâ vos, præ irâ meâ,
ſtrage perdam, ut contumacibus &
ſeditioſis maximo documento futuri
ſitis.

ԳՐԱԿ ԻԷ։

Եթէ որպէս՝ Արշակաւան շինեցաւ, եւ կործանեցաւ, եւ առաւ Անի։

ԲԱՅՑ Արշակ եւս ժպրհեցաւ անտեղի գործ անմտութեան։ ՚Ի թիկանց կուսէ լերինն Մասեաց, շինէ ձեռակերտ, ժողով մարդկան մեղաւորաց։ Եւ տայ հրաման, որ որ անկեալ անդր բնակիցէ, մի՛ լիցին ՚ի վերայ նորա իրաւունք դատաստանի։ Եւ նոյն ժամայն ծովացեալ լցաւ մարդկութեամբ հովիտն ամ։ Քանզի աւանդառուք, պարտականք, եւ ծառայք, եւ մնասակարք, եւ գողք, եւ սպանողք, եւ կնահանք, եւ այլք այսպիսիք, փախուցեալք անդր անկանէին, եւ ոչ կայր նոցա այց եւ խնդիր։ Եւ բազում անգամ բողոքեալ նախարարացն, ոչինչ լուաւ նոցա Արշակ, մինչեւ առ Շապուհ ունէին զնոցա բողոքս։ Եւ եղեւ ՚ի դառնալն Շապհոյ ՚ի Յունաց, առաքեաց զմի ՚ի սպարապետաց իւրոց, եւ Հայ գունդ ընդ նմա, թէ դէպ լինիցի ունել զԱրշակ։ Եւ նա խոյս ետ ՚ի նոցանէ զկողմամբք Կովկասայ, Վրաց միաբանեալ։ Իսկ սպարապետն Պարսից եկեալ ՚ի Հայս, ՚ի ձեռնտուութենէ նախարարացն, առնու զամուրն Անի, եւ գերէ զամ գանձս արքունի, որ ՚ի նմա, այլ եւ զոսկերս թագաւորացն, ոչ գիտեմ, թէ վասն նախատինս առնելոյ Արշակայ, եթէ վասն հմայից հեթանոսականաց, զոր ապա մաղթեալ նախարարացն, թափեցին, եւ թաղեցին յաւանին Աղձից, որ յոտին Արագածն կոչեցեալ լերին։ Քանզի ոչ գիտացին ընտրել զոսկերս հեթանոսացն, եւ հաւատացելոցն, զի ընդ միմեանս էր խառնակեալ գերողացն, յաղագս այնր ոչ արժանի համարեցան, ՚ի դիրս սրբոցն թաղել ՚ի Վաղարշապատ քաղաքի։ Եւ նախարարացն Հայոց ժողովեալ, դիմեցին ՚ի վեր արքունական

ձեռա-

CAP. XXVII.

Quomodo Arſacavana exſtructa deletâque, atque Anium captum fuerit.

1 PRæterea etiam Arſaces inſaniſſimum opus auſus eſt aggredi. Etenim à tergo montis Maſis oppidum condidit, improborum hominum receptaculum; atque edicto ſanxit, quiſquis ſe eò ad habitandum recepiſſet, nè contra illum leges juráque valerent. Atque illico tota vallis multitudine hominum quaſi redundavit. Nam qui depoſita accipiebant, & qui ex ære
2 alieno laborabant, *Servi*, *Facinoroſi*, Fures, *Sicarii*, *Mœchi* atque his ſimiles illò confugêre, neque de his quæſtio ulla haberi potuit. Et cum ſatrapæ ſæpiſſimè de hâc re vehementiùs expoſtulâſſent, neque eis Arſaces auſcultaret, tandem ad Saporem querelas detulerunt. Sapores itaque, cum
3 ex Græciâ reverteretur, unum ex ducibus ſuis cum cohorte Armeniacâ miſit, qui Arſacem, ſi poſſet, comprehenderet. Ille autem ſe inde ſubduxerat, atque in regionem Caucaſiam ſeceſſerat, ſocietate cum Iberis factâ. Dux verò Perſicus, in Armeniam profectus, adjuvantibus ſatrapis, caſtellum Anium cepit, omnémque gazam regiam, quæ ibi erat, rapuit, & quidem regum etiam oſſa abduxit; utrùm
4 in Arſacis opprobrium, an ad Ethnici augurii uſum, neſcio; quæ poſtea ſatrapæ impetraverunt, atque in vico Alſo, qui ad radices montis Aragazi poſitus eſt, promiſcuè condiderunt. Cum enim neſcirent, quo pacto oſſa Ethnicorum à fidelium oſſibus ſecernere poſſent, ut quæ à ſpoliatoribus fuerant permiſta, ob eam cauſam non digna habi-
5 ta ſunt, quæ in monumentis ſanctorum

ձեռնակերտին՝ Արշակաւանի՝ և հարին զնա սրով սուսերի, յառնէ՛ մինչև ց՛ կին, բաց 'ի տղայոցն ստընդիացեաց. քանզի՝ դառնացեա՛լ էին 'ի վը ծառայից իւրեանց՝, և յանցաւորաց ։ զոր թէպէտ վա՛ղ գիտացեալ մեծին Ներսիսի, ոչ յառաջ՝ քան զկոտորե՛լն՝ ժամանեաց հասանիլ, այլ 'ի կատա՛ր գործոյն հասեալ, եգիտ բաժանեալ զտղա՛յս կոտորելոցն, զի՛, վարեսցեն 'ի գերութեն, ոպ՟ զհեռաւոր թշնամեաց. զորս թափեալ մեծին Ներսիսի՝, հրամայէ կրել որթո՛վք 'ի գոմ մի, և դարմանս, և սնուցօղս նոցին կարգեալ, որք՝ յետոյ անուանեցեա՛լ անուանեցան Որթք՝ այնորիկ աղագաւ ։

apud Valarſapatam reponerentur. Satrapæ autem Armenii, ſimul congregati, in Arſacavanam opificium regium invadunt, eámque delent, omnéſque incolas, tam mulieres quàm viros, præter infantes lactentes, ferro trucidant. Graviter enim contra ſervos ſuos & flagitioſos iſtos irâ exardeſcebant. Et quamvis de hâc re magnus Nerſes ſtatim certior factus eſſet, non tamen
6 priùs venit, quàm cædes patrata fuerat; ſed in exitu rei adveniens, cæſorum infantes ſeparatim poſitos invenit, ut in ſervitutem, tanquam hoſtium longinquorum liberi, abducerentur. Hos magnus Nerſes liberavit, atque in ſtabulum quoddam, vitulis advectos deduci juſſit; eíſque alimenta & nutrices aſſignavit, qui poſtea ob eam rem appellati ſunt, Vituli.

ԳՐԱԿ ԻԸ։

Առումն Տիգրանակերտի՝, և բնաբարձ քանդումն ։

ԻՍԿ՝ Շապուհ եկեալ 'ի Տիգրանակերտ, դարձեալ աղխեցին՝ ընդդիմանալ նմա, և ելեալ 'ի պարիսպն՝, աղաղակէին, Գնա՛ 'ի մէնջ՝ Շապուհ, զի մի՛ չարիս յերկրորդումն ընդ քեզ՝, առաւե՛լ ևս՝ քան զառաջինն՝, անցուցանիցեմք պատերազմաւ. և նա պատասխանեաց, Ո՞վ քա՛ջքդ 'ի Հայոց, որք զանձինս արգելեալ պահէք ընդ պարսպօք Տիգրանակերտի՝, և արտաքս ձա՛յն արկանէք սպառնալեաց. զի՝ քա՛ջ արանց է՝ յընդարձա՛կ, և 'ի դաշտի կռուե՛լ, և կանանց գո՛րծ է՝ արգելո՛ւլ, փակել զինքեանս՝, յերկիւղէ առ հանդերձեալ կռուին. և զայս ասացեալ՝, դարձաւ առ Յոյնսն գերեա՛լս՝ զինուորս, ասէ՝, Թէ՝ ձերո՛վ մարտիւ առից զքաղա՛քս, զամենեսեան զձեզ արարից ազա՛տս՝ հանդերձ ընտանեօք ձերովք. և Պարսկա-

CAP. XXVIII.

Tigranocerta expugnatur, & funditùs deletur.

1 CUM autem Sapores Tigranocertam peteret, ſe iterum incolæ ad reſiſtendum parant; &, conſcendentes murum exclamant, " Diſcede à nobis, Sapor, nè ſecundam " calamitatem tibi inferamus, priore " graviorem. " Quibus ille ita reſpondit, " ô Fortes Armenii, Quid " eſt, cur voſmet intra muros Tigranocertæ includatis, & verba minacia foras emittatis; cum fortium " virorum ſit in aperto campo aciem " conſerere; muliebre verò, præ metu pugnæ, ſe intercludere atque
2 " obſepire. " Hæc locutus ad Græcos captivos, armis inſtructos, reſpexit, &, " Si veſtrâ, *ait*, dimicatione " urbem cepero, vobis omnibus veſtríſque neceſſariis libertatem largiar. " Itaque Perſicos milites ur-

կան զօրուն՝ շուրջ զքաղաքաւն հրամայեաց ընթանալ, և նետիւք խոցոտել զ'ի վ̃ր պարսպին. և Յոյնացն մատուցեալ, բնութե̃բ յեցուցին 'ի պարիսպն զկոչեցեալ էշսն, և այս գործի մեքենայից անուամբ, յերից երից արանց մղելով տարեալ, 'ի ներքուստ անիւովք, և երկսայրաւորք, և կացաւոր մղիչովք փորելով զհիմունսն. և նգահարս աւերեալ զայն, որ 'ի Հայկազնեայն Տիգրանայ հօծեալ, և յարմարեալ որմունք, քակեալ ընկեցին, և հուրս 'ի դրունսն վառեալ. և յամ̃ կողմանց հուր, և քարինք, և նետք, և տէգք ձգեալ լինէին, և խոցոտեալ մերկն, յապուշ դառնային. և 'ի ներքս մտեալ բոլոր զօրն, և ձեռն Պարսկական, ոչ զօրէր բազմախողխող երկաթն արեամբ արբուցանել, մինչև ապառաժ արիւն սպանելոցն լցեալ 'ի հիմունս ծաւալէր. այլ Յունականն ձեռն, 'ի քթթել ական, հրձիգ զա̃մ երկիրն առնէր զփայտակերտսն. և Շապուհ զմնացեալսն 'ի կոտորածէն գերեալ, դառնայ չուէ 'ի Պարս, և հրեշտակս առ որ 'ի Հայս գունդքն էին առաքեալ, ապա ազատ զՍիւնեացն հրամայէ առնել զտոհմն ։

bem celeriter circumire, eóſque qui in muris ſtabant, ſagittis confodere jubet. Græci verò, propiùs accedentes, aſinum, ut appellatur, mœnibus admovebant; quæ eſt machinatio rotis circumacta, à ternis viris impulſa, atque agitata, atque ab inferiore parte uncis atque ancipitibus & roſtratis ſecuribus armata.
3 Ita, ſuffoſſis fundamentis, & perfractis repagulis, muros, qui ab Haicano Tigrane conſtructi ac firmiter compacti fuerant, disjecerunt; ac portas etiam incenderunt. Iámque ignis, ſaxa, tela & haſtæ quoquoverſùs conjiciebantur, incolæque inermes vulneribus confoſſi, obſtupuerunt.
4 Cúmque omnis exercitus in urbem irrupiſſet, Perſicorum militum enſes cruenti non priùs ſanguine ſatiati ſunt, quàm ipſa urbis fundamenta cæſorum cruore redundaret; Græca verò cohors puncto temporis omnia ædificia lignea igni concremavit. Cæterùm Sapores, captis qui ex cæde reſtabant, inde in Perſidem revertit, nunciiſque ad cohortes Armenias miſſis, Syniorum familiam juſſit eſſe liberam.

ԳՐԱԿ ԻԹ.

Յաղագս պատերազմին Արշակայ ընդ նախարարս իւր, և վտարանդի երթալոյն 'ի Բիւզանդիոն ։

Արձեալ յարեան խռովութիւն Շապհոյ 'ի նոյն ազգաց, և խաղաղութի 'ի Յոյնս շրջեցաւ. է սոցա խաղաղութիւն 'ի նոցա խռովութի, և նոցա խռովութի 'ի սոցա խաղաղութէ, որզան վախճան միոյն, միւսոյն լինին սկզբունք. քանզի հիւանդացեալ Վաղենտինիանոս 'ի բերդին որ կոչի Բերգիտոն,

CAP. XXIX.

Arſaces cum ſatrapis ſuis bello decertat. [Nerſes] captivus Byzantium abducitur.

1 TUmultus iterum Sapori ab iiſdem populis concitatur, & pax cum Græcis fuit. Horum tranquillitas illorum tumultui, atque illorum tumultus horum tranquillitati ita ſucceſſit, ut unius finis alterius initium eſſet. Poſtquam enim Valentinianus, in morbum implicitus, apud caſtellum, quod [1] Bergitium appellatur,

[1] Conſulas, ſi libet, Socrat. Hiſt. Eccleſ. IV. 31. Chron. Paſchal. p. 303. Paul. Oroſium, VII. 32. & Aurelium Victorem in *Epitome*.

մՃա

վճարեցաւ ի կենցաղոյս, եղբօրն փո-
խանորդելով զտէրութիւն յետ բարե-
բախտագոյն Վաղէսի, պատերազմաւ
Գոթա՛ցն, յաղթութեամբ դարձին, և սոյն
հետայն առաքեալ զօր 'ի Միջագետս,
և 'ի Հայս, յաղագս տուելոյ զօրուն
յօգնութիւն Շապհոյ. բայց Արշակայ
եկեալ Վրացի գնդաւ, ժողովեալ
զսակաւս և յիւր մտերմաց, և տայ պա-
տերազմ ընդ նախարարսն ընդ այնոսիկ,
խնդրելով զվրէժ ձեռակերտին իւրոյ,
Արշակաւանու. միաբանեալ և նոցա
առաջնորդութեամբ Ներսեհի, որդւոյ
Կամսարայ, ընդդիմանան Արշակայ պա-
տերազմաւ. և հզօր մարտի եղելոյ,
բազումք յերկաքանչիւրոցն անկան 'ի
կողմանցն, քանզի այրք դիպեալ արանց,
ոչ ոք զպարտութիւն յանձն առնոյր:
և մինչդեռ յայսմ էին, հասանին զօրք
Կայսերականք. ապա տեսեալ Արշա-
կայ եթէ թշնամիք են նորա Շապուհ, և
Վաղէս, և իւր նախարարքն, տարա-
կուսեալ յամենեցունց, յղէ առ մեծն
Ներսէս բազում անգամ աղաչելով,
խոստանայր դառնալ յամենայն ճանապար-
հաց չարեաց, և լինել ըստ կամաց նորա,
և ապաշխարել 'ի քուրձ, և 'ի մոխիր,
միայն զի նա եկեսցէ, և արասցէ խա-
ղաղութիւն, և թափեսցէ զնա 'ի ձեռաց
հզօրացն Յունաց. սոյնպէս և 'ի նախա-
րարացն, առէպ առէպ զմիմեանց զկնի,
գային մաղթանքն նորին աղագաւ. նա
և եպիսկոպոսացն ժողով արարեալ
աղաղատանս մատուցանէին, զի մի ան-
փոյթ արասցէ զկորստենէ իւրոյն վի-
ճակի: Ապա հաւանեալ մեծին Ներ-
սիսի, էկն 'ի մէջ նոցա, և արար խաղա-
ղութիւն, լսելով նմա թագաւորին, և նա-
խարարացն, բաց 'ի նահապետէն Ար-
ծրունեաց Մեհրուժանայ, և 'ի նորին
քեռ առնէն Վահանայ Մամիկոնէի,
որք անլսող եղեալ, գնացին առ Շա-
պուհ: Իսկ այլ նախարարքն ամենայն հաւա-

diem obiit ſupremum, frater ejus Valens imperio ſucceſſit, qui, devictis feliciter [2] Gothis, ſtatim in Meſopotamiam atque Armeniam ſubſidio Saporis exercitum miſit. At Arſaces
2 cum Iberorum cohorte, paucíſque, quos collegerat, amicis certis adveniens, cum ſatrapis prælium conſeruit, ut ab iis pro opificio ſuo Arſacavanâ pœnas repoſceret; qui quidem ductu Nerſis, Camſari filii, coacti, Arſaci bello reſtitêre; & pugna fit vehemens, multíque utrinque cecidêre;
3 nam quòd viri cum viris ſunt congreſſi, nemo facilè paſſus eſt ſe ſuperari. Dúmque in eo eſſent occupati, exercitus Cæſaris intervenit. Ita Arſaces tum Saporem, tum Valentem, tum ſuos etiam ſatrapas infenſo atque inimico in ſe eſſe animo intelligens, ab omnibus deſperatus, ad magnum Nerſem nuncium miſit, promittens cum multis precibus ab improbo vitæ curſu ſe omnino diſceſ-
4 ſurum, ejúſque voluntati obtemperaturum, atque in cilicio & inter cineres pænitentiam iniquitatis acturum, ſi veniret modò, & pacem conciliaret, ſéque ex fortium Græcorum manibus eriperet. Satrapæ itidem, aliis poſt alias literis miſſis, idem ſuppliciter petierunt; atque etiam epiſcopi, advocatâ concione, orârunt atque obſecrârunt, ne ſuæ ſortis gregiſque exitium ſperneret, & pro nihilo putaret.
5 Tum demum exoratus magnus Nerſes ſe interpoſuit, pacémque inter regem & ſatrapas conciliavit, qui ei omnes auſcultârunt, extra Mehruzanum Arzeruniornm principem & ſororis ejus maritum Vahanum Mamiconium, qui contumaces ſe ad Saporem contulerunt. Cæteri autem ſatrapæ univer-

սատեցին

[2] Hæc victoria, Valentiniano vivo, accidiſſe videtur, quippe cùm Valentem Imperatorem Gothi pòſt miſerè profligaverint.

տատեցին ուխտ, զի յայնմհետէ թագաւորն վարեսցի ուղղութբ, և նոքա ծառայեսցեն միամտութբ, և այս ՚ի մէջ նոցա։ Եւ առ զօրսն Յունաց երթեալ սրբոյն Ներսիսի, աղաչէր մի ինչ աշխարհիս մեղանչել, այլ առնուլ զհարկս, և զորդի Արշակայ զՊապ, հանդերձ ամ նախարարացն որդւովք պատանդս, և դառնալ։ որում լսող եղեալ քաղցր, և մեծն Թէոդոս զօրավար, դառնայ առ Կայսրն պատանդօքն հանդերձ, ը իւր տանելով զմեծն Ներսէս, թղթով Արշակայ, որ ունէր օրինակ զայս։

ſi pactionem his conditionibus fecerunt, uti rex deinceps munere ſuo rectè fungeretur, ipſique fideliter ei obtemperarent. Atque hæc inter eos
6 acta ſunt. Deinde Sanctus Nerſes ad Græcas copias profectus, orat, ne regioni injuriam faciant, ſed, coactis tributis, & Papo Arſacis filio omnibúſque Præfectorum liberis obſidibus acceptis, quietè revertantur. Cui morem gerens clemens & magnus dux Theodoſius ad Cæſarem cum obſidibus regreditur, ſecúmque magnum Nerſem ducit cum literis ab Arſace in hoc exemplum.

Թուղթ Արշակայ առ Վաղէս։

Արշակ արքայ Հայոց մեծաց, և ամ նախարարք Արամեան ազինս, տեառն իմոյ ինքնակալ Վաղէսի Օգոստոսի, և որդւոյ քում Գրացիանոսի Կայսեր, խնդալ։ Մի՛ դիցէ ինքնակալդ ՚ի մտի, եթէ առ ատել զձեզ նշկահեցաք, կամ իբրև զհզօրս ինչ վարկանելով, արձակեցաք գունդ հէն յերկիր Յունաց. այլ մեծի խռովութեդ, որ ՚ի ձերում միջի շարժեցեալ եղև, գիտակ եղեալ, երկուցեալ ՚ի Շապհոյ, եթէ ոչ ոք թափէ զմեզ ՚ի ձեռաց նր, օգնեցաք նմա դոյզն գնդաւ. այլ ոչ ես ինքն Արշակ եկի ընդ նմա, զմիամտութիւն ձեզ պահելով, վս որոյ աւերեալ գերեալ զաշխարհս մեր, մինչև զոսկերսն անգամ զհարցն բրեաց ՚ի գերեզմանացն. և արդ հաւատացեալ ձեր եղելոցս, զառաջին սէրն առ մեզ հաստատուն պահեցէք, և մեք առ ձեզ մտերիմ հաւատացուք ծառայութի։ Իսկ Վաղէս ոչ զթուղթն ընթերցաւ, և ոչ ետես զմեծն Ներսէս, այլ բացէ ՚ի բաց արտասահմանել զնա հրամայէ, և սրոյ զամենայն պատանդսն մատնել։

Epiſtola Arſacis ad Valentem.

7 Arſaces magnæ Armeniæ rex, cunctíque ſatrapæ Armenii, domino meo imperatori Valenti Auguſto, & [3] filio tuo Gratiano Cæſari ſalutem. Noli, Imperator, in animum inducere, nos odio tui te ſpreviſſe, aut potentiam noſtram oſtentantes, legionem ad prædandum in Græciam miſiſſe ; ſed certiores facti, quantus tumultus inter vos excitatus fuerit, atque ab Sapore
8 metuentes, quòd nemo adeſſet, qui nos ex ejus poteſtate eriperet, parvam manum ei auxilio miſimus. Ipſe verò ego Arſaces unà cum eo proficiſci nolui, fidem vobis datam conſervans ; ob eámque cauſam regionem noſtram uſque adeo devaſtavit & ſpoliavit, ut vel oſſa majorum ex ſepul-
9 chris eruerit. Cùm igitur fidei veſtræ noſmet committamus, vos amorem priſtinum erga nos conſtanter ſervate ; nóſque viciſſim vobis fideliter obtemperabimus & ſerviemus. Valens autem neque literas legit, & magnum Nerſem aſpicere noluit, ſed procul finibus expulit, omnéſque obſides ferro necari juſſit.

ՊՐԱԿ

[3] Atqui Valens non pater, ſed Gratiani patruus erat ; quâ de re vide notas noſtras ad. c. 23. Nº 2. ſuprà.

ԳԼՈՒԽ Լ.

Յաղագս արտաքսման լինելոյ մեծին Ներսիսի, և անկանիլ պատահեալ ՚ի կղզի անբնակ, և թէ՝ որպէս կերակրեալ լինէին ՚ի վերին խնամոցն:

Ի Ժամանակին յայնմիկ՝ էր յաթո՛ռ եպիսկոպոսութեան Բիւզանդացւոց, Հոգեմարտն Մակեդոնիոս: Եւ իբրև՝ ել հրաման արքունուստ, ո՛չ զմի՛ անգա՛մ խաբօղ՝, և դրժօղ արքայի, մատուցեալ առ նա՝ ոմանց ՚ի հերձուածողա՛ց աղանդոյն Արիոսի՝, ասեն. եթէ՝ դաւանես ընդ մեզ, Թափէ զքեզ՝ հա՛յրն մեր Մակեդոնիոս: որում ո՛չ հաւանեալ՝, աքսորեցաւ, ՚ի նաւ ուղի՛ղն լինելոյ՝ ձ̅ն խստաշո՛ւնչ օդոց ձմերայնոցն, ընկեցեալ ՚ի կղզի ի՛նչ անապատ՝, ջարդեաց զնաւն: և նաւորդացն՝ ո՛չ իշխեցեալ՝ մակուկաւն նաւել, մնացին տագնապեալ՝, ուտելով զարմա՛տ անտառին. այլ՝ ՚ի տեսչութենէն Աստուծոյ՝ կերակրեալ լինէին ամիսս ութ ՚ի ձկանց՝, զորս ծով ընկենո՛յր կենդանիս: Բայց՝ Պապայ յանձնառեալ, հանդերձ պատանդօքն, Թափէ Մակեդոնիոս:

CAP. XXX.

De exilio magni Nerſis, qui in inſulam fortè inhabitabilem jactus eſt, ubi divinâ providentiâ ſuſtentatus fuit.

1 EO tempore Epiſcopus Byzantii erat [1] Macedonius, ſpiritûs Sancti oppugnator. Et cum edictum regium adverſùs eum editum eſſet, ut qui imperatorem decepiſſet, ac fœdus fregiſſet, hæretici quidam ex Arii ſectâ eum convenerunt, &, "Si noſtram, *inquiunt*, ſectam ſequeris, pater noſter Macedonius te tuebitur." Quibus cum aſſentiri nollet, in exilium profectus eſt; navémque conſcendit, quæ vehementi hybernâ tempeſtate acta, in inſulam quandam deſertam
2 rejecta eſt, atque confracta. Cúmque Nautæ ſe in ſcaphâ mari tradere non auderent, ibi manſêrunt, miſeriis afflicti, & radicibus ſylveſtribus veſcebantur; ſed divina eos providentia per octo menſes piſcibus aluit & ſuſtentavit, quos mare vivos ejecit. Papum verò conditiones accipientem atque obſides Macedonius conſervavit.

[1] Hoc in loco turpem ſanè Chorenenſis errorem non poſſumus non coarguere. Nam Macedonius, ſine ullâ controverſiâ, imperante Conſtantio, loco fuerat motus, eúmque Eudoxius excepit, qui hoc tempore Conſtantinopolitanus Epiſcopus fuiſſe videtur. Vide Socrat. Hiſt. Eccleſ. II. 42. Sozom. IV. Chron. Paſch. p. 294.

ԳԼՈՒԽ ԼԱ.

Թէ՝ որպէս կոտորեաց Արշակ զամենայն նախարարսն, և վասն՝ վարուց Խադայ եպիսկոպոսի:

Ի Հեռանալ մեծին Ներսիսի, ստեաց Արշակ ա̅մ նախարարաց ուխտին, զոր եդ ընդ նոսա, և խնդրե-

CAP. XXXI.

Quomodò Arſaces Satrapas omnes morte multaverit, & de moribus Chadi Epiſcopi.

1 DUM magnus Nerſes âberat, Arſaces pactionem fregit, quam cum ſatrapis fecerat; atque iram ſu-

աց

աց գքէն ձեռակերտին իւրոյ՝ Արշակաւանու, և կոտորեաց զբազում նախարարս. մանաւանդ զազգն Կամսարականաց բառնայ 'ի միջոյ, չարակնելով ագահէլ յամուրսն Արտագերս, և 'ի քաղաք ոստանի նց Երուանդաշատ. և կոչեալ առ ինքն, 'ի լքեալ արքունիսն Արմաւիր՝, իբր զազգականս իւր՝ 'ի պատճառս պատուոյ, և մեծարանաց, միահաղոյն զարս, և զկանայս, հանդերձ մանկամբքն, հրամայեաց կոտորել։ և ոչ ոք 'ի նոցանէ ապրեցաւ, բայց՝ Սպանդարատ, որդի Արշօրի, քանզի ունէր երկրորդ կին Արշակունի, որ և՝ բնակեցաւ 'ի նորին ժառանգութեն, 'ի կողմանս Տարօնոյ, և Հաշտենից, իբր՝ արտունջ զհօր եղբօրէն եղեալ զՆերսէհէ, որոյ աղագաւ՝ և ոչ 'ի կոտորման նց դիպեցաւ. այլ լուեալ զբօթն՝ հանդերձ որդւովքն՝ Շաւարշաւ, և Գազաւոնաւ, և բոլոր ընտանեօք՝, գնաց փախստական 'ի Յոյնս։ Բայց՝ 'ի գնալն մեծի Ներսիսի 'ի Յոյնս, էր ձեռնադրեալ զսարկաւագն՝ ըզԽադ՝, յեպիսկոպոսութիւն Բագրեւանդայ, և Արշարունեաց, և հաւատացեալ 'ի նա զգործս վերակացութեն ամ աշխարհին՝ ց՛ժամանակ իւրոյ դարձին։ Այս Խադ՝, յամի նմանօղ եղեալ մեծին Ներսիսի, առաւել ևս՝ 'ի տեսչութիւն աղքատաց, որոյ և շտեմարանքն իսկ՝ աղբերացան սքանչելապէս, իբր՝ առ Եղիայիւ, և Եղիսէիւ. և 'ի յանդիմանել զարքայ՝ ահաւոր սաստիկ էր, և աներկիւղ, և ոչ եղև կամագիւտ 'ի նմա Սատանայ, բայց առ միոյ նուագի, զի էր պճնող՝ առ հանդերձս, և ձիասէր. զոր պարսաւեալ՝ այսպանէին փոխանակարժանեալ, որք 'ի նմանէ յանդիմանեալք լինէին, վասն որոյ՝ Թողեալ այնու հետև զպերճագոյն հանդերձսն՝, խարազնազգեստ եղեալ, իշաւ շրջէր, մինչև ց՛օր մահուան իւրոյ։

am explere ſtudens; quam ob opifi-
cium ſuum Arſacavanam conceperat,
complures ſatrapas morte affecit; ac
præcipuè familiam Camſaracaniam,
quam penitus de medio ſuſtulit, caſ-
tellum eorum Artogeraſſam, atque ur-
bem refugii Eruandaſatam invidis ocu-
2 lis contuens. Idcirco eos, tanquam
cognatos ſuos, per ſimulationem ho-
noris ad Armavirum, regiam ſuam ve-
tuſtate jam labentem, ad ſe advoca-
vit, ibíque univerſos, fæminas pariter
ac viros ſimul cum liberis, necari juſ-
ſit. Neque eam cladem quiſquam de-
vitavit, præterquam Spandaratus, Ar-
ſaviri filius, qui uxorem ſecundam, ex
Arſacidarum gente, duxerat, finéſque
Taronios atque Haſtenios incoluit,
3 proptereáque quòd de Nerſe patruo
ejus iratus atque offenſus eſſet, illorum
ſtragi non interfuit; ſed, nuncio au-
dito, cum filiis Savarſio & Gazavone,
omnibúſque ſuis in Græciam confugit.
Magnus autem Nerſes, quando in
Græciam profecturus erat, diaconum
ſuum Chadum Bagrevandæ atque Ar-
ſaruniorum epiſcopum conſtituerat,
eíque regionis totîus procurationem
commiſerat, quoad ipſe revertiſſet.
4 Hic Chadus, magno Nerſi cæteroqui
omnino ſimilis, in curatione tamen
pauperum longè excellebat; cujus hor-
rea, veluti fontes, mirificè copiâ ſca-
tebant, ſicut olim ſub Eliâ atque Eli-
ſæo evenit; atque in rege objurgan-
do vehemens admodùm atque intre-
pidus fuit, neque voluntati Satanæ
omninò obſecutus eſt, præterquam
quòd in veſtitu lautior & ſplendidior,
5 atque equorum cupidior erat. Quæ
ei vitia contumelioſè viciſſim expro-
babant, qui ab eo reprehenſi fuerant;
ob eámque cauſam, depoſito veſtitu
ſplendido, Cilicio deinceps indutus,
atque in equo vectus eſt, uſque ad ſu-
premum vitæ diem.

ԳԼԱԿ

ԳՐԱԿ ԼԲ.

Եթէ որպէս՝ Արշակ հրամայեաց քարշել զերանելին զԽադ՝ և քարկոծել զնա կամէր, սակս յանդիմանութեն իւրոց յանցանաց։

Իսկ եւ 'ի սատակե՛լ Արշակայ զազգն Կամսարականաց, հրամայեաց զդիակունս նց քարշել, և ընկենուլ անթաղ, կերակուր լինիլ շանց. և ինքն, ոպ մեծաւ յաղթութբ պսակեա՛լ, բարեկենդանութե կատարէր աւուրս, կուտե՛լ մըթերել զնոցայն հրամայելով՝ համբերս. զորոց պեղեալ երկուց խորս, յոյժ քաջախորս, և սաստկապէս լայնս, որ 'ի շինին Նախճաւանին բերին սայլովք նոցին աւանի։ Իսկ սայլորդացն տեսեալ զոսկե՛րս մարդկան գազանակուր եղելոց՝ ցրուեալս առ եզերբ փոսին, հարցեալ ուսան՝ իւրեանցն լինիլ տերանց, հաւաքեալ 'ի սայլսն՝ ներքոյ եղեգանն, բերեալ՝ թաղեցին 'ի նոյն խորս. զոր զգացեալ Արշակայ, հրամայէ զսայլորդսն 'ի վր խորոցն կախե՛լ զփայտէ։ Բայց Խադայ ոչ պատահեալ յառաջնում նուագին, այսու ժամու հասանէ, և սկսեալ կշտամբէ զարքայ՝ բանիւք յանդիմանութե. հրամայեաց Արշակ քարշե՛լ զնա, և քարկոծ առնել։ և քանզի էին դստերաց նր տագերք 'ի մեծ նախարարութեցն, 'ի կորովի, և 'ի քաջ ազգէն Ապահունեաց, սուսե՛ր հանեալ, կիսախողխող զքարշօղսն առնէին, և յափշտակեալ զԽադ 'ի ձեռաց նոցա, յիւրեանցն գնացին գաւառ. Եւ Արշակայ ոչ 'ի հակառակս մտեալ, ողղէր, զի մի խռովութի ամ նախարարացն յուզեսցի։

CAP. XXXII.

Quomodo Arſaces beatum Chadum rapi & lapidibus obrui juſſerit, propter ſuorum vitiorum reprehenſionem.

1 ARſaces autem, ubi gentem Camſaracanium delevit, cadavera eorum rapi atque inſepulta projici imperaverat, ut canibus cibo eſſent. Ipſe verò, quaſi de magnâ victoriâ triumpharet, voluptatibus tempus impendit, & facultates eorum & copias congregari reponíque juſſit. Eas igitur incolæ Naxuani, ſuffoſſis duabus foveis, valdè profundis ac latis, in vi-
2 cum ſuum plauſtris deportabant. Aurigæ autem, oſſa hominum à feris comeſorum per oras foſſæ diſperſa ubi conſpexerunt, & ſuorum eſſe dominorum percontando compererunt, in plauſtris ſubter calamos collecta poſuêre, atque in eiſdem foveis ſepelivêre. Quod ubi Arſaces reſciit, aurigas illos ſupra foveas de arbore ſuſpendi juſſit. Chadus verò, qui antea non adſuit, hoc tempore intervenit, atque acerbiùs in regem invehi cœpit;
3 quem ideò Arſaces rapi & lapidibus obrui imperavit. Cum autem filiarum ejus ſoceri ex ſatrapis erant, atque ex nobili Apahuniorum gente orti, gladiis diſtrictis, eos, qui rapuerant, vulnerârunt, & Chadum ex illorum manibus eripuerunt, atque in ſuam ſe provinciam receperunt. At Arſaces delituit, obſiſtere non auſus, ne omnium præfectorum ſeditio oriretur.

ԳԻՐՔ ԼԳ.

Յաղագս թագաւորելոյն Թէոդոսի մեծի, և ժողովոյն՝ որ եղև վասն հոգեմարտին։

ԱՅՍ՝ Վաղէսի կայսեր, ըստ արժանի անօրէն իւրոց խորհրդոց, զյաւիտենական գեհենին աստէն բերելով զօրինակ, հրկէզ եղեալ յԱնդրիանուպօլիս՝ սատակեցաւ, և առնու զթագն Թէոդոս։ Սա՛ քակեաց զմեհեանս կռոցն՝ մինչև յատակս, զփակեալսն միայն 'ի սրբոյն Կոստանդիանոսէ, զանուանեալսն՝ Արեգական, և Արտեմեայ, և Աֆրոդիտեայ 'ի Բիւզանդիոն. աւերեաց նոյնպէս՝ և զտաճարն Դամասկոսի, և արար եկեղեցի, նոյնպէս՝ և զտաճարն Իլիու քաղաքի, զԼիբանոսին զմեծ՝, և զհռչակաւոր, զերեք քարեանն։ Սա՛ դարձոյց զա̄մ հարս ս̄բս, որք՝ յաղագս ուղղափառութեան՝ արտասահմանեալք էին և 'ի մետաղս. ընդ որս՝ և զմեծն Ներսէս՝, ածեալ առ իւր 'ի Բիւզանդիոն՝, պահէ մեծաւ պատուով, մինչև ճշմարտութեան ստուգեցաւ հաւատ՝, որք՝ յաղագս ամբարշտին Մակեդոնի հայհոյութեցն, զի՝ ոչ տ̄ր խոստովանէր զՀոգին Ս̄բ, և ոչ երկրպագելի՝, և փառաւորեալ ընդ Հօր, և ընդ Որդւոյ. այլ՝ օտար յԱ̄յ բնութենէն, և ստացական, և պաշտօնեայ, և ազդումն ինչ, և ոչ էութիւն

CAP. XXXIII.

De regno Theodoſii magni, & concilio propter Spiritûs ſancti oppugnatores convocato.

1 VAlens Cæſar autem, ſempiterni
ignis etiam hîc exemplum præ-
bens, pro eo ac impia ſue conſilia me-
ruêre, Hadrianopoli [1] combuſtus pe-
riit; & Theodoſius regnum accepit.
Is ſimulachrorum fana apud Byzan-
tium, Soli, Dianæ, & Veneri ſacra,
quæ ſanctus [2] Conſtantinus tantùm
occluſerat, funditùs evertit; ſpoliavit
item templum Damaſci, atque in eccle-
2 ſiam convertit; idémque fecit templo
Libani ad Heliopolin, maximo, ce-
lebratiſſimo, & ternis lapidibus con-
ſtructo. Is omnes ſanctos patres, qui
ob rectam fidem expulſi & ad me-
talla damnati fuerant, ab exilio revo-
cavit, atque in eis magnum Nerſem
Byzantium ad ſe reduxit, atque in
magno honore habuit, donec tandem
veram ac rectam fidem de impiâ Ma-
cedonii ſententiâ compertam & cog-
3 nitam haberet, qui Spiritum ſanctum
neque dominum eſſe confeſſus eſt, neq;
cum patre & filio veneratione ac glo-
riâ proſequendum; ſed diverſum à Dei
naturâ, creatum, miniſtrum, atque
energiam quandam, non autem eſſen-
4 tiam perſonalem. Itaque ad urbem

անձ-

[1] Conſulas Ammian. Marcellin. XXXI. 13. Socrat. Hiſt. IV. 38. Sozomen. VI. 40. Theod. IV. 36. & Zoſimum. lib. IV.

[2] *Κωνςαντινος ὁ αοιδιμος, βασιλευσας, τα ἱερα μονα εκλεισεν, και τυς ναυς των Ἑλληνων. Ουτος ὁ Θεοδοσιος και καταλυσεν Και το ἱερον Ηλιυπολεως τι τυ Βαλανιυ, το μεγα και περιβοητον, και το τριλιθον, και εποιησεν αυτο Εκκλησιαν Χριστιανων.* *Chron. Paſchal.* p. 303. *edit. Pariſiens.* Cl. Holſtenius in ſuis ad Stephanum Byzantinum notis vocem hanc Βαλανιυ pro numine aliquo accipit, in eâque Beli ſive Baal, i. e. *Solis* nomen latere putat; cujus ſententiæ accedit vir eruditus, qui nuperrimè de hoc loco diſceptavit, & ΒΑΑΛ ΗΛΙΟΥ, vel ΒΑΑΛ ΔΙΟΥ ſcribendum exiſtimat; quæ quidem conjectura ſatis veriſimilis videtur, quum urbs ipſa Heliopolis nunc *Balbec* appelletur. Quòd ſi huic Chorenenſis loco fides habenda ſit, pro Βαλανιυ reponendum eſt Λιβανυ; atque hæc emendatio, ut certè ſimplicior, ſic fortaſsè vero propior eſt, quum Heliopolis urbs fuerit Syriæ, ad Libanum ſita. *Οι την προς τῳ Λιβανῳ Ηλιυπολιν, και την Αρεθυσαν της Συριας οικυντες.* Sozomen. Hiſt. Eccleſ. V. 10. Cellar. Geograph. III. 12. p. 268. Vide etiam Malal. Chron. part. II. p. 10. Theodorit. Hiſt. Eccleſ. V. 21.

անձնաւոր։ Եւ ժողովեալ սբ հարքն, ’ի թագաւորեալն Բիւզանդիոն, Դամասոս Հռոմայ, Նեքտառիոս Կոստանդնուպօլսի, Տիմոթէոս Աղեքսանդրի, Մելիտոս Անտիոքու, Կիւրղոս Երմի, Գրիգոր Նիւսիա, Բասիլիոս Կեսարու, Գրիգորիոս Նազիազու, Անփիլաքսիոս յԻկոնիու, և այլք եպիսկոպոսք միանգամայն հարիւր և յիսուն հարք, որք նզովեալ մերժեցին զՄակեդոնն, և զամենայն հոգեմարտս։

regiam Byzantium congregati ſancti [3] patres, Damaſus Romanus, Nectarius Conſtantinopolitanus, Timotheus Alexandrinus, Melitus Antiochenus, Cyrillus Hieroſolymitanus, Gregorius Nyſſenus, Baſilius Cæſarienſis, Gregorius Nazianzenus, Amphylaxius Iconienſis, aliíque epiſcopi ad centum omninò & quinquaginta patres, Macedonium omneſque Spiritûs oppugnatores execrati ſunt, atque ex eccleſiâ ejecêre.

[3] Concilium hoc Conſtantinopolitanum habitum eſt A. D. 381. de quo, qui plura volet, adeat Baronium ad eum annum, & Cavium in Hiſt Literar. vol. II.

ԳԼՈՒԽ ԼԴ։

Ակամայ երթալ Արշակայ առ Շապուհ, և անդարձ լինիլ։

ԴԱՐՁԵԱԼ պարապ առեալ Շապհոյ ’ի պատերազմացն, առաքէ ’ի վր Արշակայ, զԱլանայ Ոզան ոմն Պալհաւիկ, հզօր գնդաւ, որ էր ազգակից Արշակայ. իսկ Արշակ թափուր ’ի բազմացն մնայր նախարարաց, որոց ձեռն տուեալ Ալանայ Ոզանն, կամաւ երթային առ Շապուհ, տաղտկացեալք յիւրեանց տեառնէն Արշակայ. և մեծարեալք ’ի Շապհոյ, դառնային յաշխարհս մեր։ Ուստի տարակուսեալ Արշակայ, յղէ պատգամ առ իշխան զօրուն Պարսից, Եթէ դու, արիւն իմ, և հարազատութիւն, ընդէ՞ր այդպիսեաւ վարես զիս ջերմութեամբ. թէպէտ և ակամայ զգալուստ քո գիտեմ, ոչ կարացեալ այլթաքել զհրաման Շապհոյ, գալ ’ի վր քո ազգականիս. այլ արդ թուլացո ինձ ղօղել ուրեք վայրկեան մի ժամանակի, մինչև ոգի առեալ, կարացից անցանել յերկիրն Յունաց. և դու կալցես զաշխարհս, և բազմաց յինէն հանդիպիցիս բարութեց, ոչ արդարև ’ի մտերիմ հարա-

CAP. XXXIV.

Arſaces invitus proficiſcitur ad Saporem, neque poſtea unquam revertit.

1 SApores, iterum à bello otium nactus, Alanum quendam Ozanum, Balhavenſem, qui erat Arſacis cognatus, cum validâ manu adverſùm Arſacem mittit. Arſaces autem à pleriſque ſatrapis deſertus eſt, qui Alano Ozano opitulati ſunt, & ſe ad Saporem lubenter contulêre, ab domino ſuo Arſace faſtidio quodam abalie-
2 nati; atque ab Sapore honorificè recepti, ad regionem noſtram revertêre. Igitur Arſaces, ſuſpenſus atque ſollicitus, ad Perſici exercitûs imperatorem legationem mittit. "Cum tu conſanguineus meus & cognatus ſis, quid eſt, "our me tam vehementer inſecteris "atque exagites? quanquam te quidem invitum veniſſe ſcio, quòd Saporem, ut adverſùs cognatos tuos "proficiſcaris, imperantem eludere
3 "non potueris. Jam verò ſine me ad "punctum temporis alicubi delitеſcere, dum, refectis viribus, in Græciam aufugere potero. Tu verò "regionem obtinebis, multáque à me

պատէ ։

զատէ ։ Դարձուցանէ Ալանայ Ոզան Արշակայ այսպիսի պատասխանիս, ասէ, Թէ դու ոչ խնայեցեր յազգայինսն մեր Կամսարականսն, որք առաւել քան զիս էին քեզ հարազատագոյնք, դենի ձերոյ մասամբ, և աշխարհաւ համաբնակաւ. զի՞արդ յինէն ակնկալես ակն ՚ի քեզ խնայել, հեռացեալ յինէն դենիւ, և բնակութբ. և որպէս օրինակաւ ես, ՚ի քոյին յուսալից բարիս, որ անյայտ է՝ թէ առից՝ զգտեալսն յիմմէ թագաւորէն կորուսանիցեմ։ Ապա այնուհետև Արշակ յոյժ նեղեալ, յոչ կամաց երթայ առ Շապուհ, և ՚ի պահեստի լինի ՚ի նմանէ. և բռնութբ հարկաւորեալ, գրէ՝ զի Փառանձեմ կին նր, ՚ի դուռն եկեսցէ. և Շապուհ հրամայէ ամենայն մեծամեծացն, զի ընդ Փառանձեմայ եկեսցեն ։

" beneficia accipies, ut à vero ac fi- " do consanguineo." At Alanus Ozanus reſponſum hujuſmodi Arſaci reddidit. " Quandoquidem Tu, *in-* " *quit*, Camſaracaniis cognatis noſtris " non peperciſti, qui tibi conſangui- " nitate multò erant, quam ego, pro- " pinquiores, atque adeò eandem ſec- " tam ſequebantur atque eandem re-
4 " gionem incolebant. Quomodo ex- " pectare & ſperare potes, fore, ut " vobis parcam, tum religione, tum " habitatione à me remotis. Et " quamobrem, dubiis tuis atque in- " certis beneficiis fretus, ea perderem, " quæ ab rege meo acceperim." Tum demum Arſaces, in ſummas anguſtias adductus, ad Saporem invitus adit, atque ab eo in cuſtodiam traditur. Coactus etiam eſt ad Pharanſemam uxorem ſuam ſcribere, ut ad aulam regiam veniret; imperavítque Sapores, ut cuncti ſatrapæ cum Pharanſemâ ſimul venirent.

ԳՐԱԿ ԼԵ.

Յաղագս չարեացն Շապհոյ, որք անցին ՚ի Հայս, և մահն Արշակայ ։

ԻԲՐԵՒ գիտացին նախարարք Հայոց, այնք որոց յառաջագոյն քան զԱրշակ ձեռս տուեալ էր ՚ի Շապուհ, արքայ Պարսից, եթէ՝ և զնոցա կանայս խնդրեալ է, իբրև զայնց՝, որք առ Արշակայն էին միամիտք. և զայն ևս տեսին, եթէ գնաց Ալանայ Ոզանն, և գունդ փոքր է, որ յաղագս այնորիկ եկեալ է, միաբանեալ, հալածեցին զնոսա, և իւրեանց առեալ զկանայս, և զորդիս, փախեան յաշխարհն Յունաց. Նա և ոչ դշխոյն Փառանձեմ գնաց ՚ի

CAP. XXXV.

De calamitatibus, quas Sapores Armeniæ importavit, & de morte Arſacis.

1 UBI ſatrapæ Armenii, ii qui ſe priores, quàm Arſaces, Sapori Perſarum regi tradiderant, tam ſuas uxores repoſci intellexêre, quàm eorum, qui ſe cum Arſace conjunxerant; atque illud etiam animadvertêre, Alanum Ozanum diſceſſiſſe, copiáſque ad eum finem miſſas numero eſſe perpaucas, factâ conſpiratione, eas pepulerunt, ductíſque ſecum conjugibus & liberis, in Græciam profugerunt.
2 Nec verò Pharanſema regina, vocatu mariti ſui, profecta eſt, ſed ſe cum

կոչ

կոչ ա[illegible]կուրոյ, այլ՝ հանդերձ գան-
ձիւք՝ անկաւ յամուրն Արտագերից,
լուր առնելով առ որդին իւր Պապ,
յուսայր ապրել ՚ի ձեռաց արքային
Պարսից․ ընդ որ զչարեալ Շապուհ,
կապէ զոտս Արշակայ երկաթեղէն
շղթայիւք, և տայ տանել յերկիրն
Խուժաստանի՝ յանյուշն կոչեցեալ
բերդ, և զօր բազում գումարեալ ՚ի
ձեռն Մեհրուժանայ Արծրունւոյ, և
Վահանայ Մամիկոնէի, ուրացողաց Ք-
Քի, արձակէ յաշխարհս Հայոց․ որք
եկեալ, նստան շուրջ զբերդաւն Ար-
տագերից, և թէպէտ ոչ ինչ կարէին
առնել, վն անմատչելի ամրութեանն,
բայց, զի բարկութիւն Այ էր ՚ի վր Ար-
շակայ, մարդիկք ամրոցին ոչ անսացին
մնալ համբաւուն Պապայ, այլ՝ անձն-
ատուրք եղեն ՚ի կամաց, և ոչ ՚ի
բռնութենէ․ զորս գերեալ հանդերձ
գանձիւք, և տիկնաւն Փառանձեմաւ,
խաղացուցին յԱսորեստան, և անդ ընդ
սայլի ցից հարեալ, սատակեցին։ ՚Ի
նմին ժամու՝ եհաս հրաման ՚ի Շապ-
հոյ յարքայէ, զի քանդեալ՝ աւերեսցեն
զամ ամրութի քաղաքաց, և զՀրէայսն
խաղացուցանել ՚ի գերութիւն․ և զայն
Հրէայսս, որք նովին օրինօք կային ՚ի
Վան, Տոսպայ, զորս ածեալ էր Բա-
գափրանայ Ռշտունւոյ՝ յաւուրս
Տիգրանայ, զորս բնակեցոյց Շապուհ
յԱսպահան։ գերեցին և զայն Հրէայս,
որք յԱրտաշատ, և ՚ի Վաղարշապատ,
զորս ածեալ էր նոյն Տիգրանայ արքայի,
որք յաւուրս սրբոյն Գրիգորի, և Տրդա-
տայ հաւատացեալ էին ՚ի Քս․ Ը որս

thesauris in [1] Artogeraſſam caſtellum recepit, filiúmque ſuum Papum de eâ re certiorem fecit, in eam ſpem inducta, fore ut ab rege Perſarum liberaretur. Quâ re Sapores incenſus, compedibus ferreis Arſacem conſtrinxit, atque in regionem Chuzaſtaniæ ad caſtellum, ut vocatur, [2] oblivionis ab-
3 legavit, exercitúmque magnum per Meruzanum Arzerunium, & Vahanum Mamiconium, qui Chriſtum abnegaverant, comparavit, atque in Armeniam miſit. Qui cum veniſſent, caſtellum Artogeraſſam obſederunt; & quanquam nihil agere potuêre, quòd ita munitum erat, ut adiri non poſſet, tamen, quia ira Dei in Arſacem imminebat, incolæ caſtelli expectare noluerunt, dum nuncius à Papo rediret, ſed ſe ſuâ ſponte, nullâ vi coacti, [3]
4 dediderunt. Quos ſimul cum theſauris ac reginâ Pharanſemâ in Aſſyriam deportavêre, ibíque ſub plauſtro palis alligatos morte affecêre. Per idem tempus edixit rex Sapores ut omnia oppidorum munimenta disjicerentur, atque ut Judæi in exilium abſtraherentur. Captivos igitur duxerunt, tum Judæos Vani & Toſpæ, qui in eâ-
5 dem lege permanſerant, quos [4] Bazaphranes Reſtunius, temporibus Tigranis, adduxerat, quos Sapores in [5] Aſpahano collocavit; tum eos quoque Judæos, qui Artaſatam & Valarſapatam incolebant, quos idem rex Tigranes induxerat, qui temporibus

և

[1] *Mandârat* [Sapores] *ut Artogeraſſam intentiore curâ exſcinderent, oppidum muris & viribus validum, quod theſauros & uxorem cum filio Arſacis tuebatur.* Ammian. Marcellin. XXVII. 12.

[2] Το της Ληθης φρουριον memorat Procopius, de Bell. Perſ. I. 5. atque etiam ibidem Arſacis Armenii regis hiſtoriam ſatis inſignem refert, qui quidem, utrum idem hic Arſaces fuerit, necne, illud addubitamus. Hujus etiam caſtelli mentio fit, apud Agathiam, lib. IV. & Cedrenum, p. 325. edit. Xylandr.

[3] *Cum omni pondere multitudinis Artogeraſſam circumſeptam, & poſt varios certaminum caſus laſſatis defenſoribus, patefactam* [Sapores] *incendit; Arſacis uxorem erutam inde cum theſauris abduxit.* Ammian. Marcellin. XXVII. 12.

[4] Vide ſuprà, lib. II. c. 17.

[5] Ita etiam nunc appellatur urbs Perſidis præclariſſima, quæ quidem utrùm hoc in loco intelligatur, an tam antiqua ſit, illud omninò ignoramus.

և զԶուիթայ երէց Արտաշատու, և մատուցեալ առ Շապուհ Մեհրուժանայ, չարախօսեաց զԶուիթայ իրիցու Արտաշատու, եթէ յայն սակս եկն ը̄ գերեալսն, զի խրատեսցէ զնոսա, պինդ ունել զհաւատսն Քրիստոնէութե̄. վ̄ն որոյ չարչարել զԶուիթայ հրամայեաց Շապուհ, զի թողցէ զօրէնս Քրիստոնէութե̄, որում ոչ հաւանեալ, կատարեցաւ: Զայս ա̄մ աղէտս թշուառութե̄ տեսեալ Արշակայ, Սաւուղաբար անձինն արար, որ թագաւորեաց ամս 30.

ſancti Gregorii & Tiridatis fide in Chriſti ſecuti fuerant; atque in his Zuitham Artaſatæ Sacerdotem; Meruzanus autem, ad Saporem accedens, Zuitham Artaſatæ ſacerdotem criminatus eſt,
6 propterea illum cum captivis una veniſſe, ut hortaretur eos ad fidem Chriſti firmè conſervandam; ob eamque cauſam Zuitham Sapores cruciatu affici juſſit, ut chriſtianam fidem deſereret, quo nequaquam inductus, periit. Has omnes calamitates & miſerias cernens [6] Arſaces, ſicut Saulus, mortem ſibi ipſe conſcivit, cùm regnâſſet annos triginta.

[6] *Rex verò Perſidis longævus ille Sapor — injectabat Armeniæ manum, ut eam, velui placitorum abolitâ firmitate, ditioni jungeret ſuæ. Et primò per artes fallendo diverſas, nationem omnem renitentem diſpendiis levibus affligebat; ſollicitans quoſdam optimatum & ſatrapas, alios excurſibus occupans improviſis. Dein per exquiſitas perjuriiſque miſtas illecebras captum regem ipſum Arſacem, adhibitúmque in convivium juſſit ad latentem trahi poſticam, eúmque, effoſſis oculis, vinctum catenis argenteis, quod apud eos honoratis vanum ſuppliciorum æſtimatur eſſe ſolatium, exterminavit ad caſtellum Agabana nomine, ubi diſcruciatus cecidit ferro pænali.* Ammian. XXVII. 12. In hâc hiſtoriâ Ammianus à Chorenenſi longè diſcrepat, etſi idem Arſaces ab utroque videtur intelligi. Nam præter alia quædam, quæ ex notationibus noſtris animadverti poſſunt, hæc omnia ſub Valente accidiſſe ſcribit Ammianus, quæ in Theodoſii tempora confert Chorenenſis; cujus tamen errorem atque inſcitiam, quàm fraudem & malitiam æquius eſſet criminari. Utcunque eſt, de ipſo Chorenenſi parum, de veritate magis ſolliciti, teſtimonia utrinque candidè in medium protulimus, id quod in omnibus facere ſtudemus, ut lector æquus atque eruditus, errore rejecto, veritatem amplecteretur.

ՊՐԱԿ ԼԶ:

Անցք ընդ մեզ չարեացն, որ 'ի Մեհրուժանայ, և թագաւորել Պապայ:

ՅԵՏ մահուանն Արշակայ, գումարեալ Շապուհ զօր բազում 'ի ձեռն Մեհրուժանայ, և արձակէ 'ի Հայս, և 'ի նմա հաւատայ զաշխարհս. և տուեալ նմա կին զքոյր իւր զՈրմզդուխտ, և հրովարտակաւ բազմաց շինից, և դաստակերտաց 'ի Պարսից աշխարհին, և խոստացաւ նմա տալ զթագաւորութիւն Հայոց, միայն թէ զնախարարսն նուաճեսցէ, և 'ի դէն Մազդեզանց զաշխարհն դարձուսցէ. Որոյ յանձն առե-

CAP. XXXVI.

De malis, quæ à Meruzano paſſi ſumus, & de Papi imperio.

1 MOrtuo Arſace, Sapores exercitum magnum per Meruzanum cogit, atque in Armeniam mittit, cui etiam etiam regionem commiſit; eíque ſororem ſuam Ormizduchtiam in matrimonium dedit, multóſque vicos & pagos Perſicos edicto aſſignavit, regnúmque etiam Armeniæ ei pollicitus eſt, ſi ſatrapas modò in ditionem redegiſſet, atque ad religionem Ara-
2 mazdis regionem perduxiſſet. Quæ cùm ſe facturum recepiſſet, huc venit,

այ,

աւ, և եկեալ, զբազում նախարարաց
կանայս կալեալ, 'ի բերդս տայր պա-
հել, զդարձ արանցն յուսալով, և զամ
կարգ Քրիստոնէութեան ջանայր խա-
փանել, զեպիսկոպոսունս, և զքահա-
նայս՝ հարկաց պատճառաւ՝ կապեալ,
յերկիրն Պարսից տայր տանել. և զոր
միանգամ գիրս գտանէր, այրէր, և
հրաման տայր՝ մի՛ ուսանիլ դպրութիւն
Յունարէն, այլ՝ Պարսիկ, և մի՛ իշխես-
ցեն՝ խօսիլ Յոյն, կամ թարգմանել.
այսպիսի՛ ինչ պատճառաւ՝ զի ամենև-
ին մի լիցի Հայոց ընդ Յոյնս ծանօթու-
թիւն, և հաղորդութիւն սիրոյ, բայց՝
ճշմարիտ խափանել զՔրիստոնէու-
թեան ուսումն. զի յայնժամ գիր
դպրութեան Հայոց՝ չև՛ ևս էր լեալ, և
Յունականաւն՝ կարգք եկեղեցւոյ վա-
րէին։ Արդ՝ իբրև լուաւ մեծն Ներ-
սէս զչարիսն, որք հասին 'ի վերայ Հայոց,
և զմահն Արշակայ, աղաչեաց զինքնա-
կալն Թէոդոս, խնդրելով 'ի նմանէ
օգնականութիւն, և թագաւորեցու-
ցանել զՊապ, որդի Արշակայ, և
ընդ նմա գումարեաց զօր բազում 'ի
ձեռն ստրատելատին մեծի Տերենտի-
անոսի, և մեծին Ներսիսի՝ առեալ զամ
նախարարսն, որք կամակից էին ընդ
տէրութեան Պարսից, և որք ոչն, և
զապրեալն Կամսարական Սպանդարատ,
միաբանութեամբ ածէ զՊապ յաշխարհս
Հայոց։ և եկեալ՝ գտանեն զամբա-
րիշտն Մեհրուժան՝ պետացեալ կա-
լեալ զաշխարհս Հայոց, և հալածական
արարեալ, յինքեանս թափեն։ Բայց
Մեհրուժան հրամայէ պայկացն զբեր-
դից պարսպաց կախել զկանայս նա-
խարարացն, մինչև մեռցին, և թողուլ
նոյնպէս 'ի կախաղանին զդիակունսն, զի
լուծեալ անկցին՝ գէշ՝ կերակուր լինիլ
թռչնոց։

multorúmque principum conjuges com-
prehendit, atque in caſtella incluſit,
maritos ita reduci poſſe ſperans; om-
néſque chriſtianorum ritus abolere ſtu-
dens, epiſcopos & ſacerdotes per ſi-
mulationem tributi in vincula conjecit,
& in Perſiam miſit; quoſcunque eti-
am offendebat libros, incendit, ſanx-
ítque ne quis Græcis literis, ſed Per-
ſicis, inſtitueretur, neve Græcè loqui
3 vel interpretari auderent, per ſpeciem
quidem omne Armeniorum cum Græ-
cis commercium & communionem tol-
lendi, ſed re verâ ad chriſtianam doctri-
nam impediendam; necdum enim cha-
racteres Armeniaci erant inventi, ſed
Græcis literis eccleſia utebatur. Cæ-
terùm poſtquam magnus Nerſes de
malis, quæ Armeniis acciderant, & de
morte Arſacis audivit, ab imperatore
Theodoſio auxilium petiit ad Papum
4 filium Arſacis regem faciendum; co-
actóque per clariſſimum ducem [1] Te-
rentianum magno exercitu, receptíſ-
que omnibus ſatrapis, tam eis, qui ſe
Perſarum imperio ſubjecerant, quam
qui renuerant, ſimul cum Spandarato
Camſaracanio, qui ſalvus evaſerat,
magnus Nerſes, omnium conſenſu, Pa-
pum in Armeniam induxit. Eò cum
veniſſent, Armeniam impii Meruzani
dominatu teneri reperêre; quem pe-
pulerunt, atque in ſuam poteſtatem
5 regionem redegerunt. Meruzanus au-
tem præfectorum conjuges de caſtel-
lorum muris uſque ad necem ſuſpendi
juſſerat; & cadavera relinqui patibulo
affixa, ut putreſcerent atque avibus
eſcam præberent.

ՊՐԱԿ

[1] Idem, ut videtur, Hic eſt, quem Ammianus Terentium vocat; *Per Terentium ducem* *Para reducitur in Armeniam.* Ammian. Marcellin. XXVII. 12.

ԳԼՈՒԽ ԼԷ.

Յաղագս մեծի պատերազմին՝ որ եղև ՚ի Ձիրաւ, և սատակումն ամբարշտին Մեհրուժանայ ։

Զ Ի տարարեալ Մեհրուժանայ՝ յերկիրն Խորասանայ առ Շապուհ՝ զամ օգնականութի Թէոդոսի, զոր արար առ Պապ, ելանէ՛ հրաման ՚ի Շապհոյ ամ զօրացն Պարսից՝ երթալ ՚ի պատերազմ ընդ Մեհրուժանայ ՚ի Հայս ։ Նոյնպէս՝ ազդեն ինքնակալին Թէոդոսի՝ Պապ, և Տերենտիանոս, զՇապհոյ, եթէ ամ զօրացն հրամայեաց՝ ելանել ՚ի վերայ մեր, բաց միայն ՚ի դրանկացն ։ Ապա և Օգոստոսն Թէոդոս հրամայեաց Ադդեի՝ Կոմսի՛ մեծի՝ երթալ յօգնականութի Պապայ, առնուլ զամ զօրս Յունաց, ոչ զոք թողուլ՝ զոր ոչ առցէ զկնի, այլ և զհետևակս պահապանս քաղաքացն, որք զմետաքսեայս ունէին զվիշապս ։ Եւ խմբեցաւ պատերազմն ՚ի դաշտին՝, որ կոչի՝ Ձիրաւ, և մատեան ճակատ առ ճակատ, և մանկունք քաջ նախարարաց Հայոց՝, ինքնակամ նահատակեալք՝, մտին ՚ի մէջ ճակատուցն առաջնորդութբ սպարապետին իւրեանց՝ Սմբատայ ասպետի՝, որդւոյ Բագարատայ, որ յազգէն Բագրատունեաց ։ Ելին և ՚ի զօրացն Պարսից համատիք նց, և խաղացին ՚ի մէջ ճակատուցն՝, և ցիրք ընդ ցիրս լինէին ։ Եւ ՚ի դառնալ մանկանցն Պարսից, ընդ հուպ դարձեալ մերոցն զհետ նց, օրինակ իմն ոպ *փոթորիկ յանտառէ տերևաթափից, ... ձերիվարացն առեալ, նիզակօք դի ցուրտ յերկիր ընկենուին՝, ոչ

կարեւով

CAP. XXXVII.

Prælium atrox ſit ad Ziravum, in quo Meruzanus impius cæſus eſt.

1 MEruzanus in Choraſaniam ad Saporem nuncium mittit, & de auxilio, quod Theodoſius Papo tulerat, certiorem facit; qui proinde edixit, ut omnes Perſarum copiæ ſimul cum Meruzano in Armeniam ad bellum proficiſcerentur. Similiter Papus & Terentianus Theodoſio imperatori de Sapore indicârunt, omnes eum copias ſuas, exceptis invalidis, adverſùm
2 nos in aciem exire juſſiſſe. Tum verò Auguſtus Theodoſius [1] Addæo nobili Comiti præcepit, ut cum univerſis ad unum Græcis militibus ſubſidio Papo iret, ſimul cum peditatu, qui urbem tuebatur, & ſericos [2] dracones geſtabat. Prælium autem in campo, qui vocatur Ziravus, commiſſum eſt, ibíque acies, adverſis frontibus, inſtabat. Tum ex ſatrapis Armeniis juvenes quidam fortiſſimi, qui fortitudinis ſuæ
3 ſpecimen edere cupiebant, ductu præfecti ſui Sembati equitis, Bagaratæ filii, ex Bagratiâ gente oriundi, in primam aciem proceſſêre. Contrà, ex Perſarum copiis æquales illorum prodiêre, atque inter acies paululùm progreſſi, ſe toto paſſim campo ſparſêre. Cum verò juvenes Perſici regredi cœpêre, noſtri eos è veſtigio inſecuti ſunt, ac, velut turbo in ſylvis folia arborum decutit, ſic eos equis dejecêre, frigidáque corpora lanceis transfixa hu-

[1] Arinthæus Comes ab Ammiano commemoratur; l. XXVII. c. 12. qui fortaſsè idem erat, atque hic Addæus.

[2] *Eúmque poſt antegreſſos multiplices alios, purpureis ſubteminibus texti circumdedere Dracones, haſtarum aureis gemmatiſque ſummitatibus illigati, hiatu vaſto perflabiles, & ideo, velut irâ perciti, ſibilantes, caudarúmque volumina relinquentes in ventum.* Ammian. XVI. 10.

կարկինս նոցա յիւրեանց Ճակատէն
մտանել։ Իսկ յորժամ Պարսիկքն զմերսն
շրջէին, նք 'ի վահանափակն Յունաց,
իբր յամուր քաղաք, մտանէին, առ-
ոչինչ վնաս առնելոյ. քանզի այնպէս
արար Գորգիանոս իշխան հետևակ զօ-
րուն, իբր պարսպօք պատեաց վահա-
նօքն զՃակատն Պապայ։ քանզի զօրքն
Յունաց վառեալ էին 'ի զէնս ոսկւոյ,
և արծաթոյ, և երիվարք նց նոյնպէս
զարդու, և էր տեսանել իբր զպարիսպ
ինչ, յորոց յոլովք 'ի ջլեայ, և 'ի կաշե-
այ պահպանակաց զգեստուն, զկար-
ծրութեան վիմաց բերէր երևոյթս. և
'ի վերայ նոցա անխալատ գէսք նշանս
արձակեալք, իբր զսաղարթս ինչ հո-
վանաւոր ծառոց. բայց զվիշապացն
մանուածս, ահագին բերանաբացութք
ուռուցեալ 'ի փչմանէ օդոյն, ոչինչ
ուրեք կարեմ նմանեցուցանել, այլ
միայն, իբրև զլեառն ինչ անդամանդե-
այ խոնարհիլ 'ի ծով, զբովանդակ Ճա-
կատն Յունաց, 'ի Պարսկական զօրսն.
քանզի և զնմ էր տեսանել, որպէս զհզօր
ինչ գետ, առ 'ի կողմն 'ի լայն ծաւա-
լեալ. արդարև ջրագոյն զրահազգես-
տացն բերէր զնմանութի։ Այդ իբրև
տեսս մեծն Ներսէս զայն ամ, ել նա 'ի
կատար լերինն Նպատայ, և ամբարձ
զձեռն իւր յերկինս, անխոնարհելի պա-
հելով 'ի խնդրուածս, հանգոյն նախա-
մարգարէին Մովսիսի, մինչև պարտե-
ցաւ երկրորդն Ամաղէկ։ Իսկ 'ի ծա-
գիլ արեգականն ընդդէմ մերոց զօ-
րացն, 'ի պղնձապատ վահանացն նշոյլք
զլերամբքն փայլատակէին, իբրև յամ-
պոյ մեծէ. և 'ի նոցանէ 'ի դուրս
ոստչէին 'ի մերոց նախարարացն քաջք
զրահաւորք ոմ փայլատակացն Ճառա-
գայթք. յորոց 'ի տեսութենէն միայն
զանգիտացեալ Պարսկական գունդ,

mi deturbavêre ; neque enim ſe intra
4 ſuum agmen recipere potuerunt. Con-
trà verò, quando Perſæ noſtros urge-
bant, illi ſe intrà ſcutatum Græcorum
agmen, tanquam intrà munitam ur-
bem, nullo accepto detrimento rece-
pere ; ita enim à Gorgiano peditum
duce comparatum erat, qui ſcutis,
quaſi muris, aciem Papi communive-
rat. Nam Græcus exercitus aureis at-
que argenteis armis inſtructus erat,
equíque eorum ſimili modo ornati, ut
velut murum aliquem cernere liceret,
5 in quo plerique coriis ac pellibus tec-
ti duritiem lapidum præ ſe ferebant ;
& capilli prolixi arborum umbroſa-
rum ſurculis erant ſimiles ; [3] Dracones
verò textiles, immani faucium hiatu
terribiles, & ventorum flatu tumentes,
nulli rei comparare poſſum, niſi rupi
adamantinæ, quæ mari impendet ; ita
enim univerſa Græcorum acies in Per-
ſicas copias imminebat ; quæ utique
fluminis vaſti, latéque diffuſi ſimilitu-
6 dinem referebant ; quòd loricarum co-
lor reverà ad aquam propè accedebat.
Magnus autem Nerſes, hæc omnia
contuens, cacumen montis Nepatæ
conſcendit, & manus ad cœlum ſup-
plex ſuſtulit, quemadmodum primus
prophetarum Moſes, neque eas ante
demiſit, quàm alter hic Amalecus de-
victus fuerit. Ubi autem ſol è regione
noſtri exercitûs ortus eſt, radii ab æ-
neis ſcutis, velut ab ingenti nube re-
percuſſi montes circumjectos colluſtra-
7 bant ; è quibus fortiſſimi noſtri ſatra-
pæ loricati, inſtar fulgurum, foras pro-
ſiluêre ; quorum aſpectus ſolus legio-
nem Perſicam pavore percellit, & non-
nihil etiam noſtram, quæ ſolem adver-

սակաւ

[3] *Hi volucres tollunt Aquilas, Hi picta Draconum*
Colla levant, multúſque tumet per nubila ſerpens
Iratus ſtimulante Noto, vivitque receptis
Flatibus, & vario mentitur ſibila tractu.
Claudian. de III. Conſ. Honorii.

սակաւ ինչ՝ և մերն, վասն ոչ կարելոյ հայիլ ընդդէմ արեգականն ծագման։ Իսկ բաղխել զմիմեանս, եղև 'ի վերայ հոյլ վանի՝ ամպոյ, և հողմ սաստիկ 'ի մերոյն կուսէ՝ ընդդէմ Պարսկականին փչեալ։ Եւ 'ի խառնակել մարտին, պատահէ Կամսարականն Սպանդարատ՝ խմբի՝ մեծի, յորում էր քաջն Շերգիր, Լեկաց արքայ, զգլուխն միջին գնդին պնդութեամբ պատեղի ճակատուն կալեալ. և յարձակեալ Սպանդարատ, և հերձեալ զխումբն, որպէս զշանթահար՝ յերկիր կործանէր զքաջն, և պատուտեալ զխումբն 'ի փախուստ դարձուցանէր։ և այսպէս 'ի վերին օգնականութենէ զօրացեալ առ հասարակ զօրքն Յունաց, և Հայոց, դիականմբք թշնամեացն լցին զդաշտն ամ, և զմնացորդսն ամենայն 'ի փախուստ շրջեալ հալածեցին, ընդ որս և զՈւռնայր Աղուանից արքայ, խոցոտեալ 'ի Մուշեղայ, հանին 'ի պատերազմէն։ Բայց՝ ամբարշտին Մեհրուժանայ վիրաւորեալ ձին, ոչ կարաց երագել ընդ փախստէական, որում անճապարեալ հասանէ սպարապետն Հայոց՝ Սմբատ, և զորս ընդ նմայն էին՝ կոտորեալ, ձերբակալ առնէ զվատշուէրն, յեզեր շամբին Կոգաովտի. և զմտաւածեալ, թէ գուցէ թափիցէ զնա մեծն Ներսէս, այնորիկ աղագաւ՝ ոչ ածէ 'ի բանակն, այլ զտեղեօքն գտանէ, պատրաստական առ 'ի կորուստ ամբարշտին, զոմանս խորանաւորս՝ հուր լուցեալ, և շամփուր երկաթի՝ միս խորովելոյ. զոր ջեռուցեալ կրկնեաց, բոլորեալ՝ որպէս պսակ, և յոյժ արտաշէկ արարեալ, ասէ, Պսակեմ զքեզ՝ Մեհրուժան, քանզի՝ 'ի խնդիր էիր թագաւորել Հայոց, և ինձ աս պետիս պարտ է զքեզ պսակել. ըստ սովորական իշխանութեան իմոյ հայրենեաց. և մինչդեռ տաքն էր իբրև զհուր, եդ 'ի գլուխն Մեհրուժանայ,

ſum intueri nequibat. Cum autem acies inter ſe concurrerent, nubes opacæ cœlum obduxêre, & ventus vehemens ab noſtrâ parte contra Perſarum ex-
8 ercitum flavit. Inter pugnandum autem, Spandaratus Camſaracanius in agmen magnum incidit, in quo fortiſſimus Sergirus, [4] Lecorum rex, aderat, qui ſe tutiſſimo loco intra medium agmen tenebat. In eum Spandaratus irruit, perruptóque agmine, fortem illum, velut fulmine ictum, humi proſtravit, turmámque perturbatam in fugam conjecit. Atque ita Græcæ Armeniæque copiæ, divinâ ope firmatæ, totum campum cadave-
9 ribus hoſtium replevêre; reliquóſque in fugam actos inſecuti ſunt, in quibus Urnærum Albanorum regem, qui ab Muſelo Vaſaci Mamiconii filio vulneratus fuerat, ex acie abduxêre. Impium autem Meruzanum, qui, equo vulnerato, fugam maturare non potuit, Sembatus Armeniorum dux feſtinans aſſecutus eſt; cæſíſque qui cum eo erant, ſceleratum illum apud Caucaſiæ vallis arundinetum vivum prehendit; ac veritus, ne eum magnus Nerſes li-
10 beraret, ideò non ad caſtra duxit, ſed, cum in eo ipſo loco, qui ad ſceleſti iſtius cædem paratus videbatur, ruſticos quoſdam offendiſſet, qui in tugurio, accenſo igne, veru ferreo carnem aſſabant, veru calefactum in formam coronæ contorſit; & cum valdè caleſceret. « Hanc tibi, *inquit*, coronam, Me-
11 « ruzane, impono. Studebas Armeniis imperitare, atque ad me equitem attinet, coronam imponere; « qui id munus à majoribus traditum « habeam; » dúmque ignem calore æquaret, Meruzani capiti veru impoſuit, atque ita improbiſſimum homi-

և

[4] Lecos ſive Lechas inter Sarmatiæ Aſiatiæ populos recenſet Moſes noſter in Geographiâ ſuâ, Nº 61; quos eoſdem, ut Cl. La-Crozius conjicit, Strabo Λήγας appellat. l. XI. p. 503.

և այնուհետև սատակեալ զչարն․ և յայնմ հետէ՝ խաղաղացաւ երկիրն, ընդ ձեռամբ Պապայ նուաճեալ։

ԳԼՈՒԽ ԼԸ.

Եթէ՝ որպէս Պապայ դեղ մահու արբուցեալ սրբոյն Ներսիսի, և ելոյծ 'ի կենաց։

ԵՏ՝ սպառելոյ պատերազմացն, և խաղաղանալոյ երկրին, մեծն Ներսէս դնէր վկայութի 'ի մէջ արքային Պապայ, և 'ի մէջ նախարարացն, գնալ յամ ճանապարհս արդարութե, զի վկայեսցեն ըստ հաւատոց Քրիստոնէութեն՝ և գործքն, և զի արքայն մի՛ հօրն իւրում նմանեսցի՝ անիրաւել, և զրկել, այլ վարեսցի՛ ուղղութեամբ, հայրաբար խնամովք առ նախարարսն, և նոքա մի՛ և՛ս յաւելցեն՝ վտարանդե՛լ նշկահելով զնա, այլ ծառայել միամտութբ։ Յայնժամ՝ արքայն Հայոց Պապ դարձոյց 'ի Կամսարական Սպանդարատ զա̄մ ինչ, զոր յափշտակեալ էր հօր իւրոյ Արշակայ, զգաւառն Շիրակայ, և Արշարունեաց, որ լեալ էին ազգին Կամսարականաց, ո՛չ իբրև զանիրաւ ագահութի հօր իւրոյ Արշակայ, այլ իբրև պարգևս ը̄ վաստակոց քաջին Սպանդարատայ, որ էսպան զՂեկաց արքայն․ բայց՝ և զայլոց նախարարացն դարձոյց զզրկանս, և յոյժ անընչաբար ցուցանէր զի՛ւր ախորժակս, և առատաբար կեայր․ բայց՝ զի անօթայի՛ ախտիւ զազրագործ էր, և յանդիմանեալ՝ կշտամբիւր 'ի մեծէն Ներսիսէ, ընդ ակամբ հայէր նմա, խորհելով 'ի չարիս, և ոչ իշխէր յինքնակալէն Թէոդոսէ՝ յայտնի՛ ինչ առնել նմա չարութի, դեղ մահու՝ գաղտնի՛ արբուցեալ սրբոյն Ներսիսի, ելոյծ 'ի կենցաղոյս․ որ կալաւ զաթոռ եպիսկոպոսութեն ամս երեսուն և չորս։ և փոխեալ յաշխարհէս՝ երանելին Ներսէս, 'ի գաւա-

nem necavit; & ab illo tempore in ditionem Papi redacta regio tranquillitate potita eſt.

CAP. XXXVIII.

Quomodo Papus potione mortiferâ Sanctum Nerſem ſuſtulerit.

1 COnfecto bello, & quietâ regione, magnus Nerſes regem Papum, cunctóſque ſatrapas orat atque obteſtatur, utì viam virtutis ſequantur, utì facta eorum fidei chriſtianæ teſtimonium dent, ne rex, in modum patris, per injuſtitiam ac fraudem agat, ſed, animo, qualem patrem decet, in ſatrapas affectus, regnum rectè adminiſtret; ne ii eum ſpernant, neve iterum in exilium pellant, ſed fideliter & ſyncerè obtemperent.
2 Tum rex Armeniorum Papus Spandarato Camſaracanio omnia reſtituit, quæ pater ſuus Arſaces abſtulerat, provinciam ſcilicet Siraciam atque Arſaruniam, quæ Camſaracaniæ gentis propriæ fuerant; non tamen ut injuſtam patris ſui Arſacis rapinam, ſed ut dona fortis Spandarati laboribus debita, qui regem Lecorum occiderat. Reliquis item ſatrapis ea reddidit, quæ injuſtè erepta fuerant; neque ſe ad avaritiam proclivem oſtendit, ſed magnificè ac liberaliter vixit.
3 Cum tamen fœdis libidinibus deditus eſſet, ob eámque rem à magno Nerſe graviter reprehenderetur, infeſtis eum oculis aſpexit, eíque malum molitus eſt; neque tamen propter imperatorem Theodoſium aperte eum lædere auſus, clam venenum ei dedit, atque ita de medio ſuſtulit, poſtquam ſedem epiſcopi per tres & triginta annos tenuiſſet. Beatus autem Nerſes in provinciâ Ecceleſiâ, in pago, qui appellatur Chachus,

ուին Եկեղեց, 'ի գեօղն՝ որ կոչի՝ Խախ, բարձեալ զմարմին նո՛ր արքային Պապայ, թաղեաց 'ի Թիլս յաւանին, զանխլաբար ունելով զեղեալսն ։

ԳՐԱԿ ԼԹ։

Յաղագս աթոռակալութեանն Իսահակայ, և սպանման Պապայ 'ի Թէոդոսէ ։

ԶԱ՛ տեսեալ թագաւորին Պապայ՝ սգացեալ զամ Հայս 'ի վերայ երանելոյն Ներսիսի, հարկաւորեալ յուզեաց, և եգիտ զոմն՝ յազգէ, և 'ի ժառանգութէ Ալբիանոսի, որում անուն՝ Սահակ կոչիւր՝, ոչ հեռի 'ի գովութենէ, զոր կացոյց փոխանակ Ներսիսի առանց մեծի արքեպիսկոպոսին Կեսարու, որ կալաւ զաթոռն՝ ամս 3 ։ Բայց՝ Պապայ լուեալ, եթէ՝ մեծն Թէոդոս էր 'ի Բիւզանդիայ՝ 'ի Հռոմ կոյս, և մտեալ 'ի Թեսաղոնիկ՝ հանդերձ սպայիւն, և յաղագս իջավանաց՝ եղև խռովութի ընդ նա՝, և ընդ քաղաքացիսն, և մարտ խռովութե, և յաղթեալ ինքնակալին, սատակեա՛ց 'ի քաղաքացեացն արս տասն՝ և հինգ հազարս. զայս լուեալ Պապայ՝, վարկուցեալ յերկարել այսպիսւոյ խռովութե, արհամարհեալ նշկահեաց, և գրգռեալ զնա՝ կորստեանն իւր, հալածեաց զՏերենտիանոս հանդերձ զօրօքն, և սկսաւ պատրաստե՛լ 'ի պատերազմ ։ Եւ հասեալ հրաման 'ի մեծէն Թէոդոսէ, ընդ կրկին դարձաւ քա՛ջն Տերենտիանոս, և ըստ իւրում պատահման բախտի՝, յանկարծահի՛ անկեալ 'ի բանակն, և զոմանս կոտորեալ, և զոմանս փախստեայս արարեալ, ուր սատակապէս նահատակեալ քաջութբ՝ ընդդիմամարտ լինէր Գնէլ նահապետն Անձաւացեաց,

de vitâ migravit; atque ejus corpus rex Papus apud vicum Thilum ſepulchro condidit, celans ea quæ facta fuerant.

CAP. XXXIX.

Iſaacus in ſolium ſuccedit. Papus à Theodoſio occiditur.

1 REX autem Papus, ut omnem Armeniam Beati Nerſis interitum lugere vidit, neceſſe habuit inquirere, atque eo pacto quendam, ex genere Albiani ortum, cui nomen erat Iſaaco, laude non indignum invenit, quem in Nerſis locum ſine ſummi epiſcopi
2 Cæſareæ autoritate ſubſtituit, iſque ſedem tenuit per annos tres. Cæterùm Papus, ubi magnum Theodoſium à Byzantio Romam verſùs profectum eſſe audivit, cúmque [1] Theſſalonicam cum equitatu ingrederetur, ortum eſſe inter eum & cives de diverſoriis diſſidium & certamen, regémque victoriâ potitum oppidanos ad quindecim millia occidiſ-
3 ſe; his Papus auditis, arbitratus hunc tumultum fore diuturnum, illum contempſit atque aſpernatus eſt, eúmque ad ſuam perniciem incitans, Terentianum cum copiis pepulit, ac bellum parare cœpit. Fortis autem Terentianus, acceptis à Theodoſio magno mandatis, celeriter rurſus revertit, &, pro ſingulari ſuâ fortunâ, inopinantes in fugam egit, in quo prælio Gnelus An-
4 ſavenſium princeps, qui orientalis cohortis præfecturam à Papo acceperat, ſummâ fortitudine dimicabat, cujus caput victor Terentianus ſuâ manu diſcidit, regémque Papum vivum ce-

&

[1] Seditionis hujus Theſſalonicenſis meminerunt Zonaras, tom. III. Theodoritus, V. 17. Sozomenus, VII. 25. Malalas, part. II. p. 42. & Cedrenus, p. 261. edit. Xylandr. Sed alii decem & quinque, alii ſeptem tantùm hominum millia inibi periiſſe tradunt.

և սպարապետն [2] Պապայ՝ նուաճեալ զօրու, զոր յաղթողին Տերենտիանոսի հրովլի՝ արարեալ կիսակտուր զգլուխ նր, ըմբռնեալ զԹագաւորն զՊապ. և Պապայ յաղե՛րս աղաչանաց անկեալ՝ զի մի՛ մեռցի, այլ յանդիման լինել արքայի, և քաջին Տերենտիանոսի գթացեալ, շնորհեաց նմա՛ զմաղթանսն. և երկաթեղէն կապանօք՝ երթեալ առաջի մեծին Թէոդոսի, ըստ իւրում անզգամութեան, սակրաւ վճարի, թագաւորեալ ամս եօթն։

jpit; qui cùm omnibus precibus oraret, ne morte afficeretur, ſed ad regem utì duceretur, Terentianus, miſericordiâ motus, preces ejus exaudivit; & ferreis catenis vinctum ad magnum Theodoſium miſit, ubi [2] ſecuri percuſſus, pro ſuâ ſtultitiâ interiit, poſtquam annos ſeptem regnâſſet.

[2] Ut ſuprà de Arſacis patris, ſic iterum hîc de Papi filii morte longè diſſidet à Chorenenſi Ammianus, qui Param Armeniæ regem, quo eum nomine vocat, non Theodoſio, ſed Valente imperante, ex inſidiis inter epulas occiſum ſcribit. *Hinc in illum inexplicabile auctum Principis odium, & doli ſtruebantur in dies, ut per vim ei vel clam vita adimeretur, agentique tunc in Armeniâ Trajano & rem militarem curanti, id ſecretis committitur ſcriptis. Qui illecebroſis regem inſidiis ambiens, & modò ſerenæ mentis Valentis indices literas tradens, modò ipſe ſeſe ejus conviviis ingerens, ad ultimum compoſitâ fraude ad prandium verecundiùs invitavit. Qui nihil adverſum metuens venit, conceſſóque honoratiore diſcubuit loco. Cúmque apponerentur exquiſitæ cuppediæ, —— gladium deſtrictum intentans, torvo lumine ferociens, quidam immittitur Barbarus aſper, ex his, quos Supras appellant, confoſſurus juvenem, ne exſilire poſſet, etiam tum præpeditum. Quo viſo Regulus fortè prominens ultra torum, expedito dolore aſſurgens, ut vitam omni ratione defenderet, perforato pectore, deformis procubuit victima, ictibus multiplicatis fœdè conciſa.* Ammian. Marcellin. XXX. 1. Atque hîc iterum, ut videtur, impudentem ſanè Chorenenſis errorem fateri oportebit, quum Ammianus Marcellinus hoc ipſo tempore vixerit, neque facilè in tantâ re potuerit falli.

ԳԼՈՒԽ Խ.

Յաղագս՝ թագաւորելոյն Վարազդատայ, և կապանաց նորին։

ԲԱՅՑ՝ Օգոստոս բարեպաշտն Թէոդոս՝, որ և՝ մեծն, ՚ի քսաներորդի ամին իւրոյ՝, թագաւորեցոյց փոխանակ Պապայ զՎարազդատ ոմն, ՚ի նմին տոհմէ Արշակունեաց։ Այս Վարազդատ՝ էր տիօք՝ մանուկ, սրտեայ, անձնեայ, ուժեղ՝, լի ամ գործովք քաջութե, և յոյժ կորովի նետաձգութե. որ, ՚ի ժամանակի ՚ի փախստենէն Շապհոյ՝, գնացեալ ՚ի դուռն Կայսեր՝, նահատակեցաւ. նախ՝ ՚ի Պիսակս՝, զբռնամարտիկսն յաղթեալ. դարձեալ ՚ի Յա-

րէգ,

CAP. XL.

Varazdates regnum obtinet, & in vincula conjicitur.

1 AUGUSTUS autem Theodoſius, benignus æquè, ac magnus, anno regni ſui vigeſimo Varazdatem quendam, ex eodem Arſacidarum genere, in Papi locum regem conſtituit. Hic Varazdates erat adoleſcens, animoſus, formâ pulchrâ, ac viribus maximis, ad omnia fortitudinis opera paratus, ſed jaculandi maximè peritus; qui olim, à Sapore profugus, ſe ad aulam Cæſaris contulerat; ac pri-
2 mùm Piſæ pugilatione vicit; deinde apud [1] Jaregum, urbem Helladis, die

[1] Nomen hoc, ut arbitramur, corruptum eſt. Cæterùm tradit Cedrenus in ludis Olympiacis celebrandis Græcos perſeverâſſe uſque ad hæc ipſa Theodoſii magni tempora. Cedren. p. 268. edit. Xylandr.

ըէգ, քաղաքի Հելլադացւոց, որ Հա-
սարակի կոտորեաց առիւծս, որոյ
փառս Ոլիմպիա՛ խաղուն Հանդիսի՝
ըմբշամարտկացն եբեր, և յարգեի՛
այլ, որ առ ազգին Լանկուարտա՛ց նո-
րա արութիւնք քաջութե, համարձա-
կիմ ասել՝ հաւասար սրբո՛յն Տրդատայ.
զի զհինգ նահատակսն, ՚ի թշնամեացն
ընդդէմ իւր յարձակեալ, ՚ի վերայ
իրերաց էսպան սուսերաւ. և ՚ի բերդ-
ինչ դիմեալ, ՚ի վր պատուարին՝ ժա-
եօթն և տասն նետիւք հարեալ կե-
րուստ ՚ի վայր հոսեաց, միմեանց վերայ,
իբր՝ ՚ի սաստիկ մրրկէ վաղահասունս ՚ի
թզենեաց: Որ եկեալ յաշխարհս մեր ՚ի
յիսուն և ՚ի Է ամի Շապհոյ, առաջին
մարտի պատահէ աւազակաց ՚ի դժն-
արս Դարանաղւոյ, և փախստեայ վա-
րարեալ, հետամուտ լինէր. իսկ նոցա
անցեալ ընդ նեղուց կամրջին Եփրա-
տայ, ընկեցին զփայտն զկնի իւրեանց.
այլ նա հասեալ, վազեաց զԵփրատաւ,
առաւել քան զԼակոնացին Քիոնե-
այ՝ վազումն, իբ կանգնոց չափ. և անդ
էր տեսանել զոմն Աքիլլէս ընդ Սկա-
մանդրոս գետ վազելով. յորմէ զար-
հուրեալ աւազակացն, ՚ի ձեռս անկան,
զէնընկէ՛ց լինելով: Յաղագս որոյ ար-
քեա՛լ ՚ի մանկութե յարութի, առ ա՛յ-
սոքիւք և ՚ի թագաւորութե, ոչ հնա-
զանդէր խրատու վերակացութե զօրա-
վարա՛ցն Յունաց, վասն որոյ առաքէ
հրեշտակս առ Շապուհ, զի տայցէ ՚ի
դստերա՛ց իւրոց նմա կնութե, և սա
դարձուսցէ առնա զաշխարհս Հայոց:
զոր զգացեալ զօրավարացն Յունաց,
ազդ առնեն Կայսեր: Իսկ Կայսրն
Թէոդոս հրամայեաց զնա ունել, ե-
թէ ոչ իւրովք կամօք երթիցէ ՚ի կոչ
ինքնակալին: Նակս որոյ հարկեալ եր-

ſolenni, leones occidit, eíque athletæ ludorum Olympiacorum honores & gloriam detulere. Quæ verò apud gentem [a] Langobardorum opera edidit, cum ſancti Tiridatis geſtis comparare auſim, quippe qui bellatores ſtrenuos quinque, qui ex hoſtibus in ſe impetum fecerant, alium ex alio,
3 gladio occiderit; & cum arcem quandam oppugnaret, homines decem & ſeptem, qui in muro ſtabant, ſagittis transfixerit, atque alios ſuper alios præcipites dejecerit, quemadmodum ficus præcoces procella vehemens decutit. Is, anno Saporis quinquageſimo quinto, in noſtram regionem reverſus, primò cum latronibus inter prærupta Daranaliæ loca dimicavit, eóſque in
4 fugam conjectos inſectatus eſt. Qui cùm anguſtum Euphratis pontem tranſiiſſent, eum à tergo reſciderunt; quò ubi pervenit, Euphratem tranſiluit, [b] Chionis Laconis ſaltum exſuperans, qui duos & viginti cubitos æquabat. Ibi cernere licebat quaſi alterum Achillem flumen Scamandrum tranſilientem; eóque facto latrones attoniti depoſitis armis, ſeſe dedidêre. Ita fortitudine ab ineunte ætate imbutus, cum regnum adeptus eſſet, Græcorum
5 ducum imperio parere noluit, ſed ad Saporem legatos miſit; "Si ſibi unam ex filiis in matrimonium de- "diſſet, ſe Armeniam in ejus poteſ- "tatem iterum redacturum." Quod ut Græci duces intellexêre, Cæſari indicârunt. Cæſar autem Theodoſius comprehendi eum juſſit, niſi ſuâ ſponte ab imperatore accerſitus veniſſet. Itaque, quia aliter facere non potuit, ſuâ

Թալ

[a] Videtur Varazdates orbem penè terrarum peragrâſſe, ut heroicæ ſuæ fortitudinis egregia ſanè exempla ederet. Quòd verò ad Langobardos adiiſſe dicatur, quos inter antiquos Germaniæ populos Strabo, Ptolemæus, Tacitúſque recenſent, illud quidem cùm mirabile, tum ſuſpicioſum videri poteſt.

[b] Χιονις Λακων, ὁ το ἁλμα ποδων νγ ηβ, Apud. Theſaur. Tempor. à Scaligero edit. p. 315. Cæterùm cùm 22 cubiti longitudinem 52 pedum non adæquent, in alterutrum locum error irrepſit.

թաւ իւրովք կամօք, յուսացեալ՝ 'ի սուտս հանել զՕգոստոս. այլ Կայսրն, և ոչ տեսութեան արժանի արար, այլ երկաթեղէն կապանօք՝ ետ տանել զնա 'ի Թուլիս, կղզի ովկիանու, որ թագաւորեաց ամս Դ ։ Բայց յերկրորդ ամի Վարազդատայ եղեւ եպիսկոպոսապետ Հայոց Զաւէն, 'ի նոյն ազգականութենէ Ալբիանոսի, ամս չորս ։

voluntate ad Cæſarem contendit, Au-
6 guſtum mendaciis fallere ſperans. Cæſar autem neque ad ſui conſpectum admiſit, & ferreis vinculis conſtrictum in Thulem, inſulam oceani, ablegavit. Imperavit autem Varazdates annis quatuor, atque anno ejus ſecundo ſummus Armeniorum epiſcopus fuit Zavenus, eodem Albiani genere ortus, qui per annos etiam quatuor ſolium tenuit.

ՊՐԱԿ ԽԱ.

Թագաւորութիւն Արշակայ, և Վաղարշակայ ։

ԱՊԱ՝ փոխանակ Վարազդատայ թագաւորեցոյց Հայոց Թէոդոս մեծ՝ զերկուս որդիսն Պապայ, զԱրշակ, և զՎաղարշակ, այսպիսի ինչ խորհեալ, եթէ ոչ միաբանեսցին երկոքին յապստամբութիւն. և անդէն պահելով զմայր մանկանցն, արձակէ զնոսա՝ հանդերձ վերակացուօք յինքենէ, արամբք հաւատարմօք, և զօրու. Որք եկեալ կալան զաշխարհս մեր, և տիրեցին սմա՝ արիաբար մարտիւք ընդ Պարսս. և առին իւրեանց կանայս, Արշակ՝, զդուստր Բաբկան, Սիւնեաց նահապետին, և Վաղարշակ՝, զդուստր Սահակայ ասպետի, որ 'ի նմին ամի վախճանեցաւ ։

Բայց յերկրորդ ամի Արշակայ՝ եկաց յեպիսկոպոսութիւն Հայոց՝ Ասպուրակէս, ազգական Շահակայ, և Զաւենայ՝ ամս հինգ ։ Իսկ՝ մեծն Թէոդոս՝ ելեալ 'ի պատերազմ 'ի Միզուղանոն՝, հիւանդացեալ՝ մեռաւ, թողլով զթագաւորութիւնն իւր՝ որդւոց իւրոց, Արկադեայ՝, զԲիւզանդիոն, և Հոնորեայ, զՀռովմայն. որք՝ ոչ գովելիք, և արժանիք հայրենականացն՝ գտան առաքինութեանց ։

CAP. XLI.

Regnum Arſacis & Valarſacis.

1 DEINDE Theodoſius magnus loco Varazdatis duos Papi filios, Arſacem, & Valarſacem, reges Armeniis impoſuit, cogitans, vix ambos ad deficiendum ſimul conſpiraturos. Igitur, retentâ apud ſe Juvenum matre, cum exercitu, ducibúſque certis, fidíſque, quos ipſe conſtituit, eos dimiſit. Qui, ut venêre, regionem noſtram tenebant, eíque imperitabant, cum Perſis bello fortiter decertantes.
2 Uxores autem duxerunt, Arſaces, Babicii Syniorum principis filiam, Valarſaces Iſaaci equitis filiam, quæ eodem anno diem obiit.

Anno autem Arſacis ſecundo, Aſpuraces, Iſaaci, & Zaveni cognatus, Armeniæ epiſcopus fit, cui per annos
3 quinque præſidebat. Cæterùm magnus Theodoſius, ad bellum profecturus, morbo correptus, Mediolani è vitâ exceſſit, imperium ſuum filiis ſuis relinquens, Arcadio Byzantium, Honorio Romam; qui reperti ſunt laude indigni, neque virtutibus paternis præditi.

ՊՐԱԿ

ԳԼՈՒԽ ԽԲ.

Յաղագս բաժանելոյ Հայոց ընդ երկուս՝, 'ի ձեռն երկուց թագաւորացն Արշակունեաց, 'ի ծառայութիւն երկուց ազգաց, Պարսից՝, և Յունաց:

Մացեալ Շապհոյ, եթէ՝ թերուղիղ է Արկադ, խօսէր ընդ նմա՝ զխաղաղութիւն, քանզի՝ էր պարտեալ՝ հարեալ 'ի հօրէն նորա, մեծէն Թէոդոսէ, յանձնառնու՝ և Արկադ առնել զհաշտութիւն՝ առաւել յիւրոց զօրագլխացն. զի թէպէտ և էր՝ յԱյ պարգևեալ ըղյաղթութիւն՝ յամս կենաց երանելւոյն Թէոդոսի, սակայն՝ զօրագլուխքն վաստակեալ՝ ձանձրացեալ լինէին յաշխատութէ հանապազորդ պատերազմացն.: Վասն որոյ՝ հաւանեալ՝, կամաւ յանձնառուին՝ բաժանել զՄիջագետս՝, և զՀայոց աշխարհս՝ կրկին սահմանադրութէ: Վս որոյ՝ թողեալ Արշակայ զբուն թագաւորական՝ հարց իւրոց Այրարատ, և զմիւս մասն բաժնին Պարսից, գնաց՝ տիրել արևմտեայ կողմանց աշխարհիս մերոյ, որ 'ի մասնի բաժնի Յունաց. ոչ միայն՝ մօրն աղագաւ՝, որ էր 'ի Կայսերական քաղաքին, այլ լաւ համարեալ՝ նուազ կողմանն թագաւորել՝, և ծառայել Քրիստոնեայ թագաւորի, քան՝ յոլովից իշխել, և մտանել ընդ լծով Հեթանոսաց: Գնացին զկնի նորա՝ հանդերձ կանամբք, և որդւովք՝, և նախարարութիք, որ 'ի բաժնի մասինն Շապհոյ, թողլով զիւրաքանչիւր արտս՝, և զգեօղս՝, և զդաստակերտս: Ընդ որս՝ զչարացեալ Շապհոյ՝, յղէ՝ առ Արշակ, թէ՝ ընդէր գրգռեցեր զպատերազմ՝ 'ի մէջ իմ, և Կայսեր՝, տանելով զնախարարութիւն իմոյ բաժնին. Եւ պատասխանի՝ լսէ Արշակայ՝, եթէ՝ վասն զի ոչ համբերէին ընդ Պարսիկ առաջնորդաւ վարիլ, եկին զկնի՝ իմ.

CAP. XLII.

Armenia per duos reges Arſacidas in duas partes dividitur, & ſub duarum nationum, Perſica Græcáque, ditionem cadit.

1 SApores, Arcadium perverſâ ac pravâ mente eſſe intelligens, cum eo de pace agit, namque à patre ejus Theodoſio devictus, magnam cladem acceperat, neque Arcadius ſocietatem coire recuſabat, maximè ducum ſuorum cauſâ. Tametſi enim, dum feliciſſimus Theodoſius ſuperſtes erat, Deus ei ſucceſſus proſperos dederat, tamen duces exercitûs, aſſiduis laboribus defatigatos, jam belli tædium
2 ceperat. Itaque communi conſenſu Meſopotamiam & Armeniam in duas partes diſpertiunt ac diſtribuunt. Arſaces, avitum majorum ſuorum regnum, Araratam, omnémque eam partem, quæ Perſis attributa erat, derelinquens, ad occidentales regionis noſtræ oras abiit, eíque portioni præfuit, quæ Græci juris erat; non ſolùm propter matrem, quæ imperatoriam
3 urbem incoluit, ſed quia ſatius eſſe duxit, minori parti regnantem chriſtiano regi parere, quàm pluribus imperitantem, Ethnicorum jugum ſubire. Illum autem ſecuti ſunt ſatrapæ, cum uxoribus liberíſque, qui Saporis ditioni contributi fuerant, derelictis agris ſuis, vicíſque atque oppidis. Quod ægrè ferens Sapores ad Arſacem mittit; " Cur, *inquit*, bellum inter " me & Cæſarem concitâſti, quippe " cum meæ partis ſatrapas abduxeris."
4 Cui tale reſponſum Arſaces retulit. " Quòd à Perſico rectore gubernari " nollent, ideo me ſecuti ſunt. Quòd " ſi tuam partem, ita uti Cæſar ſu-

և

և արդ՝. եթէ՝ հաւատաս յիս զմասինդ-քո զիշխանութիւն, ո՜պ և զԿայսր զիւրոյս, պատրաստ եմ ՚ի պաշտել զքեզ, ո՜պ զԿայսր. ապա՝ եթէ ոչ է հաճոյ քեզ այլ[illegible]իւրեանց՝ վասն դարձցին առ քեզ նախարարքս, ոչ արգելում։ Զայս լուեալ Շապհոյ՝ թագաւորեցոյց Հայոց՝ ՚ի վե՛ր իւրոյ բաժնին՝ զԽոսրով ոմն, ՚ի նմին ազգէ Արշակունեա՛ց, և առ նախարարս՝ իւրո՛յ մասինն, որ ելեալ էին զհե՛տ Արշակայ, գրեա՛ց հրովարտակ, որ ունէր զայս։

“ am, poteſtati meæ commiſeris, paratus ſum te, ſicut Cæſarem, colere atque obſervare; ſi hæc conditio non tibi placet, quò minus ſatrapæ, ſi velint, ad te revertantur, impedire nolo.” Sapores, his auditis, Choſroem quendam, ex eodem Arſacidarum genere, ſuæ partis Armeniæ regem conſtituit, atque ad ſatrapas ſuos, qui Arſacem ſecuti fuerant, hujuſcemodi literas ſcripſit.

Թուղթ Շապհոյ առ նախարարս։

Epiſtola Saporis ad ſatrapas.

Դիւցազանց՝ քաջ Շապուհ, արքայից արքայ, նախարարա՛ց Հայոց, որոց կալուեալ՝ իշխանութեան յիմ բաժինս հատածս՝, ողջո՛յն շա՛տ շնորհեմ ձեզ։ Թէպէտ՝ և ձեր, ոչ ազատաբա՛ր արարեալ, թողլք զիւրաքանչի՛ւր իշխանութիւն, և մեզ՝ ոչինչ նիազ էր, սակայն՝, ըստ տիրաբա՛ր խնամոց՝, գթացա՛ք ՚ի ձեզ, և յաշխա՛րհս ձեր, զմտաւ ածեալ, եթէ՝ ոչ կարեն հօտք՝ առանց հովուաց լինիլ, և հովիւք՝ առանց բարւոք վերակացուի. վասն որոյ՝ թագաւորեցուցա՛ք ձեզ զԽոսրով ոմն, ՚ի դենէ՛ ձերմէ՝, և յազգէ՛ բնիկ ձերոյ տէրութեան. Արդ՝ դարձեալ ձեր՝ յիւրաքանչի՛ւր արարս, իշխեցէք. որպէս՝ և այժմ երդուեալ ՚ի հուր՝, և ՚ի ջուր՝, և ՚ի փառս անմահից իմոց նախնեացն, զի՛ առանց նենգութեան, և պատրանաց արարա՛ք զայդ՝, և անշրջելի պահեմք. իսկ այնք, որք ոչ լուիցեն մերոց հրամանաց, զտունս նոցա՝ հանդերձ գեօղիւք, և դաստակերտօք՝, յարքունիս ունիլ՝ հրամայեցաք. ողջ լերուք.

5 Deorum ſoboles, fortiſſimus Sapores, regum rex, ſatrapis Armeniis, qui poſſeſſionibus ceſſêre, quæ in noſtrâ ditione erant, ſalutem plurimam. Quanquam parùm honeſtè feciſtis, quòd principatus veſtros deſeruiſtis, quæ res neutiquam parvi momenti erat; tamen, pro regiâ noſtrâ curâ & clementiâ, veſtri veſtrarúmque provinciarum miſerti ſumus; cogitantes neque greges ſine paſtoribus, neque paſtores ſine bono rectore omninò eſſe poſſe;
6 ac propterea Choſroem quendam, qui veſtram religionem colit, atque ab antiquis veſtris regibus originem ducit, regem vobis conſtituimus. Itaque ad ſuum quiſque agrum redeat, & provinciam ſuam adminiſtret. Per ignem enim, & aquam, & per immortalium majorum meorum gloriam juramus, nos hanc rem ſine fraude ac dolo malo egiſſe, & ſanctiſſimè obſervaturos eſſe. Qui verò juſſis noſtris non paruiſſent, uti eorum domicilia, vicíque atque oppida in fiſcum redigerentur, edicto imperavimus. Valete.

ԳՐԱԿ.

ԳԼՈՒԽ ԽԳ։

Յաղագս՝ փոփոխման նախարարացն Հայոց՝ յիւրաքանչիւր ժառանգութեանց, ՚ի պաշտօն երկոցունց թագաւորացն։

ԻԲՐԵՒ՝ լուան նախարարք Հայոց, այնք որք ունէին զիշխանութի̄ ՚ի գաւառս բաժնին Պարսից, եթէ՝ կացոյց Շապուհ՝ թագաւոր հաւատացեալ Արշակունի, և զմուրհակ ուխտին տեսին, թողեալ զԱրշակ, դարձան ՚ի բնակութիւնս իւրեանց, բաց՝ յերից պատանեացն սննդակցաց արքային, և ՚ի մօտաւոր մերձաւորաց, Դարա՝, որդի Բաբկայ՝, տն̄՝ Սիւնեաց, որ էր՝ աներ Արշակայ. և՝ Գազաւոնն՝, որդի Սպանդարայ՝, տն̄ Շիրակայ՝, և Արշարունեաց. և Պերոզ՝, յազգէն Գարդմանացւոց, և ՚ի նոսին յարեցեալք, Ատատ՝, յազգէն Գնունեաց, Կենան՝, յազգէն Ամատունեաց, Սուրա՝, յազգէն Մոկաց, Առաւաստամ Առաւենեան, և՝ այլք անյայտք ոմանք։ Վ̄ս որոյ՝ զժառանգութիւնս նց̄՝ կալաւ Խոսրով յարքունիս՝, հրամանաւ Շապհոյ. և ոչ եթող զկալուածս որդւոյ՝ առ հայր, և ոչ՝ զեղբօր յեղբայր։ Բայց՝ էին ոմանք և ՚ի նախարարացն՝, որք ունէին զիշխանութիւնս իւրեանց՝ ՚ի բաժնին Յունաց առ Արշակայ, և խնդրեցին՝ գալ առ Խոսրով, ոպ̄՝ Սահակ ասպետ, որ էր աներ Վաղարշակայ՝, եղբօր Արշակայ, ընդ որում՝ խեթիւ հայէր Արշակ հանապազ, հրապուրեալ ՚ի կնոջէն իւրմէ, ոպ̄ թէ՝ զարդ արքունական ունիլ նմա՝, ՚ի փեսայէն իւրմէ ստացեալ։ Ապա՝ յայնժամ եղեւ քսութիւն զնմանէ սուտ՝ յազգականաց իւրոց ՚ի Սպեր գաւառէ, վ̄ս որոյ չարչարեաց զնա Արշակ արքայ, և անկեալ առ Խոսրով, և խորհրդակիցն նմին իւր՝ գործակցե-

CAP. XLIII.

Satrapæ Armenii in ſuas quiſque poſſeſſiones remigrârunt, duobus regibus obedientes.

1 UBI audivêre ſatrapæ Armenii, qui in Perſicæ ditionis provinciis principatus obtinuerant, Saporem conſtituiſſe regem fidelem ex Arſacidarum ſtirpe, atque adeò reſcriptum fœderis conſpexêre, relicto Arſace in ſuas quiſque ſedes remigrârunt, exceptis tribus juvenibus, qui regis propinqui, & cum eo ſimul educati erant, Darâ Babicii filio, Syniorum principis, qui erat Arſacis ſocer; Gazavono, Spandari filio, Siracæ atque Arſaru-
2 niæ domino; & Peroze ex Gardmaniorum genere, ſimul cum his, qui ſe ad eos adjunxerant, Atato Genunio, Cenano Amatunio, Surâ Moco, Aravaſtâ Aravenio, paucíſque aliis hominibus obſcuris. Quapropter Choſroes, juſſu Saporis, eorum poſſeſſiones in gazam regiam addixit; neque filii hæreditatem patri, nec fratris fratri con-
3 ceſſit. Nonnulli autem ex ſatrapis qui principatus ſuos apud Arſacem ſub Græcorum ditione habebant, ad Choſroem ire avebant, in quibus erat Iſaacus eques, Valarſacis ſocer, Arſacis fratris; quem ſemper Arſaces malignis oculis intuebatur, illecebris conjugis ſuæ inductus, quaſi is ornatu regio uteretur, quem ab genero ſuo adeptus fuerat. Et cum eodem ipſo tempore ſui eum cognati ex Speræ pro-
4 vinciâ calumniarentur, ob eámque cauſam ab Arſace rege ſuppliciis affectus eſſet, ad Choſroem transfugit; quod idem ſocii ejus facere conſtituerant, Surenas Chorchorunius, Vahanus

ա՛լ

ալ լինէին, Սուրէն Խորխոռունի, և Վահան Առաւեղեան, և Աշխարադայ ոմն՝ յազգէն Դիմաքսենից. բայց ՚ի գնալն նր ոչ ժամանեցին նոքա՝, խափանեալ ՚ի զօրացն Արշակայ, Թաքուցեալ ղօղեցին ընդ վերծածուորութեն առագաստիւ՝, սպասելով դիպող աւուր ։

Aravelenius, atque Aſcharades quidam, Dimaciſeniorum genere ortus; qui tamen non priùs venêre, quàm ille abiiſſet, ab exercitu Arſacis impediti, ac propterea diſſimulanter rem occultârunt, opportunitatem temporis expectantes.

ԳԼՈՒԽ ԽԴ.

Եթէ՝ որպէս մեծարեաց Խոսրով զՍահակ ասպետ, և նահատակութիւնք նորին ՚ի յելուզակ ազգին Վանանդացւոց ։

CAP. XLIV.

Choſroes Iſaacum equitem honorificè accepit. Res ejus geſtæ fortiter inter graſſatores Vanandenſes.

ԱՅՆ՝ Խոսրով մեծապէս ուրախ եղև ընդ գալն Սահակայ ասպետի, և սպարապետ զնա ՚ի վր զօրաց իւրոց կարգեաց, դարձոյց զնա ՚ի կալուածս հայրենիս, և այլ աւանս՝ հանդերձ ագարակօք՝ պարգևեաց նմա, յայնոցիկ ժառանգութէ՝ որք ՚ի բաժնոյն Պարսից, որ առ Արշակայ մնացին ։ Զայսու աւուրբք՝ ոմանք՝, յազգէն Վանանդացեաց, ապստամբեցին ՚ի Խոսրովայ, և՝ ոչ յոք ապաւինեցան, այլ ամրացան ՚ի մայրիս իւրեանց լերանցն՝, և յանձուկս տայոց քարանց, յելուզակաբար արշաւանօք յիշխանութի երկոցունց Թագաւորացն Հայոց՝ խռովէին զաշխարհս՝, և անհանգիստ պահէին ։ Յորոց ՚ի վր չոգաւ սպարապետն Խոսրովայ Սահակ ասպետ, և զբազումս ՚ի նոցանէ սատակեաց, և զբազումս փախստեայ արար ՚ի կողմանս չորրորդ Հայոց. զի՝ ոչ յերկիրն Խաղտեաց՝ անկան, ՚ի Յոյնս ապաւինելով, և ոչ առ Թագաւորն Արշակ՝ անցին, այլ իբր զաւազակս ոմանս, որ ՚ի կողմանս չորրորդ Հայոց էին՝, ՚ի սահմանս Ասորւոց դիմեցին ապաստան առնել ։ Քանզի՝ Վանանդացիք զաւազակութե գործ մեծաւ ցանկութե գործէին, որպ՝ ուղիղ իրք՝ ախորժելի թուէին նոցա. զորոյ ձիգ զհետ մտեալ Սա-

1 CHoſroes autem, de adventu Iſaaci equitis maximè lætus, eum exercitui præfecit, & paternas poſſeſſiones reddidit, ſimúlque alios vicos agróſque, ex eorum hæreditatibus, qui, cùm ſub ditione Perſicâ eſſent, apud Arſacem remanſerant, ei donavit. Per hæc tempora nonnulli Vanandenſes ab rege deſcivêre, neque tamen ad alium quemvis perfugêre, ſed in montium cavernis atque inter
2 anguſtias ſaxoſas communiti, excurſionibus ac latrociniis, utrorumque Armeniæ regum principatus vexabant & perturbabant. Quos Iſaacus Eques, Choſrois dux, invaſit, & complures concîdit, reliquóſque in Armeniæ quartæ fines pepulit. Neque enim Chaldæorum terram petentes, ad Græcos profugêre, neque ad re-
3 gem Arſacem ſe recepêre, ſed, ut latrones quidam, Armeniæ quartæ incolæ, in finibus Syriæ Aſylum ſibi quæſivêre. Vanandenſes enim ſummo ſtudio latrocinia exercebant, quæ res eis, tanquam ſi recta atque honeſta eſſet, pergrata videbatur. Hos Iſaacus longè perſecutus, uſque ad fines Mananaliæ compulit.

հակայ՝,

հակայ, վարէ՛ յերկար՝ մինչև ՚ի սահմանս Մանանաղւոյ ։

ԳԼՈՒԽ ԽԵ.

Յաղագս գալոյն առ Խոսրով Սուրենայ, Վահանայ, և Աշխադարայ հանդերձ գանձիւք Արշակայ ։

Սուրենայ՝ Խորխոռունւոյ, և Վահանայ՝ Առաւեղենի, և Աշխադարայ՝ Դիմաքսենի, գտեալ ժամ պատեհ, զի՛ էր հանեալ զգանձն Արշակայ՝ յամրոցէն ՚յԱնւոյ, տանել յաշխարհն Ծոփաց, զոր յափշտակեալ, և կամեցեալ անցանե՛լ առ Խոսրով, ո՛չ ժամանեցին ։ քանզի աճապարեալ Սամուէլի Մամիկոնէի, մտերմի՛ Արշակայ, յոլովաձե՛ռն գնդաւ զհե՛տ հասեալ, փախստեա՛յս արկանէր յայրս ինչ ամուրս, որ ՚ի գաւառին Մանանաղւոյ, յոր մուտ ո՛չ գոյանէր, բայց ՚ի կողմանէ՛ դրոյցն էլք էին առ ՚ի թաւալ ։ Եւ առաջի դրա՛ց այրին, սեպէ՛ր ուղորդ միապաղա՛ղ, և ՚ի վերուստ պա՛ղ անձաւ քուաւո՛ր, որ հայի յանդունդս խորաձորո՛ցն ։ և որ ինչ զերծանիցի, յահագին ուխս սաստկութեան անկանի, անդադա՛ր հոլովմամբ գլեալ, ո՛չ ուրե՛ք գտանել ոտն կախ ։ Վասորոյ տարակուսեալ Սամուէլ, վարանէր առ անհնարութեան տեղեացն, և ազդ արարեալ Արշակայ, հրամայեաց ա՛րկղ գործել երկաթապատ, և բաջ արանցն ՚ի ներքս մտանել, և այնպէս՝ շղթայատող կարիւք իջուցանել վերուստ ՚ի վայր՝ ՚ի դուռս այրին ։ սակայն և ո՛չ այն ինչ վնասեաց, քանզի յո՛յժ ՚ի բացեա՛յ պահէր ցի՛րդն ։ Եւ մինչդեռ՝ նոքա յա՛յնմ էին, լինէր ի՛մն, ըստ դիպուածոյ բախտի՛, հասանիլ անդր Սահակայ ասպետի՛, բովանդակ գնդաւն Խոսրովայ, որով՝ հետամուտ յե՛լուզակա՛ցն էր, թողեալ զնոսա՝, դիմէ ՚ի վե՛ր ա՛յնոցիկ, որք ընդ այրին մարտնչէին ։ Եւ

CAP. XLV.

Surenas, Vahanus atque Aſcharades cum theſauris Arſacis ad Choſroem tranſeunt.

1 SUrenas Chorchorunius, Vahanus Aravelenius, atque Aſcharades Dimaciſenius, occaſionem commodam nacti, quo tempore theſaurus Arſacis ab Anio caſtello in regionem Zophenſem deportabatur, eum rapiunt, atque ad Choſroem proficiſci conten-
2 dunt. Non tamen tempus tulit. Eos enim Samuel Mamiconius, fidus Arſacis amicus, cum magnâ manu ocyùs perſequi occupavit, atque in munitiſſimam quandam ſpeluncam in provinciâ Mananaliâ compulit, quæ adiri neutiquam poterat, niſi quòd ab unâ parte via erat arctiſſima, ac maximè declivis præcépſque. Ante os ſpecûs agger directus extabat, atque à ſuperiore parte, montis impendentis ſaxoſa altitudo, quî profunda vallium tartara de-
3 ſpectabat; ita ut, quicquid inde delapſum ſit, ſummâ rapiditate præceps caderet, atque aſſiduâ volutatione volveretur, neque locum conſiſtendi haberet. Samuel, ſummâ loci difficultate attonitus, animi pendebat; atque Arſacem de eâ re docebat; qui arcam ferro circumdatam fabricari, in eam viros ſtrenuos includi, atque ita catenis & funibus ad os ſpeluncæ demitti jubet.
4 Neque tamen eâ re damnum inferre potuerunt, quum eos denſi vepres longè arcerent. Dum autem in eo erant occupati, fortè accidit, ut Iſaacus eques cum omni Choſrois exercitu, quo latrones inſectabatur, eôdem veniret, qui, relictis illis, hos aggreſſus eſt,

Հալածական

հալածական արարեալ, հանէ՛ զՍուրէն, զՎահան, և զԱշխարադայն հանդերձ գանձիւք՝ փոյթ ընդ փոյթ հասանէ առ արքայ։ Իսկ Խոսրովայ առեալ՝ ’ի գանձուցն մասն հանէ՛ Շապհոյ, և հրամայեալ տալ գեօղս, և դաստակերտս ընտիրս, և յամուրս, յայնոցիկ ’ի ժառանգութենէ՝ որք ’ի բաժնոյն Պարսից՝ մնացին առ Արշակայ։ ԵՒ այս եղև սկիզբն պատերազմի Արշակայ, և Խոսրովայ։

5 qui ſpeluncam oppugnabant. Híſque
fuſis, Surenam, Vahanum, atque Aſ-
charadem cum regiâ gazâ eripuit, at-
que ad regem quàm celerrimè conten-
dit. Choſroes autem partem aliquam
de theſauris pro Sapore detrahit, &
vicos atque oppida præclara ac mu-
nitiſſima, ex eorum poſſeſſionibus, qui
ditioni Perſicæ ſubjecti, apud Arſa-
cem remanſerant; his dono dari ju-
bet. Atque hæc fuit origo belli inter
Arſacem & Choſroem.

ԳՐԱԿ ԽԶ.

Պատերազմաւ Արշակ պարտեալ ’ի Խոսրովայ՝, հիւանդացեալ մեռանի։

ԹԷՊԷՏ՝ և ոչ եղեն ձեռնտուք Շապուհ, և Արկադ՝, Խոսրովայ, և Արշակայ՝, լինել զօրավիգն օգնականութեան՝ առ ’ի տալ ընդ միմեանս պատերազմ, սակայն՝ և ոչ արգելին զնոսա. Եւ սպառեալ պատգամաւորութեանն, և ժողովեալ Արշակայ զզօրս իւրս խաղայ ’ի վերայ Խոսրովայ։ գնայ և Խոսրով ’ի բանակէն իւրմէ առ եզր ծովուն Գեղամայ՝, զոր Մօրսն կոչեն՝, ընդ առաջ Արշակայ, զի՝ մի՛ ’ի սահմանս իւր իջցէ. Եւ ոչինչ այնչափ աճապարեաց սատակել, մինչև եգիտ զԱրշակ՝ իջեալ յիւր սահմանս՝, ’ի գաւառին Վանանդայ. և պատահին միմեանց ’ի դաշտին՝, զոր կոչեն, Երևել, և տան ընդ միմեանս պատերազմ սաստիկ յոյժ, հարկանի զօրն Արշակայ, մեռանի և սպարապետ նորա Դարա՛ Սիւնի՛ ’ի պատերազմին, և փախստական լինի Արշակ սակաւուք, և զհետ մտեալ նորա քաջին Սահակայ՝, ասպետին Խոսրովայ՝, վարէր սաստկապէս։ Ուրանոր՝ ահագին նահատակութիւնս ցուցեալ՝ Գազաւոնի՝, որդւոյ Սպանդարատայ, բազում անգամ

CAP. XLVI.

Arſaces, à Choſroe bello ſuperatus, morbo periit.

1 ETSI Sapores atque Arcadius
Choſroi atque Arſaci ad bellum
inter ſe gerendum auxilia non mitte-
bant, non tamen eos prohibebant. I-
taque omiſſis legationibus, Arſaces,
coacto exercitu, Choſroi bellum in-
fert. Choſroes ab caſtris ſuis propè
mare Gelamium, quam Paludem ap-
pellant, Arſaci obviam procedit, ne
in fines ſuos deſcenſiones faceret.
2 Neque tamen ad cædem magnope-
rè properavit, priuſquam Arſacem
in ſuos fines in provinciam Vanan-
denſem deſcendiſſe comperiſſet. In
campo, ut vocatur, Erevelo, utræ-
que acies occurrunt; ibíque præli-
um atrox conferunt, in quo exerci-
tus Arſacis profligatur, dux ejus Dara
Synius acie cecidit, ipſéque Arſaces
cum paucis aliis fugæ ſe mandavit,
quos inſecutus fortiſſimus Iſaacus, Choſ-
rois præfectus, vehementer premebat.
3 Ibi Gazavonus, Spandarati filius, mi-
ra fortudinis opera edidit, dum ſæ-
piùs pugnam repetens, inſequentes
funderet, atque Arſaci aufugiendi ſpa-

դարձեալ

դարձեալ յարձակմամբ ցրուէր զհետամուտսն, և տայր պարապ ժամ գնալոյ Արշակայ ։ Եւ դարձաւ Խոսրով 'ի տեղի իւր, և գնաց Արշակ յԵկեղեց, և հիւանդանայ մաշարպյական ախտիւ, ջերանի հիւծմամբ, թագաւորեալ ամ Հայոց ամս հինգ, և կիսոյն Հայոց ամս երկուս և կէս ։ Եւ այնուհետև ոչ կացուցին Յոյնք 'ի բաժնի իւրեանց թագաւոր, այլ առաջնորդ նախարարաց կողմանցն այնոցիկ՝ քաջն Գազաւոնն, և աշխարհին իւրեանց մասինն կացուցին Յոյնք Կոմէս իշխանս ։

tium daret. Ita Choſroes ſe in ſedem ſuam recepit, atque [1] Arſaces Eceleſiam petiit, ubi febri tabidâ conſumptus periit, poſtquam totius Armeniæ per annos quinque, at dimidiæ partis imperio duos cum dimidio annos potitus eſſet. Deinceps autem Græci regem ſuæ parti non impoſuêre, ſed earum regionum ſatrapis fortiſſimum Gazavonum rectorem præfecêre, & pro ſuæ ſortis rege Græci Comitem conſtituere.

[1] Hunc Arſacem ad Theodoſii Junioris tempora refert Procopius, cujus quidem, cùm longius ſit teſtimonium, quàm ut notis commodè interponi poſſit integrum, ejus tantùm ſummam hîc exſcribemus. *Και χρονον μεν τινα περιμαχητος Ρωμαιοις τε και* Περσαις *ἡ των Αρμενιων γεγενηται χωρα εν ὑσατω ξυνεβησαν, Περσαις μεν την Τιγρανε μοιραν, Ρωμαιοις δε Αρσακε εχειν. επι τουτοις τε σπονδαι αμφοτεροις ξυνετελεσθησαν. και το λοιπον ὁ Ρωμαιων βασιλευς αρχοντα τοις Αρμενιοις αει καθιστα, ὃν τινα ποτε, και ὁπηνικα αν αυτῳ βουλομενῳ ειη. Κομητα τε της Αρμενιας εκαλουν και εις εμε τον αρχοντα τουτον.* Procop. de Ædific. Juſtinian. III. 1. p. 53. Vide etiam eundem Scriptorem de Bello Perſ. II. 3. p. 93. Utinam autem Lectores ipſum Procopium conſulerent, & cum Moſe attentè conferrent, quum vix ſatis inter ſe convenire videantur.

ԳԼՈՒԽ ԽԷ ։

Յաղագս երանելւոյն Մեսրովբայ ։

Տեսեալ թէ 'ի վերջ է հասեալ թագաւորութիւնն Հայոց, և զխռովութիւն նիւթ իւրոյ համբերութեանն գտեալ Մեսրովբայ, որ էր 'ի Հացեկաց Տարօնոյ, սնեալ և ուսեալ առ մեծին Ներսիսի, և յետ ելից նր յաշխարհէս 'ի դրան արքունի կարգեալ քարտուղար ։ Սա սիրեաց զմիայնակեցութե վարս, որպէս ասացոն, թէ 'ի նաւահանգիստ փութայ նաւ խռովեալ, և անձն ժուժկալ խնդրէ զանապատ, նոյնպէս և Սա փախուցեալ յաշխարհական զբաղմանց, և ընկեցեալ յետս զմարմնական պատիւն, զհետ ընթանայր երկնաւորին ։ Եւ երթեալ 'ի գաւառն Գողթան, զմիայնակեցութե վարս ստացեալ բնակի, և որ 'ի նմա ղօղեալ աղանդն հեթանոսական, Թաքուցեալ յաւուրցն

CAP. XLVII.

De beato Meſrobe.

1 FINEM jam Armenii Imperii adeſſe videns, occaſionem inter has turbas patientiæ ſuæ exercendæ ſibi oblatam arbitrabatur Meſrobes, qui erat ex Haſecaſo Taroni oppido, apud magnum Nerſem educatus atque inſtitutus, & poſt ejus obitum Aulæ regiæ ſcriba conſtitutus. Hic vitam & mores ſolitarios amavit, coluítque, atque, ut à quodam dictum eſt, quemadmodum navis jactata ad portum feſtinat, animúſque patiens ſolitudinem quærit, ita ille à mundi curis aufugiens, & corporis honorem deſpiciens, ad cœleſtem gloriam curſum conten
2 dit. Itaque in provinciam Golthenſem recedens, ſolitariam vitam coluit, atque Ethnicorum ſectam, quæ à Tiridatis uſque temporibus ibi delitue-

Տրդատայ

Տրդատայ՝ մինչև՝ յայն ժամանակս, և ապա՛ յայտնեցաւ, ՚ի վատթարել թագաւորութեանն Արշակունեաց, զայն եբարձ՝ օգնականութբ իշխանի՛ գաւառին, որում անուն էր՝ Շամբիթ. ուր՝ նշանք Աճայինք լինէին, որ՝ առ սրբոյն Գրիգորիւ, հալածական լեալ՝ մարմնաւոր տեսլեամբ դևքն, անկանէին ՚ի կողմանս Մարաց. 3 և ո՛չ ինչ պակաս յայ՛նցանէ արարեալ՝ գտանի և ՚ի Սիւնեաց աշխարհին, ձեռնտուութբ իշխանին, որում անուն էր՝ Վաղինակ. Եւ ՚ի վարդապետել երանելւոյն Մեսրովբայ, ո՛չ փոքր կրէր վտանգս, քանզի՝ ինքն էր ընթերցող, և թարգմանիչ, և եթէ՝ այլ ոք հանդիպէր, որ ընթեռնոյր, ո՛ւր՝ նա ո՛չ լինէր, զանխուլ ՚ի ժողովրդոցն լինէր յաղագս՝ ո՛չ լինելոյ թարգմանիչ. վս որոյ՝ ե՛դ ՚ի մտի հնարս՝ գտանել նշանագիրս Հայոց լեզուիս, և արկեալ զանձն ՚ի ջան, պէս պէս հնարիւք՝ տաժանիւր.

rat, & tum, afflicto jam Arſacidarum imperio, ſe aperuit, adjuvante provinciæ principe, cui nomen erat Sambitho, delevit; ubi divina ſigna, ut olim à Gregorio, edita fuerunt, quum dæmonia, præſentiâ aſpectúque ejus fugata, in Mediam ſe receperint.
3 Neque minora opera in regione Synenſi egit, ope principis, cui nomen erat Valinacus. Beatus autem Meſrobes non parvam moleſtiam inter docendum ex eo cepit, quòd ipſe cum lector, tum interpres erat, neque à populo intelligi potuit, ſi quis fortè, eo abſente, legiſſet, quoniam quidem non aderat interpres; atque ob eam rem rationem iniit, quemadmodum Armeniacæ linguæ characteres inveniret; quâ in re dum operam poneret, variis premebatur difficultatibus.

ԳՐԱԿ ԽԸ.

Դարձ առ Խոսրով նախարարացն, որք էին առ Արշակայ.

CAP. XLVIII.

Satrapæ, qui apud Arſacem fuerant, ad Choſroem remeant.

1 Տեսեա՛լ նախարարացն Հայոց եթէ՝ ո՛չ կացուցին Յոյնք ՚ի վե նոցա թագաւոր, և դժուար վարկուցեալ՝ զանառաջնորդն լինիլ, խորհեցան կամաւոր՝ հնազանդ լինիլ թագաւորին Խոսրովու, սմին իրի գրեն առ նա թուղթ, օրինակ զայս.

2 Ստրատելատ Գազաւոն, և ամ նախարարք Հայոց մասին Յունաց, տն մերոյ Խոսրովայ, արքայի՝ կողման Արարատոյ, խնդալ. Ինքնին տէր՝ գիտես զմիամտութի մեր առ յիշեցեալ թագաւորին մերոյ Արշակայ, զոր մինչև ց՚օր վախճանին նր՝ անշրջելի՛ պահեցաք. Եւ արդ՝ խորհեալ եմք նոյնպէս ծառայել քեզ միամտութբ, եթէ՝ հաստա-

1 QUUM cernerent ſatrapæ Armenii, Græcos ſibi regem non conſtituiſſe, graviterque ferrent, rectore carere, ſe ſuâ ſponte ſub imperium Choſrois ſubjungere cogitârunt, atque eâ re literas ad eum hoc exemplo ſcribunt.

2 Imperator Gazavonus, cunctique Græcæ ditionis ſatrapæ Armenii, domino noſtro Choſroi, Araratenſis partis regi, ſalutem. Tu ipſe, Domine, fidelitatem noſtram erga regem noſtrum Arſacem probè noſti, quam uſque ad ejus mortem ſanctiſſimè ſervavimus. Jam verò conſilium eſt, tibi eâdem fidelitate obtemperare, ſi nobis

տեսցես

տեսցես առ մեզ դաշամբք զերիս զայսոսիկ։ Առաջին, չյիշել զյանցանս, զոր պատերազմեցաք ընդ քեզ 'ի հարկէ, և ոչ 'ի կամաց. Երկրորդ, զի դարձուսցես առ մեզ զամենայն ժառանգութիւս մեր, որք 'ի մասին Պարսից, զոր հատէք յարքունիս. Երրորդ, հանել, թափել, զմեզ 'ի Կայսերէ, զի մի վրդովեսցեն զբնակութիւս մեր, որք ունիմք զիշխանութիւն յայսմ բաժնի։ և զայս պայման ուխտի գրեալ, և խաչ հաստեալ, կնքեսցես, զոր տեսեալ փութասցուք 'ի ծառայութիւն ձեր։ Ողջ լեր տէր մեր։ Գրէ և Խոսրով պատասխանի։ Քաջ արանց Խոսրով, Հայոց արքայ, ստրատելատիդ Գազաւոնի, և ամ նախարարացդ, ողջոյն շատ։ Ուրախ լերուք զի մեք ողջ եմք, զի և մեք ուրախացաք է լուր ողջունի ձերոյ, և առաքեցաք, ըստ խնդրոյդ ձեր, զայս պայման ուխտի։ Առաջին, չյիշել զյանցանս ձեր, զոր չունէաք առ յանցանս իսկ, այլ առ երախտաւորս, զմիամտելն առ Թագաւորին Արշակունոյ, զոր պաշտէիքն, զոր և առ մեզ զնոյն յուսամք լինել։ Երկրորդ, դարձուցանել 'ի ձեզ զժառանգութիւն ձեր, զոր ունիմք յարքունիս, բաց յայնմանէ զոր ումեք ումեք պարգևեցաք. զի ոչ շրջին պարգևք Թագաւորաց, առանց վնասու, մանաւանդ 'ի դիւան հօրն մերոյ, տն Շապհոյ, արքայից արքայի, եմուտ։ Այլ փոխանակ ընդ այնր յարքունուստ լնումք և զձերոյն պակասութիւն։ Երիր, թափեմք զձեզ 'ի գործակալաց Յունաց, թէպէտ պատերազմաւ ընդ Կայսեր, թէպէտ խաղաղութեամբ։ Եւ զքեզ Գազաւոն, արիւն իմ, և հարազատութիւն, ոչ ըստ վաղնջուց ազգականութեան, այլ ըստ արդեանս, որ 'ի մօրէ քումմէ Արշանուշայ Արշակունոյ, հանել զքեզ 'ի հայրենեաց քոց Կամսարականաց, և 'ի մայրենիս քոյ իմն առեալ ազգ, Արշակունի անուանմբ պատուեցից։ Զայս տեսեալ Գա-

hæc tria, fœderis ſanctione, confirma-
3 veris; primùm, ut delicta noſtra ob-
livione deleas, ſiquidem adverſùm te
non lubentes, ſed coacti, bellum geſ-
ſimus. Deinde, ut ſingulas cuique
noſtrûm poſſeſſiones reſtituas, quæ in
ditione Perſicâ ſunt, quas in gazam
regiam addixiſtis. Tertium eſt, ut
nos à Cæſare eripias atque liberes, ne
ſedes noſtras vexet, qui in hac parte
principatus habeamus. Has fœderis
conditiones, quum ſcripto mandave-
ris, & ſacroſancto crucis ſigno ob-
ſignaveris; eo viſo, noſmet imperio
tuo ſtatim ſubjiciemus. Vale, Do-
4 mine noſter. At Choſroes reſponſum
hujuſmodi reddidit. Fortiſſimus Choſ-
roes, Armeniorum rex, imperatori
Gazavono, univerſíſque ſatrapis ſalu-
tem plurimam. Gaudete nos valere,
quum nos etiam de ſalutis veſtræ nuncio
lætati ſimus. Has autem fœderis le-
ges, quas poſtulâſtis, vobis miſimus.
Ac primùm, delicta veſtra condona-
mus; quanquam id quidem non in
delictis, ſed in rectè factorum nume-
5 ro ponimus, quòd regem veſtrum Ar-
ſacem ſummâ fide coluiſtis, quam
eandem ſperamus fore, ut nobis etiam
præſtetis. Deinde hæreditates veſ-
tras, quæ in ærarium redactæ ſunt,
vobis reſtituemus, exceptis eis, quas
aliquibus dono dedimus; neque enim
regum donationes ſine injuriâ revocari
poſſunt, maximè quia in tabulario pa-
tris noſtri domini Saporis, regum re-
6 gis, publicè ſunt relatæ. Nos tamen
id damni ex gazâ regiâ vobis cumulatè
reſarciemus. Poſtremò, vos à procu-
ratoribus Græcis, vel in bello cum
Cæſare, vel in pace, incolumes tuebi-
mur. Te verò, Gazavone, ſanguine
mihi & cognatione non ſolùm ex anti-
quâ ſtirpe, ſed recenti genere con-
junctum, quum mater tua Arſanuſia

I

զաւոնի,

զաւռնի՝, ընդ հուպ դարձուցանէ զբնաւ նախարարսն առ արքայն Խոսրով, և բարեբախտիկ եղեալ, քաջախառնութե հանդիպի նմ խնդրոյն, և խոստմանցն։ Բայց Սամուէլի Մամիկոնէի՝, յինքն ընկալեալ զթուղթն Խոսրովու, և զպատճէն թղթոյն նախարարացն, զատուցեալ 'ի նախարարացն, գնաց առ կայսրն Արկադ. քանզի էր սպանեալ նորա զհայրն իւր Վարդան, յաղագս ուրացութեն, և զմայր իւր Տաճատուհի, և երկնչելով 'ի Պարսից, և 'ի քեռեաց իւրոց Արծրունեաց, ոչ 'ի Յունաց իշխէր զատչիլ։ Իսկ Արկադ նմա բարիս արարեալ, հրամայէ զհաւասար թղթոյն Հելլէն գրով 'ի դիւան իւր դնել, զի պահեսցեն յիշատակք ազգաց ապստամբողաց, որ կայ մինչև ց'այսօր։

de Arſacidis una fuerit, à paternâ
Camſaracaniâ gente ſegregabo, atque
in meam maternámque tuam gentem
aſſumens, Arſacidarum nomine deco-
7 rabo. Gazavonus, ut hæc vidit, ſtatim
cunctos ſatrapas ad regem Choſroem
reduxit, proſperâque fortunâ uſus, ea
omnia accepit, quæ poſtulaverat,
quæque promiſſa fuerant. Samuel au-
tem Mamiconius, arreptâ ſibi Choſ-
rois epiſtolâ, & præfectorum epiſto-
læ exemplo, à ſatrapis diſceſſit, atque
8 ad Cæſarem Arcadium tranſiit. Quòd
enim patrem ſuum Vardanum, quia
à fide deſciverat, ac matrem ſuam
Tazatiam interfecerat, tum à Perſis,
tum ab Arzeruniis cognatis ſuis ti-
mens, ſe à Græcis disjungere non au-
debat. Arcadius autem beneficiis eum
remuneratur, & literarum exemplum
Græco ſermone perſcriptum in tabula-
rio ſuo reponi jubet, ut nationis ſediti-
oſæ memoria maneret; eæque literæ
uſque ad hodiernum diem extant.

ԳՐԱԿ ԽԹ.

Միապետել Հայոց Խոսրովայ, և ունիլ զաթոռ եպիսկոպոսութեանն մեծին Իսահակայ։

CAP. XLIX.

Choſroes ſolus Armeniæ regnat. Iſaacus magnus in ſolio epiſcopi ſedet.

ԻԲՐԵՒ՝ տիրեաց Խոսրով ամենայն նախարարացն Հայոց, որոց ցանկայրն, յղէ առ Արկադ, և խնդրէ 'ի նմանէ՝ հաւատալ յինքն զմասն Յունաց, որ 'ի Հայս։ զորս չէն կալեալ հարկիցեն տալ նմա անսխալ, ոչ նորին գործակալաց։ Եւ կասկածեալ Արկադեայ 'ի միաբանութե նախարարացն Հայոց, թէ միաբանութե հատանիցեն 'ի նմանէ 'ի Պարսս զբաժինն զայն, կատարէ զխնդիրսն Խոսրովայ։ Յետ այսորիկ՝ վախճանեալ եպիսկոպոսապետն Ասպուրակէս, 'ի

1 Poſtquam omnibus Armeniæ ſatra-
pis, id quod cupiebat, Choſroes
præfuit, ad Arcadium mittit, atque,
ut eam Armeniæ partem, quæ Græ-
cis contributa erat, ſuæ item poteſtati
committat, ab eo petit. Quam ſi
accepiſſet, ex eâ regione tributa ei ſe,
ut ejus procuratorem, bonâ fide col-
laturum pollicetur. Arcadius, cui
præfectorum Armeniorum conſociatio
ſuſpicionem injecerat, fore, ut pars
ea, ſibi adempta, Perſis traderetur,
2 petitioni Choſrois conceſſit. Poſt hæc,

տեղի

տեղի նորա յաջորդէ՝ Խոսրով զՍահակ, որդի մեծին Ներսեսի, որդւոյ Աթանագինեայ, որդւոյ Յուսկանն, որդւոյ Վրթանիսի, որդւոյ սրբոյն Գրիգորի։ Սա՝ ամ առաքինութբ՝ հարցն նմանեալ, աղօթից մասամբ առաւելեալ, քանզի՝ ստացաւ աշակերտս վաթսուն, ըստ նմանութեան մայրաքաղաքացն սպուդէից, այր կրօնաւորք, խարազնազգեստ, երկաթապատք, բոկագնացք, որք՝ յար ընդ նմա շրջէին. որովք մշտնջենաւոր պաշտամամբ կատարէր զկանոնն, որպէս՝ զայնս որք յանապատին էին, և հոգայր աշխարհս, ոչ՝ զայնս որք յաշխարհին էին։ Առ նա՝ եկեալ Մեսրոբայ յաղագս՝ խնդրոյ նշանագրաց Հայոց, եգիտ զնա առաւել փափագող այսմ. և յետ՝ բազում ջանից, և ոչինչ օգտելոյ, դարձեալ յաղօթս ապաւինել, յԱՅ խնդրելով. և մեկնեալ ՚ի միմեանց, գնաց Մեսրոպ ՚ի դադարս իւր, և յանձն առեալ զխստամբերութի վարուց, ջգնէին առաւել քան զկար։

Aſpurace epiſcopo mortuo, Choſroes
Iſaacum magni Nerſis filium, Athanagenis filii, Juſici filii, Verthanis filii, ſancti Gregorii filii, in ejus locum
ſubſtituit. Hic, in omni aliâ virtute
majoribus par & ſimilis, in precatione
longè antecellebat, ut qui ſexaginta
diſcipulos, in modum ſtatorum in
urbibus primariis, habuerit, viros religioſos, cilicio indutos, ferro circumdatos, à calceis nudos, qui eum ſemper conſequebantur; quibuſcum ad
eorum normam perpetuò vitam di-
3 rexit, qui ſe ſolitudini mandârant, &
tamen mundi negotia curavit, non ſecus ac illi, qui mundi occupationibus implicati erant. Ad hunc Meſrobes acceſſit, ut literarum Armeniacarum formas inveſtigaret, eúmque ejus rei cupientiſſimum reperit; & poſtquam multam operam fruſtrà conſumpſerant, ad preces confugientes, Deo ſupplicabant; atque ubi inter ſe diſceſſêre, ad ſedes ſuas rediit Meſrobes, &, aſſumptâ ſibi morum ſeveritate, eam ſupra vires utrique exercebant.

ԳԼՈՒԽ Ծ։

Կապուտն Խոսրովայ, և փոխանորդել զթագն Վռամ Շապուհ, եղբայր նր։

ՅԱՅՍ՝ Շապուհ էր ցասմամբ ընդ Խոսրովայ, բարեկամանալն Արկադեայ անձամբ, և յանհրաման կարգել յեպիսկոպոսութի զմեծն Իսահակ. վն որոյ՝ յղեալ ամբաստանութի՝ հանդերձ սպառնալեօք, ըմբոստացաւ Խոսրով, և խրոխտամամբ վէսական պատասխանեաց՝, և արձակեաց զպատգամաւորսն անարգանօք, և խկոյն խօսեցաւ ընդ Արկադեայ, զի՝ լուծեալ զհաշտութին ընդ Շապհոյ, օգնեսցէ նմա զօրու, և սա՝ դար-

CAP. L.

Choſroes in vincula conjicitur, atque in ejus locum frater ejus Veramus Sapores rex ſufficitur.

1 SApores autem Choſroi graviter iratus eſt, quòd per ſe ipſe amicitiam & ſocietatem cum Arcadio coiiſſet, & magnum Iſaacum injuſſu ſuo epiſcopum conſtituiſſet; eâque de re criminationem minacem ad eum mittit; cui Choſroes ſuperbum & contumax reſponſum retulit, & legatos contumelioſè dimiſit, ac ſtatim cum Arcadio egit, ut, diremptâ cum Sapore
2 ſocietate, ſe copiis adjuvaret. Ita ſe
ei totam regionem redditurum pro-

ձուսցէ

Ձուսցէ առ նա զբովո՛ր աշխարհս։ Այլ Շապուհ՝, 'ի հրապուրելոյ գուշակութե՛ նախարարաց մերոց՝, նոյն հետայն առաքէ զԱրտաշիր՝, զորդի՛ իւր՝, զօրու մեծաւ 'ի Հայս։ Եւ 'ի հրաժարել Արկադեայ 'ի կուսակցելոյն Խոսրովայ, և՝ ոչ զոք յօտար ազգաց գտեալ 'ի սատարութիւն, անկարացեալ ընդդիմանալ, կամ խուսել 'ի նմանէ՝, չոգաւ առ նա, և Արտաշրի ընկեցեալ զնա 'ի տէրութենէ, փոխանակ կացուցանելով զՎռամ Շապուհ, զեղբայր նորին․ ոչ զմեծն Իսահակ, և ոչ զոք 'ի նախարարացն կարգեցելոցն 'ի Խոսրովայ՝, վրդովեաց 'ի պատուոյ իւրաքանչիւրոյ, նա՛ և՝ հրամայեաց ևս՝ ընդ Յոյնս զնոյն կարգ ունել։ Եւ թողեալ գունդ սատար, ինքն 'ի Տիզբոն՝ փութայր հասանել, 'ի ծերութէ հօրն՝ ակն ածեալ, ընդ իւր ունելով զԽոսրով, դնել յԱնուշն կոչեցեալ բերդին, որոյ թագաւորեալ ամս հինգ։ ընդ նմա՛ տարեալ՝ և զԳազաւոն կապանօք, կասկածեալ յառնն քաջութէ, և զտուն նր ունել յարքունիս․ նոյնպէս՝ և զեղբօր Շաւարշայ, և զՊարգևայ Ամատունւոյ․ քանզի՝ զինուորօք նրկատեալ՝, որսացան զյաջողութիւն ժամու՝ 'ի ճանապարհի՛ կարաւանին՝ զերծուցանել զարքայն իւրեանց Խոսրով, և ոչ աջողեցաւ 'ի պարաւանդելոյ ոտից նց շղթայս։ Եւ հզօր մարտի եղելոյ՝, սպանան Շաւարշ՝, և Մանուէլ՝, որդի՛ Պարգևայ, և բազումք ընդ նս․ իսկ՝ Պարգև՝, 'ի կապանս ըմբռնեալ՝, ածաւ առաջի Արտաշրի, և տիկ տեսակացուցեալ ուռուցմամբ հրամայեաց դնել առաջի՛ Խոսրովայ հանապազ։

mittit. At Sapores, principum noſtro-
rum admonitu impulſúque, illico Arta-
ſirem filium ſuum cum magnâ manu in
Armeniam mittit. Cum verò Arcadius
à cauſâ Choſrois ſtare recuſaret, nullá-
que ex exteris nationibus opitulari vel-
let, neque ipſe obſiſtere, nec ſe ſub-
trahere poſſet, ad eum vadit; quem
Artaſires ab imperio amovit, & in e-
jus locum Veramum Saporem, fra-
3 trem ejus ſubjecit. Neque tamen Iſaa-
cum magnum, nec quenquam de ſa-
trapis ab Choſroe conſtitutis de gradu
honoris dejecit, ſed etiam eundem gra-
dum apud Græcos tenere juſſit. De-
inde, relictâ ibi ſatis magnâ manu,
ipſe Cteſiphontem proficiſci matura-
vit, ut qui ex ſenectute patris expec-
tationem haberet; ſecum Choſroem
ducens, ut in caſtellum, quod appel-
latur, oblivionis includeretur, qui an-
nis quinque imperavit. Simul & Ga-
zavonum vinctum ſecum aſportavit,
à viri fortitudine ſibi metuens, ejúſque
4 domum regi addixit. Item fratrem
Savarſi, & Pargevam Amatunium ab-
duxit; qui cum armatâ manu occaſio-
nem ad regem ſuum Choſroem in iti-
nere eripiendum captaverant; ſed mi-
nùs proſperè cœptis ſuccedebat, quòd
pedes eorum catenis erant conſtricti.
Acri autem inito certamine, Savarſus,
& Manuelus Pargevæ filius cum aliis
compluribus interfecti ſunt; ſed Par-
gevas captus vinctúſque ad Artaſirem
abductus eſt, qui quidem utrem infla-
tum ac tumentem, talem enim ſpe-
ciem habuit, aſſiduè ante oculos Choſ-
rois poni imperavit.

ԳՐԱԿ ԾԱ.

Երթ մեծին Իսահակայ 'ի Տիզբոն, և դարձ մեծարանօք, և պատուով:

ՍՈՒՐԲՔ ոմանք, և երևելիք, առաջինք 'ի նախարարացն, և 'ի վարդապետա՛ց, աշխարհիս լուսաւորութե՛ պատճառք, որդէծնութեն իջեալ ց' մեծն Իսահակ, դադարումն եղև ուստերա՛ց նր, ունելով դուստր մի' Իսահակ՝, Անոյշ անուն, որ տուեալ յամուսնութի Համազասպա՛յ Մամիկոնէի. և 'ի մեռանիլ քաջին Իսահակայ սպարապետի, 'ի տեղի նր աղաչէր սբն Իսահակ՝ կարգել զնա Խոսրովա՛յ արքայի, և զկնի կապանա՛ց նր, եղբօր նր, Վռամ Շապհոյ. այլ սա հրաժարէր՝ առանց հրամանաց արքայից արքայի առնել զայն, յիշելով՝ եթէ՝ սակս այսպիսեա՛ց իրաց կրէ զվի՛շտս եղբայր նր Խոսրով. վասն որոյ առեալ 'ի նմանէ թուղթս, 'ի թախանձելոյ դստերն նորին, չոգաւ առ Արտաշիր՝, Պարսից արքայ. (որ՝ յետ եօթանասնամեայ թագաւորութեան հօրն՝ կալաւ զթագաւորութիւնն ա՛մս չորս) և մեծարի 'ի նմանէ յոյժ. Նախ՝, վասն քաջատոհմիկ ազգին Պալհաւկաց. դարձեալ, զի և առաջի անհաւատից յարգո՛յ, և պատուական, ցուցանէ Աճ զծառայս իւր: Որոյ զբնա՛ւն կատարեալ զխնդիրսն, նախ՝, վն փեսայի նորա Համազասպայ. և դարձեալ, վն մեղուցելո՛յ նմա ազգա՛ցն Կամսարական, և Ամատունի, որք սուզեա՛լք թաքեալ էին յանյա՛յտ տեղիս. վն որոյ մաղթեա՛ց գթալ, իբր յԱծային հրամանէ՝ ոչ համարել որդւոց զյանցանս հարց, մանաւանդ՝ զի և հա՛րքն, որք մեղանն, նոքին սակս այնր՝ և մեռանն. Որոց մնացելոցն՝ պարգևեա՛ց զկեալ, հրամայեաց զտունս իւրաքանչիւրոցն՝, զկալեալն յարքունիս՝, դար-

ձուցանե՛լ

CAP. LI.

Magnus Iſaacus Cteſiphontem proficiſcitur, & cum honore ac dignitate revertitur.

1 QUUM ſanctiſſimi quidam maximéque inclyti, ſatraparum & doctorum noſtrorum principes, regionis lumina, in patrum locum, uſque ad magnum Iſaacum, maſcula proles, ſucceſſiſſent filii, progenies virilis in illo defecit, relictâ unicâ ſolùm filiâ, nomine Anuſiâ, quæ Hamazaſpi Mamiconio nupta erat: mortuo autem fortiſſimo duce Iſaaco, ſanctus Iſaacus à Choſroe rege, & poſtquam is in vincula conjectus eſt, à fratre ejus Veramo Sapore petit, ut Hamazaſpem in locum ejus conſtituat.
2 Ille autem, injuſſu regum regis, id ſe facturum negavit, fratris ſui Choſrois memor, qui ex tali re calamitatem ceperat. Quocirca acceptis ab eo literis, rogatu atque impulſu filiæ ſuæ, ad Artaſirem Perſarum regem proficiſcitur, (qui, poſtquam pater ad ſeptuaginta annos imperium produxerat, per quatuor annos ipſe imperavit,) atque ab eo magnificè acceptus eſt. Primùm, propter præclarum ac nobile Palhavenſe genus; deinde, quia etiam Deus coram infidelibus ſervos ſuos honore ac dignitate de-
3 corat. Qui quidem omnibus ejus poſtulatis annuit, primùm, de genero ejus Hamazaſpe; iterum, de gentibus, Camſaracaniâ atque Amatuniâ, quæ in eum deliquerant, quæque in locis abditis deliteſcebant. His uti ignoſceret, deprecatur; cùm Deus ipſe ſanxerit, nè parentum ſcelera filiis attribuerentur; eóque magis, quia patres nocentes, ſua delicta morte luerant. Iis igitur qui ſuperfuêre, vitam largitur, & ſua cuique bona, quæ in ærarium redacta

ձուցանե՛լ ՚ի նս̄. բայց միայն՝ ՚ի գահ հայրենի ոչ հաստատել, այլ խոնարհ քան զբազումս մատուցեալ նախարարս, ՚ի գահս կրսերագունից պատրաստեալ։ Իսկ՝ զազգն Համազասպայ՝, որ է տոհմ Մամիկոնեան՝, ՚ի վե՛ր մատուցանել, զի կարգեցին ունել զհինգերորդ գահ նախարարացն Հայոց, և ՚ի դիւանի՝ իւրում գրել։ Զի զայս զերկուս՝ այսպէս պահէին սովորաբար, զի յորժամ նստէր արքայն, որ նոյն ժամայն փոխէին զդրամ գտեալ ՚ի գանձս արքունի, զնորայն տպաւորելով պատկեր, և զգիր դիւանին՝ յայլ փոխեալ նր̄ անուամբ՝, սուղ ինչ զանազանեալ, ոչ բառնալով զհինն։ Իսկ՝ եթէ յամեսցէ ՚ի տէրութեանն ամս բազումս, և արասցէ աշխարհագիր նոր, թողուին զայն, որ ՚ի հնոյն փոխեցաւ, զի միայն նորոյն վերագրեսցի անուն։ Արդ՝ Արտաշիր՝ ոչ ժամանեալ ՚ի կարճութենէ աւուրցն՝ յայլ աշխարհագիր, ՚ի յայնմ որ յառաջնոցն փոփոխեաց՝ իւր անուամբն, հրամայեաց՝ գրել զայն ամ̄, և տալ գահու, և պատուոյ՝ հանդե՛րձ իշխանութբ̄ գիւղից, և դաստակերտաց Համազասպայ, և, որում ցանկայրն, զսպարապետութի̄ն Հայոց, հրովարտակ առ Վռամ Շապուհ՝ մեր թագաւոր՝ գրել զայս։

Մազդեզանց քա՛ջ Արտաշիր՝, արքայից արքայ, առ եղբա՛յր Վռամ Շապուհ, թագաւոր Հայոց, ողջոյն շատ։ Ընկալայ զգրեալս, որ ինչ վս̄ եպիսկոպոսիս Իսահակայ, և յիշեցի զերախտիս նախնեաց հարցն դր̄, որք էին նահապետք Սուրենեան Պալհաւայ, և կամաւ յանձն առին զտէրութի̄ իմոյ նախնւոյն, և համանունանն Արտաշրի. և այնչափ սիրեալ զնա քան զիւրեանց ազգայինսն, մինչզի ոչ շատացան միայն ՚ի Պարսից աշխարհիս մարտնչիլ ընդ նոսա, այլ և ՚ի ձե՛րդ եկեալ նորին աղագաւ, սպանին զԽոսրով քա

4 fuerant, reſtitui jubet. Sed tamen eos in avitum ſolium reponere noluit, ſed infra complures ſatrapas depreſſit, atque in inferiore gradu locavit. At verò Hamazaſpis familiam, quæ erat gens Mamiconia, altiùs extulit, atque eis inter ſatrapas Armenios quintum locum attribuit, itáque in literas pub-
5 licas referri imperavit. Namque in his duabus rebus hæc eorum conſuetudo fuit, ut, ubi rex in regnum ſucceſſit, ſtatim nummum in gazâ regiâ repertum novâ ejus effigie ſignarent; itémque in literis publicis, aliquantulùm mutatis, nomen ejus perſcriberent, neque tamen vetus prorſus delerent. Quòd ſi ad multos annos imperium teneret ac novum cenſum ageret, utì nomen antiquum omitterent,
6 ac novum modò inſcriberent. Artaſires igitur, cùm propter imperii brevitatem novum cenſum inſtituere non liceret, hæc omnia in priores tabulas ſuo nomine referri juſſit, atque Hamazaſpi honorem, dignitatem, auctoritatémque cum vicis oppidíſque tribuit, eíque Armenii exercitûs imperium, quod cupiebat, dari imperavit, & de eâ re ad Veramum Saporem regem noſtrum has literas ſcripſit.

7 Artaſires, Aramazde ſatus, fortiſſimus, regum rex, fratri Veramo Sapori Armeniæ regi, ſalutem plurimam. Accepi literas, quas de Iſaaco epiſcopo ſcripſiſti, atque antiquiſſimorum majorum ejus, qui erant Sureniæ Palhavenſis familiæ principes, merita benefactáque in memoriam redegi; qui ſe imperio progenitoris mei & cogno-
8 minis [1] Artaſiris ultrò ſubjecere; illúmque eò plùs quàm ſuos cognatos amavêre, ut non ſatis duxerint cum eis in Perſide decertare, ſed etiam in veſtram regionem ejus causâ introie-

նախնին,

[1] Vide ſuprà, l. II. c. 71.

նախնին, և զտոյժ սպանութեանն իւրեանց հատուցին մահուամբ։ Իսկ որդի ըսպանողին Գրիգոր, զկեանս, և զթագաւորութիւն կորուսեալ հիւանդութե Տրդատայ, վերստին ետ իւրով բժշկութե, և առաւել առ ձեզ երախտաւոր։ Վն որոյ զորդիացեալ դմա զՀամազասպ, կացուցես 'ի վր զօրացդ սպարապետ, մեր հրամանաւ, և ազգի դորա տացես զգահն հինգերորդ պատուոյ նախարարացդ, և զգեօղս և զդաստակերտս, զոր տուեալ է նախնեաց քոց, հարց դց, կալցին դոքա։ Սոյնպէս և զտունս ապստամբ ազգաց, զոր կալաք յարքունիս, թողցես 'ի բաց, աներկիւղաբար ժառանգել նոցին մնացորդաց։ Բայց գահու հայրենականաց պատուոյն մի արասցես արժանի, զի և մեք 'ի մերում դիւանի հրամայեցաք գրել։ ողջ լեր։ Բայց յորժամ եկն մեծն Իսահակ, և զամ պարգևեալսն 'ի յԱրտաշրէ հաստատեաց, մեռաւ արքայն Արտաշիր, և փոխանակ նր թագաւորեաց Վռամ, որ և Կրմանն կոչեցաւ, ամս տասն։ և զնոյն բարեկամութիւն կալաւ ընդ աշխարհիս Հայոց, և ընդ թագաւորին մերոյ Վռամ Շապհոյ, և ը մեծին Իսահակայ, և էր խաղաղութի 'ի մէջ Վռամայ, և Արկադեայ։ և Վռամ Շապուհ ունէր զաշխարհս մեր, և ծառայէր թագաւորացն երկոցունց, տալով զհարկս, զմասինն Պարսից, Վռամայ, և զմասինն Յունաց, Արկադեայ։

rint, & Choſroem progenitorem tuum interfecerint, cædiſque ſuæ pœnas morte pependerint. Quinetiam Gregorius, interfectoris filius, vitámque regnumque Tiridati reſtituit, quòd eum morbo penè abſumptum ſanaverit, atque in vos majora alia beneficia contulit.
9 Quibus de cauſis, Hamazaſpen, filium ei factum, imperatorem exercitui, (ſic enim edico,) præficies, & quintum inter ſatrapas dignitatis locum familiæ ejus aſſignabis; & vicos oppidáque, quæ majores tui illorum patribus attribuerunt, hi ipſi obtinebunt; ſimiliter de ſeditioſarum gentium poſſeſſionibus, quas in gazam regiam addixiſtis, decedes, ut eorum poſteri hæreditates tutò & liberè adeant. Noli tamen eos in avitam dignitatis atque honoris ſedem reponere, quippe cum nos ita in tabulas publicas referri mandaverimus. Vale.
10 Ubi autem magnus Iſaacus rediiſſet, atque Artaſiris donationes omnes ratas feciſſet, Artaſires rex diem obiit ſupremum, eique ſucceſſit Veramus, qui etiam Cermanus appellatus eſt, per annos decem; qui eandem amicitiam cum Armeniorum natione, & rege noſtro veramo Sapore, & cum magno Iſaaco geſſit, páxque fuit inter Veramum atque Arcadium; & Veramus Sapores regionem noſtram tenuit, utriſque regibus ſubjectus, tributáque ex parte Perſicâ Veramo, ex parte Græcanicâ Arcadio pependit.

ԳԼՈՒԽ ԾԲ։

Յաղագս Դանիէլեան Նշանագրացն։

Այնմ ժամանակի հիւանդացեալ Արկադ, և շարժմանց ահագնից, և հրկիզութեանց ե-

CAP. LII.

De Characteribus à Daniele excogitatis.

1 EO tempore, dum Arcadius morbo laborabat, ac Byzantium horrendis de magno [1] Johanne ſeditioni-

ղեալ

[1] De Joannis Chryſoſtomi exilio conſulat Lector, ſi libet, Socrat. Hiſt. Eccleſ. VI. 18. Sozomen. VIII. 20. Theodorit. V. 34.

դեալ ՚ի Բիւզանդիոն՝, որ յաղագս մեծին Յոհաննու, շփոթեալ լինէր թագաւորութիւնն Յունաց, և զօրքն ընդ միմեանս պատերազմէին, և ընդ Պարսիցն, ՝ վս որոյ՝ Վռամ հրամայեաց Վռամ Շապհոյ, մերում թագաւորի, իջանել ՚ի Միջագետս, զի խաղաղացուցեալ կարգեսցէ՝ զնս, և համար երկաքանչիւրոցն՝ հատցէ գործակալաց ։ Եւ իջեալ նր՝, և կարգեալ զա՛յս ամ, ոչ փոքր ինչ կրէ աշխատութիւն՝ յաղագս քարտուղարի․ Զի՝ մինչև գնաց Մեսրոբ յարքունական դրանէն, ո՛չոք ՚ի Ճարտարաց գտանիւր անդ՝ ՚ի դպրաց, քանզի՝ Պարսկականաւն վարէին գրով․ վս որոյ՝ մատուցեալ ո՛մն առ արքայն, Հաբէլ՝ անուն կոչեցեալ՝, խոստանայր Հայկազանցս առնել նշանագիր լեզուացս, յարմարեալ Դանիէլէ՝ եպիսկոպոսէ՝ յիւրմէ՝ մերձաւորէ՝․ զորով անփոյթ արարեալ արքայի, և ելեալ ՚ի Հայս՝, գտանէ ժողովեալ առ մեծն Իսահակ, և Մեսրոբ, զեպիսկոպոսունս ամ, հոգալ զգիւտ դպրութե Հայոց․ զոր արքայինն զգացուցին, և նա՛ պատմեաց զասացեա՛լսն վանականին․ զոր իբրև՝ լուա՛ն՝, թախանձէին զնա՛ փոյթ զայնպիսեա՛ցն առնել պիտոյից․ վս որոյ՝ առաքեաց հրեշտակութե զայր մի՝ պատուա՛կան յաշխարհիս, և հաւատարիմ իւր՝, Խադունի ազգաւ, Վարձիճ անուն, յոյժ փափագօղ նորին գործոց՝, առ Հաբէլն այն․ Զոր առեա՛լ, և երթեա՛լ նովաւ հանդերձ՝, քա՛ջ հմտացեալ ՚ի Դանիէլէ, կարգէլ՝, ըստ ձևոյ օրինակի Յունականին, զվաղնջու՛ցն գրեա՛լս շարագիր տառից, եկեալ ետուն ցը՛ մեծն Իսահակ, և ց՛ մեծն Մեսրոբ ։ Որոյ՝ ուսեալ՝, և թևակոխեալ, անձելով ընդ նս տղայոց զա՛մս սակաւս, տեղեկացեալ՝ գիտացին ո՛չ լինիլ բաւական այնու նշանագրօք՝ ստոյգ հոլովել զհեգենայ բառից Հայկականա՛ց հագներգաբար, մուրացածիւն այնու՛իկ գծագրութե ։

bus exardebat, imperium Græcorum in magnâ rerum confuſione verſatum eſt ; militéſque tum inter ſe, tum cum Perſis, dimicabant, ob eámque cauſam Veramus regem noſtrum Veramum Saporem in Meſopotamiam proficiſci juſſit, ut diſſidia componeret, atque ab utriuſque partis procuratoribus ra-
2 tiones exigeret. Is, dum iret, atque hæc omnia conſtitueret, non parvam moleſtiam ex eo cepit, quòd ſcriba nullus aderat. Nam poſtquam Meſrobes aulam regiam reliquit, nullus ibi ſcriba ſatis ad eam rem peritus reperiebatur, quia literæ Perſicæ in communi uſu erant. Itaque quidam, nomine Habelus, ad regem adit, & Haicanæ linguæ characteres, ab Daniele epiſcopo propinquo ſuo excogi-
3 tatos, ſe propoſiturum pollicetur. Id negotium rex neglexit, atque in Armeniam revertit, ubi omnes epiſcopos ad magnum Iſaacum & Meſrobem congregatos, atque ad Haicanæ linguæ literaturam inveſtigandam animo intentos reperit. Quod cum regi exponerent, is eis, quæ ſibi homo ſolitarius pollicitus erat, indicavit ; quibus auditis, ab eo efflagitabant, ut in rem eàm neceſſariam curas conferret.
4 Qui propterea virum regionis nobiliſſimum, & cui fidem habebat, genere Chadunium, nomine Varzizum, ejus rei cupidiſſimum, ad Habelum legavit. Quem cum conveniſſent, atque ab eo, à Daniele probè edocto, characteres ad literarum Græcanicarum formam compoſitos accepiſſent, inde revertêre, eóſque magno Iſaaco
5 & magno Meſrobi tradidêre. Quos ubi didicêre, atque eorum vim in pueris nonnullis ad paucos annos experti ſint, nimis inopes parúmque idoneos eſſe intellexêre, quibus linguæ Armeniacæ ſoni vocéſque diſtinctè notarentur.

ՊՐԱԿ ԾԳ։

Յաղագս՝ Մեսրովբայ նշանագրացն ՚ի վերնոցն տուեցելոց շնորհաց ։

Զկնի այսորիկ՝ ինքնին Մեսրովբ իջանէ ՚ի Միջագետս՝ հանդերձ աշակերտօք՝ առ նոյն Դանիէլ, և ոչ աւելի ինչ գտեալ՝ քան զառաջինն, անցանէ՝ յԵդեսեայ առ Պղատոն ոմն՝, Ճարտասան Հեթանոս, իշխան դիւանին ։ Եւ նորա խնդութեամբ ընկալեալ, և զոր ինչ միանգամ ՚ի միտ առնոյր բան Հայերէն՝ յինքն առեալ, և շատ ջանացեալ, և ոչ օգտեալ, զտգիտութիւն խոստովանեալ հռետորն, և զայլ ոմն ասելով՝ յոյժ հասու՝, վարդապետ իւր լեալ յառաջագոյն, և ապա՝ առեալ զճարտարացն գրեան ՚ի նոյն դիւանէն Եդեսեայ՝, և գնացեալ Քրիստոնէութեամբ հաւատոյ, որոյ անուն՝ Եպիփանոս․ զոր խնդրեսցես, գտցես լցուցանել զփափագս քո ։ Յայնժամ Մեսրովբայ՝, օգնականութիւն ՚ի Բաբելասէ՝ եպիսկոպոսէ՝ գտեալ, և անցեալ ընդ Փիւնիկէ՝, ՚ի Սամոս դիմէ․ քանզի՝ Եպիփանու վճարելով զկենցաղս, թողեալ լինի աշակերտ մի, անուանեալ՝ Հռուփանոս՝, հրաշալի՝ արուեստիւ Հելլէն գրչութեամբ, որ ՚ի Սամոս էր միայնացեալ ։ Առ սա՛ երթեալ Մեսրովբայ՝, և յայսմ ևս անշահ մնացեալ, յաղօթս ապաւինի, և տեսանէ, ոչ ՚ի քուն՝ երազ, և ոչ յարթնութեան՝ տեսիլ, այլ ՚ի սրտին գործարանի երևութացեալ հոգւոյն աչաց, թաթ ձեռին աջոյ՝ գրելով ՚ի վերայ վիմի, զի՝, որպէս ՚ի ձեան, վերջք գծին ունէին քարին ։ Եւ ոչ միայն երևութացաւ, այլ և հանգամանք ամենայնիցն, որպէս յաման ինչ, ՚ի միտս նորա հաւաքեցաւ ։ Եւ յարուցեալ յաղօթիցն՝, եստեղծ զնշանագիրս մեր՝ հանդերձ Հռուփանոսիւ, կերպաձևեալ զգիրն՝

3

առ

CAP. LIII.

De literarum formis divinâ gratiâ Meſrobi patefactis.

1 POST hæc Meſrobes ipſe cum diſcipulis in Meſopotamiam ad eundem Danielem deſcendit; apud quem cum non plùs, quam priùs, proficeret, ad Platonem quendam, Rhetorem Ethnicum, Bibliothecæ præfectum, Edeſſam petit. Qui eum libenter accipiens, quamcunque vocem Armeniacam animo percipiebat, notare cogitavit, & quùm multam ei rei operam dediſſet, nihilque tamen profeciſſet,
2 rhetor, inſcitiam ſuam confeſſus, alium quendam peritiſſimum eſſe dixit, qui ſuus olim præceptor fuerat, ac poſtea, ſumptis ex eâdem Bibliothecâ Edeſſenâ Rhetorum ſcriptis, Chriſti fidem ſecutus erat, cui nomen Epiphanio; " quem ſi perquiras, ſenties eum deſiderii tui expectationi cumulatè ſatisfacturum." Tum verò Meſrobes, à Babelo epiſcopo adjutus, peragratâ Phœnice, Samum petit.
3 Namque ipſe Epiphanius de vitâ exceſſerat, relicto diſcipulo, nomine Ruphano, Græcarum literarum mirificè perito, qui Sami ſolitariam vitam degebat. Ad quem ubi Meſrobes acceſſit & nihil etiam commodi ex eo capere potuit, ad preces confugiens, conſpexit non in ſomnio dormientis, nec in viſione vigilantis, ſed in animi operatione, oculis mentis patefactâ, dextræ manûs partem extremam in la-
4 pide ſcribentem, ita ut, quaſi in nive, extrema literarum lineamenta in lapide effingerentur. Neque id ſolùm ei apparuit, ſed etiam omnium copulæ, tanquam in vas aliquod, in ejus animum collectæ ſunt. Itaque à pre-

ան ձեռն պատրաստ։ Մեսրովբայ փոխադրելով զՀայերէն աթուլթայսն, ընդ ամենայն թաքուլթե սիլլաբայիցն 'ի Հելլենացւոցն, և իսկոյն 'ի թարգմանութի ձեռն արկեալ, խորհրդաբար սկսեալ յԱռակացն, բովանդակելով զքսան և երկու յայտնիսն, և զնոր կտակս, հեղուլ 'ի Հայ բան. նա և աշակերտքն իւր, Յոհան Եկեղեցային, և Յովսէփ Պաղնացին, միանգամայն և զարմանեստ գրչութե ուսուցանել տալով մանկագոյն իւրոց աշակերտաց։

cibus ſurgens, characteres noſtros ſimul cum Ruphano formavit, atque ad expeditam ſcribendi rationem effinxit. Meſrobes verò elementa Armeniaca ad normam ſyllabarum Græcanicarum diſpoſuit, ac ſtatim interpretationi operam dedit; conſultóque à Proverbiorum libro initium capiens, [1] totos viginti duos ſacros libros, novúmque fœdus in Armeniacum ſermonem convertit; ipſe utique cum diſcipulis ſuis Johanne Ecelenſi, & Joſepho Palnenſi; ſimul & junioribus diſcipulis ſuis id negotii dedit, utì artem ſcribendi traderent.

[1] De Verſione ſacrarum literarum Armeniacâ, id quod jam ante monuimus, in præfatione noſtrâ, Deo volente, copiosè dicturi ſumus.

ՊՐԱԿ ԾԴ.

Յաղագս դպրութեան Հայոց, Վրաց, և Աղուանից։

Վախճանեալ Արկադեայ, փոխանակ նր թագաւորէ նորին որդի, որ կոչեցաւ Թէոդոս փոքր, և զնոյն բարեկամութի կալաւ ընդ մերում աշխարհիս, և ընդ արքայիւն մերոյ Վռամ Շապհոյ, բայց զմասն իւր ոչ հաւատացնմա, այլ ինքեան կալաւ գործակալօք, և խաղաղութի արար ընդ Յազկերտի, արքայի Պարսից։ Ընդ նոյն ժամանակս եկեալ Մեսրովբայ, և բերեալ զնշանագիր մերոյ լեզուիս, և հրամանաւ Վռամ Շապհոյ, և մեծին Իսահակայ, ժողովեալ մանկունս ուշեղս, և քաջ ուսունս, փափկաձայնս, և յերկարոգիս, և դպրոցս կարգեաց յամ գաւառս, և ուսոյց զբնաւ կողմն Պարսից բաժնին. բաց Յունաց մասնէն, որք ընդ ձեռադրութբ տուգանեցան, վիճակեալք յաթոռն Կեսարու, վարեալ Յունական դպրութբ, և ոչ Ասոր-

CAP. LIV.

De literaturâ Armeniorum, Iberorum, atque Albanorum.

1 MOrtuo Arcadio, filius ejus, qui Theodoſius minor appellatus eſt, patrem excepit, atque eandem amicitiam cum regione noſtrâ, & cum rege noſtro Veramo Sapore geſſit, niſi quòd partem ſuam poteſtati ejus non permiſit, ſed per procuratores adminiſtravit, & cum Iſdigerde Perſarum rege pacem fecit. Sub idem tempus advenit Meſrobes, ferens ſecum linguæ noſtræ characteres, qui, Verami
2 Saporis ac magni Iſaaci juſſu, juvenes ingenioſos ac dociles, voce flexibili & ſpiritu continente collegit, ludíſque literariis per provincias omnes inſtitutis, univerſam Perſicæ ditionis partem erudivit; Græcos non item, qui epiſcopi Cæſareæ ditioni contributi, Græcanicis literis, non verò Syriacis utebantur. Tum verò Meſrobes ad Iberorum regionem profectus eſt, ut

ւոց։ Իսկ Մեսրովբայ երթեալ յաշխարհն Վրաց, առնէ՛ և նոցա նշանագիր տուեալ ի վերուստ շնորհաւն, հանդերձ Ջաղայիւ ումեմբ, թարգմանաւ Հելլէն, և Հայ լեզուաւ, ձեռնտու լինելով նոցա արքային Բակրոյ, և եպիսկոպոսին Մովսիսի։ և ընտրեալ մանկունս, և յերկուս բաժանել դասս, և վարդապետս թողու յաշակերտաց իւրոց, զտէր Խորձենացի, և զՄուշէ Տարօնացի, և ինքն յԱղուանս իջեալ առ Արսվաղէն թագաւորն նոցին, և առ եպիսկոպոսապետն Երեմիա. որոց կամաւ յանձն առեալ զվարդապետութի նորա, ետուն մանկունս ընտիրս, և կոչեալ զԲենիամին ոմն, շնորհաւոր թարգման, զոր անդ արձակեաց մանուկն Վասակ, Սիւնեաց տէր, ի ձեռն Անանիայ, իւրոյ եպիսկոպոսի, որովք եստեղծ զնշանագիրս, կոկորդախօս, այլխազուր, խժական, խեցբեկագունին այնորիկ Գարգարացւոց լեզուին. և վերակացու թողեալ զաշակերտ իւր զՅովնաթան, միանգամայն և քահանայս կացուցեալ դրանն արքունի, ինքն դառնայ ի Հայս, և գտանէ զմեծն Իսահակ թարգմանութե պարապեալ յԱսորւոյն, յոչ լինելոյն Յունի. քանզի նախ ի Մեհրուժանայ այրեցեալ էին գրեանք համօրէն աշխարհիս Յոյն գիրք. դարձեալ ի բաժանել զաշխարհս Հայոց, չտային Պարսիկ վերակացուքն Յոյն ումեք ուսանիլ դպրութի յիւրեանց մասինն, այլ միայն Ասորի։

datâ ſibi divinitùs gratiâ, characteres
3 eorum componeret, unà cum Zalæo quodam, Græci atque Armeniaci ſermonis interprete, quibus rex Bacurius & Moſes epiſcopus opem tulere. Cúmque juvenes nonnullos elegiſſet, atque in duas claſſes diſtribuiſſet, præceptores ex diſcipulis ſuis dominum Chorzenenſem, & Moſem Taronenſem reliquit, atque ipſe in Albaniam ad Arſvalem regem eorum, & ſummum epiſ-
4 copum Jeremiam deſcendit; qui, diſciplinam ejus libenter accipentes, lectiſſimos juvenes, atque in eis, Benjaminem quendam, interpretem elegantem, quem Vaſacus juvenis, Syniorum princeps per Ananiam epiſcopum ſuum illò miſerat, ei tradidêre; quorum operâ barbaræ iſtius, horridè ſonantis, ac guttura rumpentis Gargaridarum linguæ, characteres formavit; relictóque Jonathane diſcipulo ſuo, qui ei
5 negotio præeſſet, ſimul & in aulâ regiâ ſacerdotibus conſtitutis, ipſe in Armeniam revertit, ubi magnum Iſaacum in Syriacis convertendis occupatum invenit, quòd Græci libri non ſuppetebant. Omnes enim libri, Græco ſermone conſcripti, à Meruzano combuſti fuerant; tum præterea, in Armeniæ partitione, præfecti Perſici nemini Græcorum permiſerant, ut aliis literis, quàm Syriacis in ſuâ ditione inſtitueretur.

ԳԼՈՒԽ ԾԵ.

Կրկին թագաւորելն Հայոց Խոսրովայ, և յետ նորա Շապհոյ Պարսկի։

ՎՌԱՄ Շապուհ թագաւորեաց ամս քսան և մի, մեռանի, թողլով որդի տասնամեայ, անուն Արտաշէս։ Յայնժամանակի երթեալ մեծին Իսահակայ ի

CAP. LV.

Iterum Choſroes Armeniæ præſidet, & poſt eum Sapores Perſa.

1 VEramus Sapores, poſtquam unum & viginti annos regnaverat, mortem obiit, relicto filio decem annorum, nomine Artaſe. Tunc verò magnus Iſaacus ad aulam Iſdigerdis

դաւո-

դուռն արքային Պարսից Յազկերտի՝, խնդրել զկապեալն Խոսրով, որ՝ զկնի մահուանն Արտաշրի՝ լուծեա՛լ, պահեցա՛ւ արձակ յԱնյուշն կոչեցեալ բերդի՝ յաւուրս Վռամայ։ Եւ Յազկերտի հաւանեալ, կատարէ զհայցուածն, տալով նմա զտէրութիւնն՝, արձակէ՛ 'ի Հայս։ Սա՛ խնդրեաց զՀրահատ՝ որդի Գազաւոնի, զոր՝, յետ հօրն մահուան՝, հանեալ յանյիշելի ամրոցէն, անդր ևս քան զՍագաստան էր գումարեալ՝ զոր ո՛չ ժամանեաց տեսանել Խոսրով, մի՛ և եթ՝ 'ի կրկնումն թագաւորեա՛լ ամ։ Յետ որոյ՝ Յազկերտի, ո՛չ ևս 'ի նոցունց, այլ զՇապուհ՝ զորդի՝ իւր թագաւորեցուցեա՛լ Հայոց, հնարս դառնութե խորհելով, իբր թէ՝ ա՛յնպէս հանապա՛զ առ նմա՛ լինելով նախարարա՛ցն յանկչիցին խօսիւք, տուրք՝ և առիւք, խրախճանութեամբ, և զբօսանօք որսոց, այլ և՝ եկամուտ հարազատութեամբ մերձաւորեսցին խնամաւորութեամբ, զի՝ մարթ լիցի՝ գնոսա 'ի դէն Մազդեզանց սաղապեցուցանել, որով ամենևիմբ զատիցին 'ի Յունաց․ ո՛չ գիտելով անմիտն, թէ տէր ցրուէ զխորհուրդս հեթանոսաց, թէպէտ առ ժամայն՝ յաջողեցաւ․ քանզի՝ մեռեա՛լ Համազասպայ, և 'ի սգի՛ մեծի եղեա՛լ Իսահակայ, ո՛չ ոք 'ի միաբանութի հաւաքէց զզօրս Հայոց, վս որոյ՝ դիւրամուտ յաշխարհս եղև Շապուհ, ընդ իւր ածելով զՀրահատ, և զամ վտարանդիսն․ Սակայն՝ ո՛չ կարաց զմիտսն հաճել նախարարա՛ցն, ամենեցուն ատեցեա՛լ զնա, և ո՛չ արքայօրէն մեծարէին զնա յորս, կամ՝ 'ի խաղու։ Եւր երբեմն՝ զհետ երամակաց ցռուց յանդգնագո՛յնս արշաւել է խորտաքորս, և ընդ վիմուտ տեղիս, յորմէ կասե՛լ սկսաւ Շապուհ։ Իսկ Ատոմայ Մոկացւոյ եպերեա՛լ զնա՝, ասէ, գնա՝ գնա՝ Ածորդիդ Պարսից, եթէ՝ այր իցես, և նա ասէ, դու երթիջիր, զի՝ 'ի քարինս դիւա՛ց է շա-

Perſarum regis proficiſcitur, ad Choſroem captivum repetendum, qui poſt mortem Artaſiris, imperante Veramo, vinculis ſolutus, in caſtello oblivionis, ut vocatur, liberâ cuſtodiâ tenebatur.
2 Iſdigerdes poſtulatis annuit, & Choſroi regnum dedit atque in Armeniam miſit. Hic verò Rhahatum Gazavoni filium petiit, qui poſt patris obitum, ex caſtello oblivionis eductus, ultra Sagaſtaniam exterminatus fuerat; quem tamen Choſroes propter temporis brevitatem non aſpexit, quum non plus uno anno iterum regnaret. Pòſt verò Iſdigerdes neminem de eis, ſed Saporem filium ſuum Armeniæ regem fecit, eo callido & crudeli conſi-
3 lio, ut Satrapas, aſſiduè apud eum commorando, colloquiis, mutuis donis, epulis, venationibus, atque etiam affinitatibus & connubiis inter ſe conglutinatos, irretiret, quò faciliùs ad religionem Aramazdis traduceret, atque à Græcis omnino disjungeret. Quippe ſtultus ille neſciebat, conſilia Ethnicorum à Domino diſturbari, etiamſi ad tempus proſperè procedunt. Mortuo etenim Hamazaſpe, quum
4 Iſaacus in magno luctu verſaretur, nemo omnium Armenias copias in unum coegit, ac propterea Sapores in regionem noſtram facilè intravit, Rhahato cæteríſque omnibus captivis ſecum ductis. Non tamen præfectorum animos permulcere potuit, qui eum odio habebant, nec in venationibus neque in ludis, ut regem, colebant. Accidit aliquando, dum onagrorum gregem inſectarentur, ut in præruptà & ſaxoſa loca temerè irruerent, ex quibus ſe ſubtrahere Sapores cœpit.
5 Atomus verò Mocenſis contumelioſè eum increpans, *perge*, inquit, *perge*, *Perſa*, *Deo edite*, *ſi vir ſis*, cui ille reſpondit, *Tu verò perge*, *nam Dæmoniorum*

հատանկել։ Դարձեալ՝ յայլում ժամու դիպեցաւ 'ի շամբս կինձ որսալ հրով, և Շապհոյ ոչ համարձակեալ 'ի թաւուտն քաջարշաւ լինել, մինչև՝ շրջապատէր հուրն, և նորա զհայեցուածսն յերկոսս բաժանեալ՝ ա՛յսր անդր, բերեալ լինէր երիվարաւն, միւսանգամ ասէ՝ Ատոմ, Աստուածորդիդ Պարսից, ահա Հա՛յր քո, և Ած, ընդէր զանգիտես։ Իսկ՝ Շապուհ ասէ, Թողեա՛լ 'ի բաց զկատակե՛լդ, յանցանել ընդ հուրդ դարձո՛ զքեզ՝, որ և ես զկնի՛ քո, քանզի՝ յառաջե՛լն՝, ձի՛ս իմ խրտչի. յա՛յնժամ՝ այպանեա՛ց զնա Ատոմ, ասելով՝, մի՞ թէ՝ ա՛յդ քարի՛նդ իցեն, զի՝ ե՛ս յառաջեցից, և արդ՝ եթէ դու զՄոկացիս կոչես՝ դիւազգի՛, ես զՍասանեանդ կոչեմ կնամարդիս. Եւ մորկեալ զերիվա՛րն, իբրև՝ ընդ հովիտ ծաղկանց՝, անցանէր ընդ հո՛ւրն՝, զերծուցանելով զՇապուհ. և յետ ա՛յնր՝ գիտացեալ թէ՝ նմա լուռ ո՛չ լինի, անցեալ՝ 'ի Մոկա՛ցն գնաց յաշխարհ։ Ա՛յլ երբեմն՝ 'ի մականական խաղուն՝, երկի՛ցս պատահեաց Շաւասպա՛յ Արծրունւոյ՝ զգնտա՛կն հանել 'ի Շապհոյ, և նորա ածեալ նորմա մականաւն, ասէ՝, ծանի՛ր զքեզ։ Իսկ՝ նորա պատասխանեալ՝, թէ՝ այո՛, ասէ՝, Ճանաչեմ ես զիս՝ արքայորդի 'ի սերմանէ՛ Սասանայ, և ունիմ իշխանութիւն ընդ եղբա՛րս քո՝ զբարձն արքայի՛ համբուրել՝, ո՛չ անուանակոչեալս եմ. և զա՛յս ասացեալ յո՛յժ քամահաբար՝, 'ի ձիարձակարանէն՝ արփայագնա՛ց լինէր։ Դարձեալ ուրե՛մն 'ի խրախճ՛յս ուրախութեան, Խոսրով Գարդմանացի, 'ի գինւոջ զեղխեալ՝, առաջի Շապհոյ զօրէն սեղեխի՛ տռփեցելոյ զհետ քնարահա՛ր կնոջ կրթէր. ընդ որ՝ ցասուցեալ Շապհոյ՝, հրամայէ ունե՛լ զնա՝, և 'ի դահլճին պահել. այլ նա 'ի վաղակաւո՛րն հաստատեալ զա՛ջն, նո՛յնպէս՝ գունակ Տրդատայ

est inter ſaxa Heroem agere. Iterum
fortè accidit, ut alio tempore inter
arundines aprum igne inſectarent;
cùm Sapores ſe in denſiſſima loca in-
ferre non audebat, donec tandem eum
ignis circumcluſerat; ſed quoquover-
ſus oculos conjiciens, equo ferebatur.
6 Cui iterum Atomus, *Perſa*, inquit,
*Deo ſate, en pater tuus deúſque! Quid
pertimeſcis?* At Sapores, *Tu verò, o-
miſſis jocis, pèr ignem hunc prior tran-
ſeas, ut te ipſe ſequar; nam equus meus,
dum præit, pavidus reſilit.* Ibi eum
Atomus deridens, *num hæc*, inquit,
*ſaxa ſunt, ut ego præeam? Quòd ſi
tu Mocenſes Dæmoniorum ſobolem ap-
pellas, ego Saſanenſes effæminatos ſemi-*
7 *viros vocabo.* Ita, incitato equo, per
ignem eum, velut per vallem herbi-
dam, tranſiit, Saporémque eripuit; ſed
cùm ſciret ſe poſthac parùm quietam
vitam acturum, in Mocorum regio-
nem abiit. Item aliquando, dum pilâ
ludebant, Savaſpus fortè Arzerunius
ter Saporis globum excepit; remiſ-
ſâque ad eum pilâ, *noſce* inquit, *teip-*
8 *ſum.* Is verò reſpondens, *Imò*, in-
quit, *me filium regis de Saſani ſtirpe
eſſe novi, & unà cum fratribus tuis
crus regis oſculandi poteſtatem habeo,
ita utì nomen mihi inditum docet*; &
cum hæc per contemptionem dixiſſet,
ex campo indignabundus exiit. Rurſus,
alio tempore, Choſroes Gardmanenſis,
inter epularum gaudia, vini plenus,
in morem proci libidinoſi, puellam
citharistriam coram Sapore conſecta-
batur. Quâ re Sapores iratus, prehendi
9 eum atque in cuſtodiam tradi juſſit.
Ille verò, dextrâ gladio admotâ, ſi-
cut Tiridates Bagratida, ſe ſuam do-
mum contulit, omnes pertranſiens, ne-
que quiſquam de Miniſtris regiis ei
manus afferre audebat, ut qui fortitu-
dinem viri antè perſpexerant. Atque

Բագրա֊

Բագրատունւոյ, յիւր տունն անցեալ գնայր, ոչ ուրուք 'ի սպասաւորացն արքունի համարձակեալ արկանել 'ի նա ձեռս, յառաջագոյն գիտելով զփորձ առնն։ Եւ զայս պատմել մեզ քոյդ հարկաւորեաց ընդ վայր խնդիրքդ։

ut hæc enarraremus vana tua nos perpulêre poſtulata.

ՊՐԱԿ ԾԶ։

Որ ինչ զկնի գնալոյն 'ի Հայոց Շապհոյ, և անիշխանութեանն յետ նորա։

ԱՄՍ չորս անարգաբար թագաւորեալ Հայոց Շապհոյ, հասանէ նմա համբաւ հիւանդութեն հօրն, և գնայ փութանակի իւրում եռեղակալին, հրամայելով զօրագլխին, ունել զմեծամեծս Հայոց, և տանել 'ի Պարսս. բայց եղև ընդ հասանելն Շապհոյ 'ի Տիզբոն, մեռաւ հայրն նր Յազկերտ, թագաւորեալ ամս մետասան. 'ի նմին աւուր և նա անդէն 'ի դրան, մարդկանէն նենգեալ, սատակեցաւ. իսկ 'ի ձեռն քաջին, և բարեբախտին Ներսեհի Ճիճրակացւոյ, զօրագլուխ եղելոյ, ժողովեալ նախարարացն Հայոց հանդերձ զօրօք իւրեանց, տան է գնդին Պարսից պատերազմ, հարկանեն զզօրսն, և սպանանէ Ապրսամ Սպանդունի զզօրագլուխն։ Եւ ինքեանք ցրուեալ, անտիրագլուխ, անձնապահ շալեալք յամ լերինս շրջէին, և յամուրս. յորում համօրէն Վանանդացիք երևեցան, նահատակեալք քաջութբ. ուստի այլմկաւ, և բազում խռովութբ մնացեալ աշխարհ մեր յանիշխանութե ամս երիս, աւերեալ ամայանայր, վն որոյ պակասեալ լինէին հարկք արքունի, և հատեալ ճանապարհք ռամկաց, և ամ բարեկարգութի վրդովեալ ապականիւր։ Ընդ նոյն աւուրս թագաւորեաց Պարսից Վռամ երկրորդ, և գքէն վրի-

CAP. LVI.

De eis, quæ poſt Saporis ex Armeniâ diſceſſum facta ſunt, & de interregno.

1 POſtquam Sapores Armeniæ per quatuor annos turpiter imperavit, perlata eſt fama, patrem ægrotare. Ita ille ſe ad ſuas ſedes referre properavit, cùm ducem exercitûs optimates Armenios comprehendere atque in Perſidem ducere juſſiſſet. Ut verò Sapores Cteſiphontem pervenit, ſtatim pater ejus Iſdigerdes mortuus eſt, anno imperii undecimo; eodémque temporis veſtigio ipſe in aulâ ex inſi-
2 diis interfectus eſt. Cæterùm Satrapæ Armenii, á fortiſſimo atque feliciſſimo duce Nerſe Zizracenſi cum ſuis copiis in unum congregati, cum exercitu Perſarum prælium committunt, milites cædunt, atque Aperſamius Spandunius ducem occidit. Ita ipſi diſſipati, & duce orbati, ut ſe conſervarent, inter montes ac munita loca paſſim vagabantur. Quo tempore Vanandenſes univerſi præclara ac
3 fortia facinora edebant; quibus rebus fiebat, ut regio noſtra, propter tumultuoſa atque turbulentiſſima tempora, per tres annos ab rectore vacua fuerit, & miſerè ſpoliata, adeò ut vectigalia regia deficerent, & plebis itinera intercluderentur, omníſque omnium rerum ordo perturbaretur. Per id tempus Veramus alter Perſarum reg-

ժուց խնդրեաց 'ի մերմէ' աշխարհէս, խաղաղութի առնելով ը Յոյնս, ո'չ 'ի բաժինն նց հպի ։

ՊՐԱԿ ԾԷ։

Առաքումն Մեսրովբայ 'ի Բիւզանդիոն, և պատճէն թղթոցն հնգից ։

1 ԻՍԿ՝ իբրև ետես մեծն Սահակ զայս ամ չարիս 'ի մասինն Պարսից, գնա'ց նա զկողմամբք արևմտից մերոյ աշխարհիս, 'ի բաժին մասինն Յունա'ց, և՝ ո'չ ըստ արժանեա'ց իւրոց՝ եղև ընկալեալ. վս որոյ՝ յղէ' զՄեսրովբ, և զՎարդան՝, թոռն իւր՝, 'ի Բիւզանդիոն առ Կա'յսրն Թէոդոս՝, հանդերձ թղթով՝, որ ունէր օրինակ զայս ։

Թուղթ Իսահակայ՝ առ Թէոդոս ։

2 Խաղաղասիրի' Կայսեր՝ տն իմում Օգոստոս Թէոդոսի, Սահա'կ, Հայոց եպիսկոպոս՝, 'ի Տր խնդա'լ ։ Գիտէմ զի համբաւ նեղութեես մերոյ հասեա'լ է 'ի ներօղ լսողութիւն Ինքնակալիդ. սակս որոյ՝ յուսալով 'ի բարեգթածութի բարերարութեանդ քոյ՝, դիմեա'լ ապաւինեցայ յոտս ձեր ։ Եւ ո'չ հանդիպեցայ ընդունելութե յիմում վիճակիս՝, 'ի հրամանէ վերակացուա'ց նց, ա'յնչափ ատեցեա'լ զմեզ, մինչև՝ զնշանագիրս անգամ ո'չ ընկալան, զոր եբեր նո'յն այր՝ զոր առաքեցի առ ձեր բարերարութիդ, բազումանգամ Ճգնեա'լ դորա յԱսորւոց աշխարհին ։ Արդ՝ թո'ւիցի ձերում տէրութեանդ՝, ո'չ անիշխան առնել զմեզ 'ի մերում վիճակիս՝, հրամայեա'՝ ընդունիլ զմեզ, և վարդապետութիս մեր. ողջ լեր ։

num obtinuit, qui, regionem noſtram ulciſci cupiens, pacem cum Græcis fecit, neque illorum partem attigit.

CAP. LVII.

Meſrobes Byzantium mittitur. Exempla quinque Epiſtolarum.

1 MAgnus Iſaacus, poſtquam hæc omnia mala vidit, quæ in parte Perſicâ acciderant, in orientales regionis noſtræ fines conceſſit, qui Græcis attributi erant. Quia tamen parùm pro dignitate ab eis receptus erat, propterea Meſrobem & Vardanum nepotem ſuum cum his literis ad Cæſarem Theodoſium Byzantium miſit.

Epiſtola Iſaaci ad Theodoſium.

2 "Pacifico Cæſarì domino meo Auguſto Theodoſio, Iſaacus Armeniæ Epiſcopus in Domino ſalutem. Calamitatis noſtræ famam ad mitiſſimas Imperatoris aures perveniſſe novi, ob eámque cauſam clementiâ atque benignitate tuâ fretus, ad te libens confugio, atque ad pedes tuos me proſterno. Non enim in meâ ſorte dignè acceptus fui, propter præfectorum ejus mandata, qui nos tanto odio habuêre, ut ne literarum quidem formas recipere voluerint, quas idem vir attulit, quem ad veſtram Benignitatem miſi, qui eâ re multa pericula in Syriâ ſubiit. Placitum igitur ſit Majeſtati veſtræ, ut ne poteſtatem in ſorte meâ mihi adimeres, ſed ut nóſque doctrinámque noſtram accipi imperares. Vale."

Թուղթ

Թուղթ Սահակայ առ Ատտիկոս ։

Սահակ եպիսկոպոս Հայոց, վարդապետ մեր Ատտիկոս՝, եպիսկոպոս աշխարհամուտ դրանդ՝, օրհնութե ողջոյն ։ Յուսացեալ ՚ի ձեր սրբութիւնդ, առաքեցաք զուսուցող մերոյ աշխարհիս՝ զՄեսրոբ, և զթոռն իմ Վարդան, ոչ՝ զի լուեա՛լ քո ՚ի դոցանէ զամենայն նեղութեան մերոյ, բարեխօսեա՛լ առ մեծի՛ թագաւորիդ՝, օգնեսցես մեզ, որպէս՝ արդարև եղբայր սիրելի ․ ողջ լեր ։

Գրէ և առ Անատոլիս զօրավար զայս ինչ ։

Սահակ եպիսկոպոս Հայոց, քաջի զօրավարի Անատոլեայ՝, խնդալ ։ Շնորհ ունիմ Այ յաղագս զքե՛զ պատրաստե՛լ մեզ յապաւինութի, վն որոյ՝ զգացուցանե՛մ, զի՝ ՚ի հայթայթանս մերոյ նեղութե՝ առաքեցի զուսուցանօղդ մեր զՄեսրոբ, և զթոռն իմ զՎարդան, ՚ի դուռն արքունի, և աղաչեմ զքո քաջութիդ՝ ձեռնտու լինիլ ճանապարհիդ ․ ողջ լեր ։

Զա՛յս տեսեալ Անատոլեա՛յ, միանգամայն՝ և զլուր առաքինութեն Մեսրովբայ յիշեալ՝, որ յառաջագոյն հնչեցեա՛լ էր զնմանէ, ո՛չ փոքր ինչ արար նոցա ընդունելութիւն, մինչև՝ ՚ի ձեռն փոփոխ ընթացից գրով զգացուցեալ կայսե՛րն, առնու հրաման՝ արժանաւոր առաքե՛լ փութով ։ Վն որոյ՝ արգելեա՛լ ՚ի քաղաքին ՚ի Մելիտինէ զբազմութի աշակերտացն, զորս էր ի՛նքեան ածեալ՝ հանդերձ գլխաւորաւ նոցին Ղևոնդիւ, առ եպիսկոպոսին Ակակայ թողու, և ինք առեա՛լ զՄեսրոբ, և զՎարդան, տա՛յ ց՚ եպիսկոպոսն Դեր-

ջանո՛ւց

Epiſtola Iſaaci ad Atticum.

3 " Iſaacus Armeniæ epiſcopus doctori noſtro Attico imperatoriæ aulæ epiſcopo ſalutem ac felicitatem divinam. Veſtrâ confiſus ſanctitate, Meſrobem regionis noſtræ doctorem, & Vardanum nepotem meum ad te miſimus, ut per eos tu ipſe de miſerrimo rerum noſtrarum ſtatu certior factus, magnum imperatorem pro nobis deprecareris, tanquam frater verè charus. Vale."

Ad [1] Anatolium etiam exercitûs ducem literas tales dedit.

4 " Iſaacus Armeniæ epiſcopus præſtantiſſimo duci Anatolio ſalutem. Gratias ago Deo, qui te nobis perfugium præbuerit, atque ideò te certiorem facio, me in afflictis noſtris adverſiſque rebus doctorem noſtrum Meſrobem, & Vardanum nepotem meum ad aulam regiam miſiſſe, & Fortitudinem tuam oro atque obſecro, ut eos in itinere adjuves. Vale."

5 Ubi has literas Anatolius vidit, ſimul & in memoriam rediit, quanta de Meſrobis virtutibus fama percrebuiſſet, non parvo eos honore tractavit, quoad, re per tabellarios Cæſari indicatâ, mandata ab eo acciperet, ut eos dignè citóque mitteret. Itaque cùm diſcipulorum multitudinem, quam ſecum duxerant, cum illorum principe Leontio in urbe Melitene apud epiſcopum Acacium reliquiſſet,
6 ipſe, Meſrobe & Vardano ſecum ſumptis, Gindo Derzaniæ epiſcopo eos tradidit, atque honorificè deduxit.

[1] Per hoc tempus magiſtrum militiæ orientalis fuiſſe Anatolium ex Procopio etiam atque Evagrio conſtat. Procop de Bell. Perſ. I. 2. p. 8. Evagr. Hiſt. Eccleſ. I. 18.

ջանուց Գինդ, և բարեփառութեամբ զնոյն յուղարկէ։ Որով մտին ՚ի Բիւզանդիոն, և յանդիման եղեալ մեծի թագաւորին, առին, և զոր յուսային, և զոր ոչն յուսային, և դարձան հանդերձ թղթով այսպիսեաւ։

Թուղթ Թէոդոսի առ Սահակ։

7 Ինքնակալ Թէոդոս՝ Օգոստոս՝, և Կա՛յսր Հռոմայեցւոց, մեծի Սահակայ՝ եպիսկոպոսի՝ Հայոց, խնդալ։ Հրամայեալ մեր տեսանել զթուղթս, վերահասու եղաք գրելեացս առ ՚ի քէն, և մեղադիր եմք յոյժ, զի՝ ամ սրտիւ միտեցար զհետ հեթանոս թագաւորաց, և մեզ՝ և ո՛չ թղթով՝ բաւականացար ծանօթանալ. և առաւել՝ յայսմ մեղադիր եմք, զի արհամարհեալ զճարտարօքս՝, որք ՚ի մերում քաղաքիս, յԱսորեա՛ց ոմանց խնդրեցեր զիմաստից գիւտս։ Վասն որոյ՝ հաճեա՛լ էաք, ընդ մերոյ ծառայիցդ արհամարհե՛լ զայդպիսի ուսումն, բայց՝ զի յետոյ՝ պատմեա՛ց մեզ Մեսրովբ, եթէ՝ կատարումն արուեստիդ ՚ի շնորհաց վերնոց եղև, գրեցաք զի՝ ամ փութով ուսցին, և զքեզ պատուեա՛լ ընկալցին, որպ՝ զարդարև՛ վարդապետ իւրեանց՝ հանգոյն արքեպիսկոպոսին Կեսարու, և դարմանք՝, և ծախք յարքունուստ եղիցին։

9 Եւ հրամայեցաք քաղաք շինել յաշխարհիդ Հայոց, յապաւինութիւն ձեզ՝, և մերոց զօրացդ. և վասն քո՝ արարաք զՎարդան ստրատելատ՝, զորդի որդիացելոյ քոյ, և յառաջին վարդապետսն գրեցաք զՄեսրովբ. ողջ լեր։

Գրեաց և մեծ եպիսկոպոսն Ատտիկոս զայս ինչ։

Թուղթ Ատտիկոսի առ Սահակ։

10 Ատտիկոս՝ ինքնագլուխ եպիսկոպոս Կոստանդինուպօլսի, եղբօր սիրելւոյ՝, և աթոռակցի, Սահակայ եպիսկոպոսի

Qui ubi Byzantium advenêre, atque ad maximum imperatorem coràm adducti ſint, non ſolùm quæ ſperabant, ſed etiam quæ parùm expectabant, accepêre, & cum hujuſmodi literis revertêre.

Epiſtola Theodoſii ad Iſaacum.

7 " Imperator Theodoſius Auguſtus " & Cæſar Romanorum magno Iſaaco " Armeniæ epiſcopo ſalutem. Cum " literæ veſtræ noſtro juſſu inſpicerentur, intelleximus ea, quæ ſcripſiſti; " ac te valde reprehendo, quòd toto " animo in reges ethnicos propenſus " fueris, neque nobis, ne per literas " quidem, de rebus veſtris indicaveris; " atque hoc magis tibi vitio culpæque " damus, quòd eruditos, qui in noſtrâ " urbe ſunt, aſpernatus, ab Syris quibuſdam ingenioſa inventa exquæſiveris.

8 " Quapropter non ſanè diſplicebat nobis, quòd ſervi noſtri talem " diſciplinam contempſerant; ſed cùm " poſtea ſignificâſſet nobis Meſrobes, " artem eam divinâ gratiâ perfectam " eſſe atque abſolutam, ediximus, ut " omni ſtudio diſciplinam acciperent, " ac tibi, ut illorum doctori, parem " atque ſummo Cæſareæ epiſcopo honorem haberent;

9 " atque ut victus " ſumptúſque de regiis theſauris ſuppeditarentur. Urbem præterea in " Armeniâ condi juſſimus, ut vobis " noſtríſque copiis perfugio eſſet. Var" danum autem, nepotem tuum, tuâ " causâ, exercitui præfecimus, & Meſ" robem in primariis doctoribus aſ" cripſimus. Vale."

Scripſit quoque magnus epiſcopus Atticus in hanc ſententiam.

Epiſtola Attici ad Iſaacum.

10 " Atticus ſupremus epiſcopus Con" ſtantinopolis, fratri dilecto, & ſolii " conſorti, Iſaaco Armeniæ epiſcopo in

Հայոց, 'ի Տր խնդա՛լ։ Բազում գոհութի Այ մատուցանեմք յաղագս քոյ բարեհամբաւութեդ 'ի մէջ այդպիսի բարբարոս ազգի. այլ ո՛չ ազատ 'ի մեղադրանաց թողումք, որ ո՛չ կանխաւ յիշատակեցեր զսիրելութի Գրիգորի, և Ներսիսի, երանելեա՛ց՝ քոց հարցն։ Եւ առաւել ևս այս զարմանամք, եթէ՝ զի՛ արդ՝ թողեալ զաղբեւրն եկեղեցւոյ՝, զհա՛յրն մեր սուրբ Յոհաննէս, որ՝ ո՛չ միայն տիեզերական մայրաքաղաքիս, այլ և՝ սովաւ ամ Քրիստոնեայք, և ընդհանուր աշխարհս 'ի նմանէ լուսաւորեցան վարդապետութբ, ուստի՝ և Ոսկեբերան՝ զնա կոչեցին. և ձեր զանց զնովաւ արարեալ՝, կամեցայք 'ի սահմանական ջրոց՝ փափագ ծարաւոյ յագեցուցանել. մինչև՝ Ամենագիտին տեսեալ զսնոտի աշխատութիւնն, բղխեա՛ց 'ի ձեզ զշնո՛րհս Հոգւոյն, ընդ որ՝ այժմ ուրախ եմք։ Իսկ՝ այդ հրամանաւ ինքնակալի Օգոստոսի տուեալ լիցի քեզ իշխանութի վարդապետել զկողմդ մեր, և աղանդոյ Բորբորիտոսաց, կամ՝ հաւանեցուցանել, կամ՝ հալածել 'ի քումմէ վիճակէդ, և զառաքեա՛լս 'ի քէն՝ զՄեսրոբ՝, ձեռնադրեցաք՝ լինել Եկեղեսիաստիկոս։

“ domino ſalutem. Maximas Deo gratias agimus, quòd bonam tu famam atque exiſtimationem in tam barbarâ natione conſervaveris. Non tamen culpâ liberamus, cùm Gregorii & Nerſis, beatorum majorum tuorum, amicitiam non citiùs recordatus ſis. Illud verò magis miramur, quid ſit, quare eccleſiæ fontem, patrem noſtrum ſanctum Johannem, qui non ſolùm ampliſſimam hanc primariam urbem, verùm etiam univerſos Chriſtianos totúmque orbem ſuæ doctrinæ lumine colluſtravit, unde Chryſoſtomi nomen invenit, vos deſtitueritis, atque ex rivulis ſitim explere præoptaveritis; donec tandem is, qui univerſas res cognoſcit, inanem iſtum laborem contuens, ſpiritûs ſui gratiam vobis impertivit; ex quâ re lætitiam percipimus. Hæc autem poteſtas, imperatoris Auguſti juſſu, tibi data eſt, ut ditionis noſtræ populum inſtituas atque erudias, & ſectam [2] Borboritorum aut ad fidem perducas, aut de tuâ ditione expellas. Meſrobi verò a te miſſo, impoſitione manuum, Eccleſiaſtici munus detulimus.”

[2] Ita etiam infrà in capite inſequenti nomen hoc ſcribitur, quod aliter depravatum fuiſſe ſuſpicati eſſemus, quum eam ſectam nuſquam alibi memoratam meminerimus.

ՊՐԱԿ ԾԸ։

Վասն՝ զԱրևմտեայս մեր վարդապետելոյ, և խաղաղանալոյ բոլորումն, և թագաւորելոյն Արտաշիսի։

ԵԿԵԱԼ Մեսրովբայ, և Վարդանայ ստրատելատի՝, գտին զզօրավարն Անատոլի՝ հուպ 'ի մերս եկեալ սահման. որոյ եկեալ, զհրամանն արքունի առաւե՛լ

CAP. LVIII.

Occidentalis ora eruditur ; *pax toti regioni redditur* ; *Artaſes regnum accipit.*

MEſrobes & Vardanus dux, ut venêre, Anatolium ducem propè noſtros fines reperiunt ; qui ſimul ac regis mandata accepit, ſtatim ſummo ſtudio opus aggreſſus eſt, atque

յոխորտաբար, և քաջափոյթ ձեռնարկութբ, զգործն 'ի կատարումն աւարտեաց։ Քանզի իշխանք, և գլխաւորք, և որք միանգամ յայտնիք էին 'ի կողմանն, 'ի մի վայր եկեալ հասանէին, հանդերձ ամ քահանայական ազգաւն՝ ինքնակամ, իբրև՝ յԱծառաւք ձայնէ հրաւիրեալք. զորս անյապաղաբար սկսեալ ուսուցանել, երագապէս վարդապետեցին զկողմն արևմտեայ, ոչ զարևելեայն։ Յայնժամ գային, հասանէին 'ի բազում նախարարացն կոչնականք զմեծն Սահակայ, զի 'ի մէջ նոցա անցեալ, 'ի միաբանութիւն զամն հաւաքիցէ. քանզի դիտացեալ արքային Պարսից Վռամայ, եթէ ոչ առանց նախարարացն Հայոց մարթի ունել զաշխարհս, հաշտութի խօսեցեալ է ձեռն Սմբատայ ասպետի. վս որոյ թողեալ 'ի վր վարդապետութե կողմանն արևմտից, և առ նմա զիւր թոռունսն զՀմայեակ, և ըզՀամազասպեան, զեղբարս Վարդանայ ստրատելատի, հրամայէ, քննել զժանդագործ Բորբորիտոնսն, և եթէ ոչ հեզութբ, և ոչ սաստիւ դարձցեն յուղղութի, չարչարանօք հալածել. զի, որպ թշնամիք, 'ի թշնամեաց վրէժ առնուցուն, և խայտառակեսցին իրաւացի մահուամբ անիրաւ մահ հոգւոց։ Եւ ինքն եկեալ անցանէ յԱյրարատեան գաւառն, կուտեալ զամենայն նախարարազունսն, առաքէ զՍմբատ ասպետն, և զՎարդան ստրատելատ, զթոռն իւր, 'ի դուռն արքային Պարսից. և նոր հաստատեալ զհաշտութի, և մուրհակ մոռացման յանցանաց կնքէ, ըստ խնդրոյ նոցա թագաւոր կացուցանելով զԱրտաշէս, որդի Վռամ Շապհոյ, և փոխեալ զանունն, Արտաշիր կոչելով, զաշխարհս Հայոց 'ի նա հաւատաց առանց Պարսիկ վերակացուի, որ տիրեաց ամս վեց։

perfecit. Quippe principes, prima-
rii, atque illuſtriſſimi quique viri, qui
eam oram incolebant, ſimul cum
cunctâ ſacerdotum claſſe, quaſi divi-
nâ voce convocati, ſuâ ſponte in unum
convênere; quos ſine morâ docere
incipientes, occidentales fines, æque
ac orientales citò inſtituebant atque
2 erudiebant. Tunc à compluribus præ-
fectis nuncii venêre, Iſaacum mag-
num orantes, utì ad ipſos tranſiret,
omnéſque conſociaret; rex etenim
Perſarum Veramus, ſine ſatrapis Ar-
meniis regionem eam ſe tenere non
poſſe intelligens, per Sembatum equi-
tem de pace egerat: itaque relictis
ibi nepotibus ſuis Hemæaco atque
Hamazaſpe, Vardani ducis fratribus,
3 mandata dat, utì partis occidentalis
eruditionem curæ haberent, & ſcele-
ratos Borboritos exquirerent, eóſque,
ſi neque lenitate, nec ſeveritate ad
rectam fidem reducere poſſent, cru-
ciatibus vexarent; ut, tanquam inimici,
de inimicis ſupplicium ſumerent, at-
que injuſtæ animarum neces juſtâ mor-
4 te infames redderentur. Ipſe autem
in Araratenſem provinciam diſceſſit,
& convocatis ſatrapis, Sembatum e-
quitem, & Vardanum ducem nepo-
tem ſuum ad aulam regis Perſiæ le-
gavit; qui quidem amicitiam cum
eis pepigit, legémque oblivionis de-
lictorum ſigno ſanxit, atque ipſorum
rogatu, Artaſem Verami Saporis fili-
um regem fecit, quem, mutato no-
mine, Artaſirem appellavit, ac po-
teſtati ejus, nullo conſtituto procu-
ratore Perſico, regionem commiſit,
qui annos ſex regnavit.

ԳԼՈՒԽ ԾԹ.

Շինուած Կարնոյ քաղաքի՝, որ կոչի Թէոդոսուպօլիս:

Անատոլեա՛յ զօրավարի ընկալեալ զհրամանն արքունի, և եկեալ յաշխարհս մեր՝, և շրջեալ ընդ բազում կողմանս մեր, հաճի 'ի գաւառին Կարնոյ շինել զքաղաքն, արգաւանդահո՛ղ, շատաջուր, և բերրի, իբր՝ միջո՛ց վարկուցեալ զվա՛յրսն, ոչ կարի 'ի բացեայ՝ 'ի տեղեա՛ցն, ուր Եփրատայ մասինն ինչ բղխեն աղբիւրք, և հանդա՛րտ գնացիւք յառաջանան ծովացեալ մօրաբար երևութիւք. յորում անբաւութիւն ձկանց, և գազան հաւուց ճարակաւորաց, յորոց 'ի ձուո՛ցն միայն կերակրեա՛լ լինէին բնակի՛չքն. Եւ զեզե՛րբք մօրին՝ շա՛մբք, և բազմութի՛ւն եղէգանց, և դա՛շտքն ունին զթանձրութիւն խոտոց, և զքաջաբերութիւն սերմանաւոր պտղոց, և լերինքն լի՛ են երէօք կճղակաբաշխիւք, և որոճայնո՛վք, նա՛ և՝ զանասնոց պաճա՛րս բազմացուցանեն, մեծահասա՛կս, քաջամարմինս, և յո՛յլս ցուցանեն համակեա՛լս 'ի գիրութի: Եւ առ ստորոտով, մի՝ գեղեցկանի՛ստ, և մանո՛ւնս բղխեալ: Ա՛նդ տեղեադրեա՛ց զքաղաքն, զորով շրջափակեա՛լ խորախոսիւ, անդնդայլ՛ր հաստատեաց զհիմունս պարսպին, և 'ի վր բարձրաբերձ աշտարա՛կս ահագինս շինեաց, յորոց զառաջին Թէոդոս՝ անուանեաց, 'ի պատիւ Թէոդոսի. և 'ի նմանէ և անդր շինեաց աշտարա՛կս ժայռաւորս, իբրև՝ զնաւացռու՛կս, և առանցս գոգաւոր խորշիւք, որք ընդդէմ լերինն հային: Սա՛պէս և՝ ընդդէմ դաշտին հիւսիսոյ՝, ընդդէ՛մ արևելից, և՝ ընդդէ՛մ արևմտից կանգնեաց աշտարակս բոլորաձևս. և 'ի մէջ քաղաքին, 'ի բա՛րձրաւանդա՛կ վայրի մի, մթերանոցս բազմապատիկս շի-

I

CAP. LIX.

De condendâ urbe Carina, quæ Theodoſiopolis appellabatur.

1 PLacuit autem Anatolio duci, ubi, acceptis mandatis regiis, in regionem noſtram venit, multóſque tractus peragravit, ut in provinciâ Carinenſi, quæ uberrimos maximéque fertiles agros, ac ſatis aquarum habebat, & in mediâ regione ſita videbatur, urbem exſtrueret; non longè ab eo loco, ubi fontes nonnulli Euphratis oriuntur, ac leniter placidéque fluentes in magnitudinem
2 paludis creſcunt; in quâ maxima piſcium copia erat, atque avium ferarum edulium, quarum ovis ſolis incolæ vivebant. Circa oras paludis magna arundinum & calamorum vis erat. Agri herbis denſi, & fructuum frugúmque fertiliſſimi. Montes abundabant beſtiis, quæ ruminabant & ungulas diviſas habebant, quorum cubilia multiplicabant, ut, quum ingentis ſtaturæ, ac maximis corporibus
3 eſſent, in eis pingues fierent. Ad radices autem montis, ſitus quidam amœnus erat, & pauci fontes naſcebantur. In eo loco urbem condit, cui loco poſtquam altiſſimam foſſam circumdedit, firmiſſima fundamenta murorum jecit, in quibus excelſas ac mirificas turres excitavit, quarum primam, in honorem Theodoſii, Theo-
4 doſiam nominavit; atque ultra eam turres è ſaxo, ad formam roſtri navis, ſine ſinuoſis flexibus exſtruxit, quæ in montem adverſum ſpectabant. Item ab aquilonari campi parte, & ab occidente atque ab oriente turres rotundas excitavit; & in mediâ urbe, editiſſimo loco, horrea plurima con-

նեաց.

նեաց, և Օգոստիոն անուանեաց, 'ի պատիւ Օգոստի։ Եւ այլ ջուրս ընդ յոլով տեղիս ածեալ՝ մտոյց անյայտ գնացիւք, և ելից զինու, և պահապան գնդաւ զքաղաքն, և անուանեաց Թէոդոսուպօլիս, զի՝ յիշատակաւ քաղաքին՝ անմահ լիցի անունն. և 'ի վերայ ջերմ բղխեալ աղբերացն, յարկս վիմատաշ քարանց շինեալ։

ſtruxit, atque in Auguſti honorem, 5 Auguſtiana cognominavit. Aquas per varia loca ductas cæcis viis in urbem derivavit, eámque armis præſidio complevit, & [1] Theodoſiopolim appellavit, ut nomen id per urbis memoriam immortale foret; ſimul ſuper fontes calidos, qui ibi naſcebantur, tecta è ſaxo quadrato conſtituit.

[1] Hujus urbis meminit Procopius, de Ædific. Juſtinian. III. 5. p. 58.

ԳՐԱԿ Կ։

Կրկին աւետարանիչ լինել Մեսրոպայ, և երթ Թարգմանչացն և Բիւզանդիոն։

CAP. LX.

Meſrobes iterum regionem docet, atque erudit. Interpretes Byzantium petunt.

Մեսրովբայ կացեալ 'ի յանապատ, և 'ի հովանաւոր տեղիսն, որ Շաղգումքն անուանին, բովանդակեաց զվարդապետութիւնս առաջին առելոց խմբիցն. քանզի ո՛չ որպէս արուեստ ուսուցանէր, այլ իբրև զհոգի առաքելաբար աշակերտացն տայր։ Յետ որոյ թողեալ վերակացուս յիւրոց աշակերտաց 'ի նմին տեղւոջ զՂեոնդ, և զԵնոք 'ի Սպեր, իսկ 'ի Դերջան՝ զնոցին եպիսկոպոսն զԳինդ, և յԵկեղեաց՝ զԴադան, ինքն եկեալ յԱյրարատ, անցանէ յառաջնոյ բնակութեան գաւառն Գողթն։ Քանզի մնացեալ աղանդ դառնութեան Հեթանոսական աղանդոյ, 'ի ժամանակի անիշխանութեանն 'ի վեր երևեալ, 'ի բազումս տարածեցաւ. զորս բնաբարձ արարեալ երանելոյն հանդերձ օգնականութեամբ հօրաբարոյին Գիտայ, որդւոյ Շաբիթայ, իշխանի գաւառին։ Տեղեկանայր ևս, եթէ չարեաց վարդապետացն նախագոյնք 'ի Բաղասականն են կողմանս, ուր երթեալ, զբազումս յուղղութիւն ածէ, և զսակաւսն անդարձս յիշխանութիւն հնոց

1 MEſrobes in deſertis atque abditis eis locis, quæ Salgumi appellantur, vitam degens, primam eam multitudinem, quam acceperat, perfectè edocuit; neque enim quaſi artem tradidit, ſed, velut apoſtolus, ſpiritum diſcipulis impertivit. Deinde, cùm nonnullos ex diſcipulis ſuis, qui ei muneri præeſſent, in eo loco Leontium, in Sperâ Enochum, in Derzaniâ Gindum epiſcopum, in Ec-
2 cleſiâ Dadanum reliquiſſet, ipſe, per Araratam tranſiens, in provinciam Golthanenſem priores ſuas ſedes remigravit. Impia enim Ethnicorum ſecta, quæ ibi fuerat, per interregni tempora ſe erexerat atque ad plures permanaverat; quos quidem beatus ille vir, auxilio Gitæ, Sambithi filio, paternæ virtutis hæredis, provinciæ rectoris, penitùs ſuſtulit. Comperiebat quoque, impiorum illorum doctorum principes in finibus Balaſa-
3 caniis eſſe, quò ſe igitur conferens, pleróſque ad frugem bonam perduxit, paucos verò in errore obfirmatos de

հալածական առնէ, հաւատալով զվարդապետութիւն կողմանցն նոցին եպիսկոպոսին, որում Մուշէ կոչէին, ինքն դառնայ զԳարդմանայ ձորովն, զի և 'ի նմա լուեալ լինիլ յընկերաց նորին աղանդոյն. զորս գտեալ, ածէ զնոսա 'ի գիտութիւն ճշմարտութեան՝ հանդերձ վերստին ուղղութեամբ իշխանին Գարդմանայ, որում անուն էր Խորս Հրաւիր. Հրաւիրի անտի 'ի բդեշխէն Գուգարացւոց Աշուշայէ, յաղագս նորին գործոյ գալ յիւր իշխանութիւն 'ի գաւառն Տաշրաց. ուր երթեալ, լաւագոյնս վարդապետեաց, և հաստատագոյնս քան զնոյն աշակերտեալս. առ որով ժամանակաւ Արզիլ ոմն էր կացեալ թագաւոր Վրաց 'ի մասնկին յայնմիկ. Ապա եկեալ, և առեալ Մեսրովբայ, և մեծին Իսահակայ զնոյն աշակերտ զՅովսէփ, և միւս ընկեր նմին 'ի Կողբ գեղջէ, որում անուն [a] Եզնիկ կոչիւր, առաքեն 'ի Միջագետս 'ի քաղաքն Եդեսեա, զի որ միանգամ գտցի անդ գիրք ասացեալ սուրբ հարցն առաջնոց, թարգմանեալ 'ի մեր լեզու բերցեն փութով, զի յետ այնր 'ի Բիւզանդիոն առաքեսցին 'ի նոյն գործ. Որոց ընկալեալ զհրապուրական թուղթս ստախօսաց ումանց, իբր թէ պատրաստին մեծն Իսահակ, և Մեսրոբ զայլոք առաքել 'ի Բիւզանդիոն, վասն որոյ առանց հրամանի վարդապետացն իւրեանց, նոյն ընդ նոյն չուեալ գնացին 'ի Բիւզանդիոն, նախանձաւոր բարեաց եղեալ ուսմանց. և քաջ վարժեալ Հելլեն դպրութեամբ, ձեռնարկեցին 'ի թարգմանել, և 'ի գրել. Եւ ընդ նոսին նախանձեալ իւրեանց աշակերտակցաց, որոց անուանքն, Ղևոնդ, և Կորիւն կարդային, յիւրեանց կամաց ելին 'ի Բիւզանդիոն. ապա եկանեն անդր Յոհան, և Արձան, զորս կանխագոյն առաքեալ էր մեծին Սահակայ, և Մեսրովբայ.

pristinâ auctoritate deturbavit; & ubi regionis erudiendæ munus epiſcopo ejus, nomine Moſi demandaverat, ipſe per Gardmanam vallem revertit, quia ibi etiam quoſdam eſſe de ejus Sectæ ſociis inaudierat; quos, cum reperiſſet, ad veri cognitionem adduxit, ſimúlque Gardmanæ Principem, nomine Chorſum Rhavirum, ab errore iterum re-
4 vocavit. Eum illinc Aſuſæus Gugariorum conſul ad ſuos fines in Taſirenſem provinciam vocabat; quò ut venit meliores ac firmiores diſcipulos, quàm unquam antea, inſtruxit; quo tempore Arzilius quidam Iberorum rex in iſtis finibus erat. Deinde Meſrobes & magnus Iſaacus convenêre, atque eundem diſcipulum Joſephum, alterúmque ex oppido Colbâ, cui nomen erat Eznico, ſocium ejus, in Meſopotamiam
5 ad urbem Edeſſam dimisêre, ut quæcumque ibi ſanctorum antiquorum patrum ſcripta reperiſſent, in noſtrum ſermonem converterent, atque ocyùs reportarent, uti poſteà ad idem opus ijdem Byzantium mitterentur. Qui cùm ab aſtutis quibuſdam hominibus doloſas quaſdam literas accepiſſent, quaſi magnus Iſaacus & Meſrobes alios aliquos pararent, quos Byzantium miſſuri eſſent, eâ de causâ, injuſſu præceptorum ſuorum, illicò Byzantium petere contenderunt, bonarum doctri-
6 narum cupidiſſimè ſtudioſi; & cùm literis Græcis optimè inſtituti atque eruditi eſſent, ad convertendos itémque ad conſcribendos libros aggreſſi ſunt. Quorum æmuli condiſcipuli eorum, qui Leontius, & Coriunus nominabantur, ſe ſuâ ſponte Byzantium contulerunt; quò poſtea Johannes etiam atque Arzanus pervenêre, qui à magno Iſaaco & Meſrobe jampridem miſſi, tardè iter facientes, moráſque interponentes, Cæ-

[a] Edit. Եղնիկ.

որոց

որոց յուլաբար յուղևորել, և ծուլապէս դեգերեալք, պատաղեցան 'ի Կեսարիա. որոց ընդունելութի մեծապէս ամենեցուն արար Մաքսիմիանոս եպիսկոպոս Բիւզանդացւոց ։

ԳՐԱԿ ԿԱ.

Յաղագս ժողովոյն Եփեսոսի, որ՝ վասն ամբարշտին Նեստորի՝ եղև ։

ԸՆԴ այն ժամանակս՝ եկաց յաթոռ եպիսկոպոսութեան Բիւզանդացւոց անարժանաբար ամբարիշտն Նեստոր. և Հրէական իմացմանց հետևեալ, հայհոյեաց զամենասուրբ կոյսն, մարդածին լինել և ոչ Աստուածածին. քանզի ծնեալն 'ի նմանէ՝ առեալ սկիզբն, այլ որդի՝ ասէր՝ շնորհօք 'ի Մարիամայ, և այլ որդի 'ի Հօրէ՝ յառաջ. ոպ̅ զի՝ լինել երկուս որդիս, որով երրորդութիւնն չորրորդութիւն լինի ։ Վասն որոյ՝ ժողովեալ սրբոց հարցն յԱսիա, 'ի ծովահայեացն Եփեսոս՝ գրաւորական վերծանութ̅ք. Չելեստինոս Հռոմայ, Կիւրղոս՝ Աղեքսանդրու, Յոբնաղիոս՝ Երիմի, Յովհաննէս՝ Անտիոքայ, Մեմնոն՝ Եփեսոսի, Պօղոս՝ Հեմեսու, Թէոդոտոս՝ Անկիւրեայ, և այլ բազում համանգամայն երկերիւր Հարք. նզովելով զՆեստոր, խոստովանեցին մի՝ որդի զտր̅ մեր Յս̅ Քս̅, և Աստուածածին՝ զամենասուրբ կոյսն Մարիամ։ Եւ զի՝ ոչ հանդիպեցան յայնմ ժողովոյն՝ մեծն Իսահակ, և Մեսրոբ, գրեն առ նս̅ Կիւրեղ Աղեքսանդրացի՝, և Պրոկղոս Կոստանդինուպօլսի, և Ակակ Մելտինեայ, եպիսկոպոսք, զգուշացուցանելով զնս̅. քանզի լուան, եթէ՝ ո-

մանք

ſareæ cunctati fuerant; quos omnes Maximianus Byzantii epiſcopus magnificè recepit.

CAP. LXI.

De Concilio, quod Epheſi propter impium Neſtorium habitum eſt.

1 PER ea tempora in ſolio epiſcopi Byzantini immeritò ſedebat impius Neſtorius; qui Judaicas opiniones ſecutus, ſcelerata convicia ſanctiſſimæ virgini fecit, quippe quam hominis, non Dei genitricem dicebat; eum enim, qui ex eâ natus erat, initium habuiſſe, aliúmque eſſe filium gratiâ ab Mariâ, ac filium à Patre priùs ortum; ita ut duo filii eſſent, & tres perſonæ
2 fierent quatuor. Itaque ſancti patres in Aſiam ad Epheſum maritimam urbem coïere; [1] Cæleſtinus Romanus, Cyrillus Alexandrinus, Juvenalis Hieroſolymitanus, Johannes Antiochenus, Memnon Epheſinus, Paulus Hemiſenus, Theodotus Ancyranus, pluréſque alij ad ducentos omninò patres; qui, Neſtorium exſecrantes, unicum filium dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & ſanctiſſimam virginem Mariam Dei
3 genitricem declarabant. Cùm autem magnus Iſaacus & Meſrobes in eo concilio non interfuerint, Cyrillus Alexandrinus, [2] Proclus Conſtantinopolitanus, atque Acacius Melitenſis epiſcopus ad eos de eâ re perſcripſêre, præmonentes, utì ſibi caverent; acceperant enim, nonnullos diſcipulos

[1] Non ipſe Cæleſtinus, ut ex aliis ſcriptoribus apparet, ſed legati ejus concilio huic Epheſino interfuere, de quo qui plura & certiora legere volet adeat Baronium ad A. D. 431, & Cavium in Hiſtor. Literar. vol. II.

[2] Extat etiam nunc *Procli Conſtantinopolitani ad Armenios de fide Epiſtola*, & ſcripta quædam de hac re Cyrilli atque Acacii inter concilii hujus Epheſini acta occurrunt, de quibus tamen nihil amplius addere habemus, cùm ea acta nobis ad manum non ſint. Vide Cavium in Hiſt. Literar. vol. II. p. 162.

ʻՏանք ՚ի չարափառացն աշակերտաց, առեալ զգիրսն Թէոդորոսի՝ Սամոսատացւոյ՝ զվարդապետին Նեստորի, և զաշակերտին Դիոդորի, գնացին յաշխարհն Հայոց։ Ապա՝ եկեալ թարգմանիչքն մեր, զորոց զանուանսն յիշատակեցաք յառաջագոյն՝, գտին զմեծն Իսահակ, և զՄեսրովբ յԱշտիշատ Տարօնոյ, և մատուցեալ զթուղթսն, և զկանոնս ժողովոյն Եփեսոսի, վե՛ց սահմանեալ կանոնաւ, և զօրինակս ստո՛յգ գրոց. զոր առեալ մեծին Իսահակայ, և Մեսրովբայ, դարձեա՛լ թարգմանեցին զմիւսանգամ թարգմանեալսն փութանակի հանդերձ նորօք՝ վերստին յօրինե՛լ նորոգմամբ։ Բայց, քանզի՝ անգէտք էին մերում արուեստի, ՚ի բազում մասանց թերացեալ գործն գտանիւր. վա̄ որոյ՝ առեալ մեծին Իսահակայ, և Մեսրովբայ զմեզ, առաքեցին յԱղեքսանդրիա՝ ՚ի լեզու պանծալի, ՚ի ստոյգ ՚ի յօդանալ ճեմարանին վերծանութե̄։

hæreticos, [3] Theodori Samoſateni, Neſtorii præceptoris, Diodori autem diſcipuli, ſcripta ſumpſiſſe, atque in
4 Armeniæ regionem tranſiſſe. Tunc autem interpretes noſtri, quorum nomina ſuprà indicavimus, reverterunt, & Iſaacum ac Meſrobem apud Aſtiſatum Taroniæ oppidum invenerunt, quibus epiſtolas & decreta concilii Epheſini, quæ ſex canonibus continebantur, atque accuratiſſimum ſcripturæ exemplar tradidêre; quod ubi magnus Iſaacus Meſrobéſque acceperunt, quæ bis tranſtulerant, denuò vertêre, atque ea de integro com-
5 poſuêre. Cùm verò noſtræ artis imperiti erant, opus multis partibus imperfectum reperiebatur; eâque de causâ Iſaacus & Meſrobes ad linguam nobiliſſimam ediſcendam nos Alexandriam miſêre, ad præclariſſimam ſcientiæ academiam.

[3] Theodorus hic, genere Syrus, Samoſatis forſan natus erat, ſed, quòd Mopſueſtiæ in Cilicia epiſcopus fuit, ab aliis Mopſueſtenus appellatur. Ejus autem, ut & Diodori Tarſenſis libros narrat Liberatus per hæc tempora Syriacè, Armeniacè & Perſicè à Neſtorianis fuiſſe verſos, eâque de re concilium in Armeniâ habitum eſſe tradit. Vide plura apud Baronium ad A. D. 435, cùm nobis Liberatus præſtò non adſit.

ԳԼՈՒԽ ԿԲ.

՚Ի Վարդապետսն՝ յինքն, և ՚ի Ճանապարհութի̄ ուսմանն, օրինակաւ Երկնային զարդու։

CAP. LXII.

Suum ipſius ad Doctores, eruditionis causâ, iter, in modum Cœli ornatûs.

[a] ԳԵՐԱՀեռաւորք իմաստասիրացն՝, [b] ՚ի վե՛ր-հայեցողք չափաբերապէս մակագրութե̄ց, զաստե՛ղս ՚ի լուսոյ ասին՝ [c] ընդծայիլ, և զլուսին՝ արեգակամբ ուռճացեալ, և զբոլո՛ր [d] արեգակնն՝ յարփայինն երկնէ։ Հիկէն արփոյն հե-

1 PHiloſophorum ſectæ, cæleſtium ſignorum harmoniam contemplantes, ſtellas ſuo lumine fulgere, lunam verò à ſole, orbémque ſolis ab æthereo cœlo, illuſtrari tradunt. Nempe æther fulgorem ſuum in utraſque zonas diffundit, quem zonæ per ſolem

դեա՛լ

[a] MS. Ձարահեռաւորք. [b] MS. և. [c] MS. ընձուիլ. [d] Edit. արեգականն.

զեա՛լ պծագումն յերկաքանչիւր գօտիսն, և զանցն իւր գօտիքն ՚ի ձեռն արեգական [e] ընձային, ըստ դասի՛, ըստ ջերման, ըստ ամանակի։ Օրինակ իմն այսպէս և մեք՝ յաւէտախաղաց շնորհիւ՝ [f] յոլովացեալ յիմանալի ճառագայթից հոգևոր հա՛րցն, ըստ հարաւային մասանց պարպայածելք՝, յԵդեսացւոցն հասանեմք քաղաք, թեթևակի՛ ՟Է խորս դիւանին նաւեալ, անցաք ՚ի սր՟բ տեղիսն երկրպագե՛լ, և մնալ վայրկեան ՚ի Պաղեստինացւո՛ց հրահանգս. և այնպիսեաւ [g] սաղապաճեմ արարաք, մտաք յԵգիպտոս, յաշխարհն համբաւատենչ, յանչափից հրաժարեալ ցրտո՛յ, և տօթոյ, ՚ի հեղեղաց՝, և յերաշտից՝, ՚ի գեղեցկում մասին երկրի զդիրն ունելով, ամենազան պտղովք առլցեալ, և անձեռագործ [h] պարսպեալ Նեղոսիւ, որ՝ ո՛չ պահպանութի միայն, այլ և՝ կերակուր նմա բաւական՝ մատուցանե՛լ բնաւորեալ. և յինքենէ՛ ոռոգմամբ տէր գոլ պատահեալ՝ և չորութե՛, և խոնաւո՛յ առ երկրին գործառութի. և զանեղս՛ ՚ի նմա՛ դիւրածե՛լ [i] գետոյն բիւրիւք հանգիստ Կղզոյն՝ առատագիւտս առնէ շուրջպարունակելով, և ընդ ՟ԺԲ հոսելով, որոհմամբ երկոտասանից վտակացն։ [k] Յ՛ որում բարեյարմա՛ր ՚ի մեծն Աղեքսանդրեայ՛ շինեալ քաղաք, բարեժամանա՛կ ՚ի մէ՛ջ ծովուն, և ձեռագո՛րծ [l] լճիւ կառուցեալ։ Յորոց օդո՛ցն քաղցրախառնութիւն փչեցեա՛լ, որ ՚ի լճէն բերանք արձակին ՚ի ծո՛վն, և որք ՚ի ծովէ՛ն [m] մօտեցելո՛ցն, որք ելանեն սակա՛ւ սակաւ [n] սղո՛խք օդոյ. [o] անօսուտք ա՛յն, որ ՚ի ծովէն, և [p] թան֊

pro ordine, loco & tempore ſuo quoquoverſus emittunt. Similiter nos perenni gratiâ atque intelligentiæ ra-
2 diis à ſacris patribus illuſtrati, dum oras auſtrales obibamus, ad urbem Edeſſam pervenimus, & poſtquam altum Bibliothecæ ejus æquor navigavimus, inde ad ſancta loca, religionis causâ, profecti ſumus, ut in regione Palæſtinæ aliquantiſper commoraremur; unde ad Ægyptum iter fleximus & regionem eam celebratiſſimam ingreſſi ſumus, ab immodicis frigoribus & caloribus remotam, nec nimiis eluvionibus neque ſiccitatibus ſub-
3 jectam, ſed in pulcherrimâ orbis terrarum parte poſitam, omnis generis fructibus uberrimam, & Nili muro ipsâ naturâ communitam, qui non ſolùm eam tutatur, ſed etiam ciborum copiam ſuppeditat; ſuâque irrigatione in ſiccitatem & humorem ad agrorum culturam dominationem habet; & flexuoſo curſu complures inſulas efficit, quas cingit atque inter ſe disjungit
4 dum in duodecim rivos diffluit. Ad id flumen pulcherrima Alexandri magni urbs exſtructa eſt, opportuno in loco ſita, & artificiosâ palude ornata. Ex quâ re magna aëris temperatio oritur, dum ſimul ab oſtiis paludis, quæ in mare influunt, leniter, & à mari validè ſpirat; quum tenuis ille maris, craſſo paludis aëre permiſtus & temperatus, vitalem & ſalutarem ſpiri-
5 tum præbeat. Hic jam ſedem non habet [1] Pluto, quinque capitibus im-

ձունք

[e] MS. ընձուին. [f] MS. ցուլացեալ. [g] MS. Ճաղապաճեպիւ մտաք. [h] Edit. պարսպին. [i] MS. ՚ի գետոյն բերիւք հանգիստակ. [k] Deeſt in Edit. յորում. [l] Edit. լիճ. [m] MS. մտելոց. [n] MS. ուխք [o] Edit. անաստունք. [p] MS. թանձրուք.

[1] In Armeniacis eſt *Plotencus*. Nos in verſione *Plutonem* poſuimus, conjecturâ tantùm incertâ ducti.

Ձունք այն՝, որ ՚ի լճին, որոց խառնուածն առողջագոյն զհաստատութիւն կենաց գործէ ։ Սորա [q] առաջի՝ այժմ ո՛չ անցեալ նաւի Պղոտենէոս, հնգակատար գագաթամբքն զանսպառ աշխարհ պատելով, այլ Մարկոս աւետարանական քարոզութեամբն ։ և ո՛չ [r] վիշապին դիւաց գերեզմանք, այլ սրբոցն [s] վայելչական վկայարանք ։ և ո՛չ ՚ի քսան և ՚ի հինգն Տուբի՝ տօնի աղճատանք, զբեռնաբարձս պսակելով գրաստս, և պաշտօն տայ [t] առնել լորտոնաց, և աթերաց առնել բաշխումն ։ այլ ՚ի մետասան նորին Տուբի՝ յայտնութեան Տեառն կատարի տօն, զյաղթօղ նահատակս գովելով, և օտարաց առնել ընդունելութիւն, և յաղքատս տուրս ։ և ո՛չ զոհել չար դիւին Սարապեայ, այլ զՔրիստոսի արիւնն մատուցանել պատարագ ։ և ո՛չ խնդրել հրաման պատասխանւոյ ՚ի սանդարամետէն Ափրոդիտեայ, այլ ուսանիլ զզօրութիւն [v] իմաստից ՚ի նորն Պղատոնէ, ՚ի յիմմէ ասեմ՝ վարդապետէ, ուրում [x] ո՛չ անարժան գտայ աշակերտ ։ Եւ ո՛չ անկատար վարժմամբք [y] ՚ի յանկ ելեալ արուեստից ինքն, անցաք յԻտալիա [z] նաւելով, յԻտալիա բռնութեամբ հողմոյ ակնաք ։ և ողջունեալք ՚ի հանգիստ սրբոցն Պետրոսի, և Պօղոսի, ո՛չ բազում ինչ ՚ի Հռովմայեցւոցն կացեալ քաղաքի, անցանելով ընդ Հելլադա յԱտտիկէ, սակաւ ինչ մնացաք յԱթէնս, և ՚ի կատարել ձմերայնոյն դէմ եդեալ ՚ի Բիւզանդիոն ելանել, [a] փափագեալ մերոց հայրենեաց ։

mensam terram cingens, ſed Marcus evangelium prædicans; neque draconum & dæmoniorum ſepulchra, ſed decora ſanctorum monumenta viſuntur, nec vigeſimo quinto Tubis die feſtum veſanum agitur, dum beſtiis onerariis coronas imponunt, & cultum jumentis tribuunt, ac far & placentas offerunt; ſed undecimo ejuſdem [a] Tubis die feſtum patefactionis domini
6 agitur, cùm victores martyres celebrant, & peregrinos hoſpitéſque recipiunt, atque indigentibus dona diſtribuunt, neque Serapidi dæmonio malo ſacra faciunt, ſed Chriſti ſanguinem piè offerunt, nec ab infernâ Venere reſponſa petunt, ſed ab novo Platone ſapientiæ vim ediſcunt, nempe à meo præceptore, quo non indignus
7 diſcipulus habitus ſum. Et poſtquam in artibus & doctrinâ plurimùm profecimus, in Græciam navigare cogitavimus, ſed vi ventorum in Italiam delati ſumus; undè cùm ſancti Petri & Pauli ſepulchra ſalutâſſemus, & pauliſper Romæ commorati eſſemus, per Græciam in Atticam tranſivimus, & parumper Athenis morati, exitu hyemis Byzantium petere contendimus, jam patriæ noſtræ deſiderio capti.

ՊՐԱԿ

[q] MS. առաջին. [r] MS. վիշապազէն դիւցազնականաց. [s] MS. վայելչանան գերեզմանք. [t] MS. տանել. [v] MS. պէսպէս իմաստից. [x] MS. ո՛չ արժան. [y] MS. յանդիմանել արուեստից ինքնաց, անցաք. [z] MS. կամելով նաւել. [a] MS. փափագելով.

[a] Menſis eſt Ægyptiorum quintus, cujus initium in diem Decembris vigeſimum ſeptimum incidit, ita ut undecimus ejus menſis dies ſexto Januarii reſpondeat, quo ipſo die feſtum Epiphaniæ, ut vocatur, etiam nunc apud Chriſtianos celebratur.

ԳԼՈՒԽ ԿԳ։

Յաղագս՝ չար միաբանութեանն Հայոց, 'ի խորհուրդ կորստեան անձանց։

ԱՅՍ՝ թագաւորն Հայոց Արտաշիր՝ անհնին սկսաւ ողողանիլ յանառակ ցանկութիւս, մինչեւ տաղտկանալ 'ի նմանէ ամ՟ նախարարացն. որոց եկեալ առ մեծն Իսահակ, զբողոք բարձին, հրաւիրելով եւ զնա յօգնականութի՟ ինքեանց՝ չարախօսել առ արքային Պարսից, 'ի բա՛ց ընկենուլ զիւրեանց թագաւորն, եւ Պարսիկ ածել ունօղ աշխարհիս։ Այլ՝ նա ասէ՝, ո՛չ առ սուտս ունիմ զձեզ, իմ իսկ՝ լուեալ զայդպիսի աղէտս ամօթալեաց, եւ բազում անգամ յանդիմանեալ՝ ուրացա՛ւ։ Եւ արդ՝ պա՛րտ է փոքր մի տանել թերութեան առնն, մինչեւ զելս իրացն խորհիլ մա՛րթասցուք Կայսերբն Յունաց Թէոդոսիւ. եւ ո՛չ անօրինաց մատնիլ՝ 'ի ծա՛ղր եւ յայպանութիւն։ Եւ նոքա ո՛չ կամէին, այլ՝ ջանային համախորհուրդ իւրեանց՝ զնա առնել. այլ՝ նա ասէ, ի՛նձ քաւ լիցի մատնե՛լ գայլոց զիմ մոլորեալ ոչխար, եւ ո՛չ պատել զբեկեա՛լ, կամ՝ զհիւանդացեալ։ Զի եթէ՝ էր հաւատացեալ թագաւորի առաջի, փութայի՛, եւ ո՛չ յապաղէի՝, յուսալով զկանգնումն գլորելոյն. այլ՝ հեթանոսաց յառաւե՛լ կործանումն ո՛չ առնում յանձն, ըստ այնմ; թէ՝ մի՛ մատներ գազանաց զանձն խոստովանօղ քեզ։ Քանզի՝ դրոշմեա՛լ է աւազանաւ՝, թէպէտ եւ անառա՛կ է. պոռնի՛կ է, այլ՝ Քրիստոնեայ է. գիջացեալ է մարմնով, այլ՝ ո՛չ անհաւատ ոգւով. զեղխ է վարուք, այլ՝ ո՛չ կրակապաշտ. տկա՛ր է 'ի կանայս, այլ՝ ո՛չ ծառա՛յ է տարերց։ Եւ զի՛նչ ա՛րդ՝ լինիցի այդ, փոխանակել զիմ ախտացեա՛լ ոչխարն՝ ընդ առողջ գազանին, որոյ առողջութի՛ւն՝ եւ մեզ պա-

3

CAP. LXIII.

De pravâ Armeniorum ad ſuum ipſorum exitium conſpiratione, & concordiâ.

1 REX autem Armenius Artaſires
uſque eò ſe in nefarias voluptates
immergere cœpit, ut omnium ſatrapa-
rum animos à ſe alienaverit; qui ad
magnum Iſaacum, queſti adibant, que-
relas detulêre, orantes ut ad eum co-
ram rege Perſarum accuſandum ſecum
conſentiret, quò regem ſuum ſummo-
verent, & Perſicum rectorem induce-
2 rent. Quibus ille, " neutiquam vos,
" *inquit*, in falſis teſtibus pono, nam-
" que ipſe turpia hujuſmodi flagitia
" de eo audivi, quæ cùm ſæpe repre-
" henderem, ille pernegavit. Jam
" igitur vitia viri nos pauliſper ferre
" par eſt, dùm de exitu rerum cum
" Græcorum Cæſare Theodoſio con-
" ſilia conferre poſſimus. Neque enim
" eum improbis deridendum tradi
3 " decet." Cùm autem ii aſſentiri
nollent, ſed ipſum ad ſuam ſententiam
perducere conarentur, " Longè abſit
" à me, *inquit*, ut ovem meam er-
" rantem lupis committam, nec frac-
" tam infirmámve colligem. Quòd ſi
" coram rege chriſtiano res agenda
" eſſet, abjectâ omni cunctatione, fe-
" ſtinarem, ſperans fore, ut ita lap-
" ſum erigerem; at verò ethnicis eum
" tradere, eò graviore ruinâ opprimen-
4 " dum, non libet, pro eo, quod ſcrip-
" tum eſt, *Ne tradas belluis animam,*
" *quæ te confitetur.* Quippe ſancto
" lavationis ſigno notatus eſt, quamvis
" flagitioſus ſit. Scortator eſt, at certè
" chriſtianus eſt. Libidinoſo corpore
" eſt, at animus rectæ fidei adhæ-
" reſcit. Diſſolutus eſt moribus, at
" minimè ignem colit. Debilis eſt ad

տուհաս։

տուհաս ։ Իսկ՝ նախարարացն զմտաւ-
ածեալ, իբր թէ՝ խաբկանօք իցէ գործն՝,
յապաղել զնոսա, զի՝ զթագաւորն պատ-
րաստեցուսցէ ինքեան, վասն զի՝ ո՛չ համ-
ակամեցա՛ր չթագաւորե՛լ նմա, արդ՝
և մեք կամեսցուք չքահանայանա՛լ
մեզ ։ Եւ միաբանեալ ամենեքին՝, ան-
ցին առ արքայն Պարսից՝ հանդերձ Սուր-
մակաւ ումամբ Արձակեցի, փառամոլ
իրիցաւ, չարախօսել զարքայէն իւրե-
անց՝ զԱրտաշրէ, և զմեծէն Իսահա-
կայ՝, զՅունօք գրլեալ խորհրդոմն ։

"fœminas, attamen elementis non ſer-
"vit. Et quid eſt, quamobrem ovem
"meam ægrotam ſanâ belluâ commu-
"tem, cujus ipſa ſanitas nobis detri-
"mento erit?" Satrapæ verò, ideo
eum dolo malo rem diſtuliſſe arbitrati,
ut ſibi regem conciliaret, "Quùm tu,
"*inquiunt*, voluntati noſtræ morem
"gerere recuſaveris, ut ille regno
"privaretur, nos te ſacerdotem ha-
"bere nolumus." Omnium igitur
conſenſu, ad regem Perſarum cùm
Sormaco quodam Arzacenſi, ſacerdote
ambitioſo, tranſitur, ut regem ſuum
Artaſirem atque Iſaacum magnum
inſimulárent, quaſi ad Græca conſilia
propenſum.

ՊՐԱԿ ԿԴ ։

Յաղագս՝ բառնալոյ թագաւորութե-
անն Հայոց՝ ինքեանց կամաւ, և ա-
նարգելոյ աթոռոյ Եպիսկոպոսա-
պետութեանն ։

Որ է Պտղոմէոս և Կղօդէոս չափեալ ասպարիզօք զամ՟ բնակութի՟ մարդկան, երկայնութե՟, յ՚արևմտից սկիզբն արարեալ, որ է ծով անծանօթ Ովկիանոս, ՚ի ծայրէ անծանօթ աշխարհին, մինչև յ՚արևելս՝ յեզր անծանօթ երկրի, մասունս հարիւր ութսուն · նոյնպէս և լայնութի՟, սկիզբն արարեալ յայրեցելոյ գօտւոյն՝, չափեալ զհիւսիսիւ, անծանօթ ծով, և երկիր՝, մասունս վաթսուն և հինգ · և դարձեալ յայրեալ գօտւոյն ՚ի հարաւկոյս չափեալ յանծանօթ երկիր՝, մասունս տասն և հինգ՝ · լինիլ ամ՟ լայնութե՟ մասունս ութսուն · և առաւել յարտաքս կոյս քան զայս՝, չէ ուրուք զեզր երկրի տեսեալ, և կամ գիտացեալ, ոպ՟ ասէ Պտղոմէոս ։ Այլ ծանօթ կոչի երկիր, և ովկիանոս · յորս երկրագիր բոլորակին տիեզերագրութեցն առեալ Պապայ Ա-

dùm, quæ eſt portiò media, uti ſphæra demonſtrat; quinta per Romam; ſexta per Cònſtantinopolim; ſeptima per Scythiam; atque in has regiones totus terrarum orbis diſtributus eſt.

4 Jam verò inſtituenda eſt primùm terræ ſyderúmque deſcriptio ad duarum ſphærarum ſimilitudinem, in quibus circuli maximi dimidium [1] centum octoginta tres partes continere debet, ad habitationes hominum declarandas. Atque ea dimenſio, quæ per ſublimem aerem facta eſt, inſtrumentis perficitur, quibus aſtra & umbræ obſervantur; ad ipſam verò continentem terram dimetiendam Dioptrâ opus erit.

Claudius autem Ptolemæus cunctas hominum habitationes ſtadiis metitus eſt, ab ignoto oceano occidentali initium capiens, & [2] longitudinem quidem terræ æſtimans, ab extremis terræ ignotæ finibus uſque ad orientem atque alteram ignotæ terræ extremitatem gradus centum atque octoginta numerat; latitudinem verò, à Zonâ torridâ uſque ad ſeptentrionem & terram maréque ignotum graduum eſſe putat

5 ſexaginta quinque; atque ab alterâ parte ad meridiem verſùs atque ignotam eam terram gradus numerat quindecim; ita ut latitudo tota octoginta gradus contineat; ultra quos terminos nemo quiſquam, ut Ptolemæus ait, terram vidit aut cognovit unquam. Cæteræ autem terræ maríſque partes cognitæ vocantur; eáſque [3] Pappus

դեքսանդրացւոյ

[1] Centum atque octoginta tantummodo partes, ut opinamur, debuiſſet dicere; ſed in hac Geographiâ numeros ſæpiùs corruptos eſſe, nimis liquidò apparebit.

[2] Ptolemæus quidem longitudinem terræ eſſe centum octoginta partium, & latitudinem graduum eſſe octoginta docet, ſed ab Æquatore ad Thulen inſulam, Septentrionalis latitudinis terminum, ſexaginta tres gradus, atque ab alterâ Æquatoris parte decem ſeptem gradus numerat. Ptol. Geogr. I. 7. 10. 14. VII. 5.

[3] Pappus Alexandrinus Theodoſii Magni temporibus vixiſſe fertur, & proinde Chorenenſis ipſius ætatem non multò anteceſſit. Inter ejus opera memorat Suidas ΧΩΡΟΓΡΑΦΙΑΝ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗΝ, quod ipſum hîc Chorenenſis indicat laudátque. Cæterum maximè dolenium eſt illud Pappi ſcriptum periiſſe, quod certè Chorenenſis turpiſſimè compilavit. Pappum enim Alexandrinum, quæ erat ejus rerum Mathematicarum peritia, non tam jejunum atque inconditum de Geographiâ librum ſcripſiſſe, præſtare minimè dubitamus.

…էքսանդրացւոյ համառօտաբար երկրագրութե․ յորմէ մեր ծայրաքաղ արարեալ, զմեծամեծսն, և զնշանաւորսն միայն, և զչափս որչափութեցն․ ո՛չ ըստ յատակի երկրի՝, այլ ըստ բարձրացեալ լերանց, տեսութե ընդ օդս անցանելով ՚ի ձեռն գործարանաց, նկարելով զնշոյլս արեգական, և լուսնի, և աստեղաց, ըստ տանց իւրեանց եօթն նահանգացն՝ փոփոխման սահմանաց ։ Եւ է սահման բան կարճառօտ, յայտնիչ բնութե ենթակայ իրողութե, որ զիւրն ՚ի ներքս փակէ՝, և զայլն ՚ի բաց որոշէ՝, և չափէ զմասն ։ Եւ է մասն հինգ հարիւր ասպարէզ ։ Եւ ասպարէզն է հեռագնացութե՝, այսինքն է վտաւան մի ։ Եւ է ասպարէզն ըստ օդաչափութե քայլս հարիւր, և քայլն վեց ոտն է, և ոտն վեց մատն ։ Մղոնն ասպարէզ մի, իսկ ասպարիզաց ասպարէզն հարիւր և քառասուն երեք քայլ, և մղոնն է եօթն ասպարէզ․ ոպ լինիլ գետնաչափութե մղոնն հազար քայլ, և փարսախն երեք մղոն է ։ Բայց օդաչափութե՝, է մասն հինգ հարիւր ասպարէզ, ՚ի լայն երկրաչափութե, և նոյն չափ է երկայնութին չորեքկուսի, ոպ զի լինիլ մասին եօթանասուն և մի մղոն․ չորքեօթն, քսան և ութն ։

Արդ՝ այս չափովս չափեցին զերկիր, և զծով, սկիզբն արարեալ յայրեցելոյ գօտւոյն՝, զոր կոչեն միջօրական գիծ, յորում բնաւին ոչինչ բուսանի, յաղագս միշտ յաճախելոյ ընդ նմա արեգականն, յամառ-

Alexandrinus in ſuâ totius orbis habitabilis deſcriptione breviter exponit; à quo nos noſtra deprompſimus, notantes tantummodo maxima quæque ac celeberrima loca, & quantitatum menſuras, non per ipſum terræ ſolum dimenſas, ſed pro eo ut ex montium verticibus, viſu per aerem ducto, inſtrumentorum ope deprehenduntur, quibus ſolis lunæque & ſyderum lumina obſervantur, perinde ut domuum ſuarum & ſeptem Climatum determinatione variè definiuntur.
6 Eſt autem [1] definitio oratio brevis naturam ejus rei, de quâ agitur exponens, ſe ipſa circumſcribens atque alia excludens, & metitur gradum. Gradus quingenta ſtadia complectitur. Stadium in locorum diſtantiis [2] *Vetavanum* appellatur. Stadium verò, dimenſione per aerem initâ, [3] centum paſſus, paſſus ſex pedes, pes ſex digitos tenet. Stadiorum autem ſtadium centum quadraginta tres paſſus explet, milliariúmque ſeptem ſtadia complectitur; ita ut milliarium, dimenſione per terram factâ, mille paſſus compleat, & Paraſanga tria habeat milliaria. Quòd ſi per aerem menſuram ineas, unus gradus quingenta ſtadia, tàm in latitudine terræ, quàm in longitudine quoquoverſus tenebit, ſic ut gradus unum & ſeptuaginta milliaria adæquet.
7 His igitur menſuris terram & mare dimenſi ſunt, initio facto à Zonâ torridâ, quam lineam Æquinoctialem appellant, in quâ regione nihil quicquam terra gignit, ſolis ardoribus perpetuò exuſta, qui illic hybernum

նային

[1] Huic Chorenenſis loco videtur ſcriba ineptus alienum aliquid interpoſuiſſe; id quod inde etiam ſuſpicari licet, quod vox Armeniaca hîc occurit, antiquis Armeniis, quantum arbitramur, inaudita atque inuſitata. Vox autem ea, quam *definitionem* vertimus, terminum & limitem notat, atque hîc pro gradu uſurpari videtur; ſed cum eadem vox ſæpè etiam *definitionem* valeat, ſatis quidem ineptè ejus vocis definitionem librarius adjunxit.

[2] *Vetavan* Armeniacè ſtadium ſonat.

[3] De his menſuris, quæ corruptæ depravatæque videntur, qui certiora cupit, adeat Cellarium, in Geogr. l. I. c. 12.

նային եղանակն զեղանակ ձմեռնային փոփոխեալ և անդրէն դարձեալ։ Վն որոյ՝ ասացին զարեգակն շատ փոքրագոյն քան զերկիրս զայս լինել, քանզի վեցերորդ, կամ երրորդ լինել արեգական, զերկուս նահանգսն ասելով բովանդակութի արեգական, այսինքն է օթևանս քառասուն, յորմէ ըստ հեղման օդոյն նրբացեալ բորբոքութե ասացին զայրեցական գօտին և աստ և անդ։ Եւ նորա զՈվկիանոս ընդմիջելով ՚ի բնակութէն, և հարաւային կիսագնտին, զոր ընդդէմ երկրի կոչեցին, բնակելոյ երկրիս մեծութբ ոչ ըստ սմա, այլ հիւսիսային կիսագնտին զոր կոչեն գոյացեալ․ քանզի ՚ի նմա ասացին փոքրագոյն գծագրեալ, վն անձուկ գոլոյ բոլորակին․ և զդէմն նմանապէս նորին հարաւային եզրն, զոր կոչեն ցամաքեալ։ Եւ ոչ միայն զայրեցեալ գօտեաւն ասեն զովկիանոս, և զամ երկրաւն շուրջ գոլ, զոր և Կոստանդինոս Անտիոքացի ՚ի Քրիստոնէական Տաղագրութեն ասէ, յաղագս տապանակին անցելոյ յարևելեան երկրէն առ մեզ ՚ի մէջ կողմս։ Բայց Պտղոմէոս, որոյ արք բազմաշրջութբ զամ չափեցին, ոչ ասեն շուրջ լինել զովկիանոս, այլ ՚ի միոյ կողմանէ անկեան հիւսիսոյ արևմտից։ Եւ տարածի յարևելակողմս ընդ հիւսիսի, յերկուց մասանցն, մասն մի ընդ արևմուտս․ ՚ի հարաւակողմս ՚ի չորս մասանցն, երեք մասունքն որք ՚ի նմանէ սկսեալք զանծանօթ երկրէ ասէ շրջապատեալ զբնակութի մարդկայինս բնութե։ Եւ զերից ծովուցն մեծամեծաց, զՀնդկայնոյն ասեմ, և զՅունականէն, և զՎրկանին ծով, և երկիր բնակութի մարդկան ասէ շուրջ լինել զնոքօք, և է ճշմարիտ։

tempus in æſtatem mutat. Ideò autem ſolem dixêre multò minorem eſſe quàm terram, ita ut ſol tertia tantùm vel ſexta terræ pars eſſet, quòd duorum modò climatum, quæ quadraginta manſiones conficiunt, ſpatium complecteretur, atque inde, pro aeris motu, torridam Zonam ab utraque parte calefaceret. Quæ Zona oceanum medium dividit, atque habitatam terræ partem ab auſtrali Hemiſphærio diſjungit, quod terram oppoſitam vocant; cùm maxima terræ habitabilis pars in Hemiſphærio aquilonari poſita ſit; id quod tamen minore formâ propter Circuli anguſtiam depingi di-
8 cunt; perinde ut oppoſitam ei oram auſtralem, quam aridam appellant. Sunt autem, qui non ſolùm Zonam torridam, ſed totam etiam terram oceano circumcludi aiunt, id quod [1] Conſtantinus Antiochenus in Topographiâ ſuâ Chriſtianâ tradit, cùm de arcæ ab orientis finibus in noſtram regionem trajectu verba facit. [2] Ptolemæus autem, hominéſque ejus, qui, variis factis peregrinationibus, omnia permenſi ſunt, terram habitabilem oceano, niſi in unâ parte, quæ inter ſeptentriones atque occaſum ſpectat, circumſcribi negant. Oceanus verò ad orientem ac ſeptentriones extenditur, atque ex duabus ejus partibus, pars una ad occidentem ſpectat; ſed a meridie partes ſunt quatuor, quarum tres, inde incipientes, ut idem narrat, terram incognitam atque humani generis habitationes cingunt. Nempe tria ea magna maria, Indicum, Græcum atque Hyrcanum, intelligi volo, quibus orbem habitabilem concludi ſcribit, id quod verum eſt.

Աշխար-

[1] Conſtantinus quidem erat Antiochenus Preſbyter, Chryſoſtomi ferè æqualis. Utrum verò is idem ſit, atque hic Conſtantinus, illud planè in incerto eſt. Vid. Fabric. Biblioth. Græc. Vol. X, p. 280.

[2] Vide Ptol. Geogr. VII. 5.

Աշխարհագիր ։ Հատուած երկրորդ ։

Փանզի զՅունականացն, և զԿասբիականացն, և մերոց իսկ արանց պատահեցաւ շուրջ անցանել, յորոյ վարկանիմ և զՀնդկայնոյն նոյնպէս լինել, և ոչ, որպէս ոմանք ասացին, Ովկիանոսի պարունակեալ զամ, այլ հաւանեալ եմ Պտղոմեայ պատմութեան, որոյ արք զայրեցեալ գօտեաւն անցին ’ի հարաւոյ կոյս, և զազգսն զայնոսիկ Ճշգրտեցին, և զսահմանս Ճարակաց նոցա չափեալ, յԱկիզիսիմբրայ մինչև ’ի լուսնի լեառն, և անդր ևս, յանծանօթ երկիր ։ Եւ շուրջ եկեալ զանծանօթ երկրաւն, յՈվկիանոսէ մինչև ցՈվկիանոս, և զևս առաւելն, լռեաց․ զորս ոչ երբեք կոխեաց ոտն, և կամ ետես ակն մարդոյ, որում Աստուածային գրոց ’ի Ճահ գան վկայութիւնք, որպէս Յոբ ասէ, Թէ ձգեաց զհիւսիսս զոչընչիւ, և եթէ հրաման պատեաց զերեսս ջուրց․ այսինքն եթէ հրամանն Տն բաւական է ունել զեզր ջրոց անծանօթի ծովու, ոչ պիտոյացեալ անցանել երկրի, և ոչ եզր սպառուածի անծանօթի երկրի պիտոյացեալ ջրոյ ։ Բայց թէ և է զանծանօթ երկրաւ ծով, կամ շուրջ զանծանօթիւ ծովու երկիր, մեք, որպէս անհաս եղեալ մտածութեց, լռեմք, և գրեմք զայս միայն, զոր կոխեաց ոտն, և ետես ակն մարդոյ ։

Արդ՝ սկսցուք ըստ Պապայ Աղեքսանդրացւոյ երկրագծութեան՝, որ ըստ ինքնագիր բոլորակին Կղօդիայ Պտղոմեայ տիեզերագրութեցն չափուց ։ Զոր սկսեալ յայրեցելոյ գօտւոյն, կրկնակի և ’ի հիւսիսոյ, և ’ի հարաւոյ ։ Բայց սկսանի յայրեալ գօտին յանծանօթէ երկրէն Սինեաստացւոց՝, անցանելով ընդ Տաբրոյբանի կղզւոյ ստորոտն, և ընդ Նեղոս գետոյ վտակն՝, և ընդ ամԵ-

Geographiæ Pars alterā.

9 Etenim Maria, Græcum & Caſpium, noſtri etiam circumiêre, atque inde idem de Indico arbitror, neque, ut nonnulli aiunt, omnia oceano circumcludi puto, ſed Ptolemæo potius aſſentior, cujus homines Zonam torridam ab auſtrali parte pertranſierunt, & nationes iſtas accurate deſcripſerunt, eáſque oras ab Agiſymbâ ad lunæ montes, atque ultrà, uſque ad incognitam terram dimenſi ſunt. De terrâ autem ignotâ ab oceano ad oceanum & ultrà, ibi ſilet; quæ loca nec unquam pes calcavit, neque hominis oculus aſpexit, cui rei ſacræ hiſtoriæ teſtimonium convenit, quando [1] Jobus ait, *Extendit ſeptentrionem ſuper nihil, & decretum ejus extremitates aquarum coercuit.* Quæ verba declarant, decretum Domini aquas
10 ignoti maris intra terminos cohibere poſſe, ut neque eis terram inundare, neque extremis terræ incognitæ oris aquas liceat tranſcendere. Utrum verò terram ignotam mare ambiat, an mare incognitum terra circumſcribat, de eo nos, quum non ſatis ſcimus, tacemus, atque ea tantùm deſcribemus, quæ pes calcavit, atque hominis oculus aſpexit.

Itaque Pappi Alexandrini Geographiam ſecuti, exordium inde capiemus, quæ cum Claudii Ptolemæi menſuris congruit. Qui quidem à fervidâ Zonâ initium ducens, utroque verſum ad ſeptentriones & ad meridiem pergit. In Zonâ autem torridâ ab ignotâ apud Sinas terrâ orditur, atque inde per inferiorem inſulæ Taprobanæ partem, & per flumen Nilum, omnémque Æthio-

[1] Job. xxvi. 7, 10.

Թեօպայս ըստ հարաւոյ կողմանէ Թէ-
ոքիմացլերինն, որ կոչի Աստուծոց ա-
թոռ, ընդ ձկնակեր Եթեօպայեցիսն,
յանծանօթ երկիր։ Իսկ յՈվկիանոսէ,
զկողմամբք Զեփիւռոս հողմոյ սկսա-
նի, քսան և մէկ մասն է լայնութիւն, առ
ձկնակերովք Եթեօպայեցովքն և Թէ-
ոքիմաց լերամբք, և պատէ զարևմուտս,
մինչև հսպառ լայնութի չափու, և
դառնայ առ հիւսիսի յարևելս, մինչև
վաթսուն մասն լայնութիւն, որ է հան-
դէպ Կարկինէտեան ծոցոյն Պոնտոսի
առ Քեռսոնիւ, և անտի յառաջ ան-
ծանօթ երկիր։ Եւ պատէ զմնացեալ
մասունսն հիւսիսոյ, և զարևելս, և
զհարաւ, քսան մասն յարևելից մինչև ց'
նոյն Ովկիանոս. իսկ զաւելիսն քան զայ-
սոսիկ չէ ուրուք տեսեալ, և կամ ծա-
նուցեալ. վս այնորիկ անծանօթ կոչի
երկիր, և ովկիանոս։ Եւ Ովկիանոս
ծանօթ նաւագնացութե, և կղզիք ե-
րեք հանդէպ ներքսագոյն Լիբիոյ, որք
Երանելեաց կղզիք կոչին. և դոցա ը̅ն
արևմտից վեց կղզիք այլ է. և դոցա 'ի
հիւսիսային, չորս կղզիք հանդէպ Մօ-
րիտանեաց՝ և մի նեղուցն, որ կոչի Սեպ-
տէ, այսինքն եօթնեակ. քանզի զեօթն
մղոն ունի լայնութի տեղւոյն, որ գետ-
աբար ելանէ յովկիանոսէ, և ծնանի
զՅունաց ծովն. որոյ յարևմտից կղզի
կայ այլ մի ևս։ Իսկ Ովկիանոս երթե-
ալ ը̅ հիւսիսի, և դարձեալ ը̅ արև-
ելս, առնէ երկուս կղզիս մեծամեծս,
որք կոչին Բրիտանացւոց աշխարհք՝, և
զԹուղիս մեծ կղզի, որոյ հասարակն
անծանօթ երկիր համարեալ է. և կղզի
մի այլ՝ որ Սկանդրէ անուանի, յորում
Գունթք լեալք են. և քան զայս կղզիս
այլ նաւագնացութի չկայ՝, և ոչ հա-

piam, ab auſtrali montis [1] Theoche-
mi parte, qui *Deorum ſolium* vocatur,
per Æthiopas Ichthyophagos uſque ad
11 incognitam terram progreditur. A-
parte autem oceani, ab occidentis orâ
initium capit, quo in loco unius & vi-
ginti graduum latitudo eſt, apud Æthi-
opas Ichthyophagos & montem Theo-
chemum, atque occidentis oras obit,
quà in latitudinem patent, indéque in-
ter ſeptentriones & ortum remeat, uſ-
que ad ſexageſimum latitudinis gra-
dum, è regione ſinûs Carcinitidis in
Ponto apud Cherſoneſum, atque ultrà
ad ignotam uſque terram. Deinde re-
liquas ſeptentrionis partes, atque ori-
entem ac meridiem, ad vigeſimum la-
titudinis gradum ab oriente uſque ad
eundem oceanum perſequitur; ultra
quos terminos nemo omnino vidit aut
novit quidquam; atque ob eam cau-
ſam terra iſta ac mare appellantur ig-
12 nota. Mare autem ex navigationibus
cognoſcitur, & [2] tres ſunt inſulæ ex
adverſo Libyæ interioris, quæ Inſulæ
Fortunatæ nominantur; atque ab oc-
dentali earum parte inſulæ ſex aliæ
extant, atque à ſeptentrionibus qua-
tuor inſulæ è regione Mauritaniæ, &
unum fretum, quod [3] Septa vocatur,
id eſt, *ſeptenarius*; quippe cum ſep-
tem millia paſſuum latus ſit is locus,
qui, velut flumen, ab oceano profluit,
& Græcum mare efficit; cujus ab oc-
cidentali parte inſula etiam alia una
ſita eſt. Oceanus autem ſeptentrio-
nem verſus fluens, ac tum ad ſolis or-
tum ſe inflectens inſulas duas maximas,
quæ Britannorum regiones vocantur,

սեալ

[1] Montem hunc, Θεῶν ὄχημα, *i. e. Deorum currum*, ſive *ſolium*, uti Chorenenſis interpretatur, Græci ſcriptores appellant. Cellar. Geogr. IV. 8. p. 144.

[2] *Sex Inſulas Fortunatas* numerat Ptolemæus, in Geogr. IV. 6. Cæterùm cùm numeri in hoc libro ſæpiſſimè corrupti ſint, neque operæ pretium videatur hanc Chorenenſis Geographiam accuratè expendere atque emendare, deinceps in notis rariores erimus.

[3] Fretum Herculeum, ſive Gaditanum *Septæ* nomine appellari nuſquam alibi legimus. Sunt autem montes quidam alti, qui freto imminent, qui, *ob numerum, ſeptem, ob ſimilitudinem Fratres nuncupantur*. Pompo. Mel. I. 5. Cellar. Geogr. IV. 7. p. 137.

սեալ է ոտն մարդոյ, . վ̃ա այնորիկ կոչի անձանօթ ծով ։ Մտանեն և գետք քսան և մէկ յարևմտէ յՈվկիանոս ։

atque etiam inſulam magnam Thulen efficit, cujus partes mediæ in terram incognitam contribuuntur; ibique una alia inſula, quæ Scandia nominatur, poſita eſt, quem Gothi incoluêre; atque ultra has inſulas navigatio inſtitui poteſt nulla, neque hominum quiſquam profectus eſt, ac propterea ignotum mare appellatur. Cæterum ab occaſu ſolis unus & viginti amnes in oceanum influunt.

13 Իսկ երեք ծովք՝ որովք երկիր շուրջ է ։ Առաջին ծով՝ Հնդկայինն, որ կոչի Կարմիր ծով՝, յորմէ ծոցոյ ելանեն Պարսից, և Արաբացւոց ծովք ․ և սահմանի ՚ի հարաւոյ անբնակ, և անծանօթ երկրաւ, իսկ յարևմտից՝, Սինեցւոց աշխարհաւ, և ՚ի հիւսիսոյ՝ Հնդկօք, և Պարսիւք, և Արաբացօք, իսկ յարևմտից Եգիպտացօք, և Եթէովպացօք ։

Hæc autem ſunt tria maria, quæ terra cingit. [1] Primum eſt mare Indicum, quod etiam Rubrum vocatur, ex cujus ſinu Perſicum atque Arabicum profluunt maria; atque à meridie quidem inhabitabili ignotâque terrâ, ab oriente regione Sinenſi, à ſeptentrionibus Indiâ, Perſiâque & Arabiâ, atque à ſolis occaſu Ægypto atque Æthiopiâ terminatur.

14 Երկրորդ ծովն Յունաց՝, որ ծնանի յՈվկիանոսէ՝, և լայնացեալ ձգի մինչև յ՚Ասորիս ։ Եւ սահմանի յարևելից Ասորօք, և Փիւնիկեցօք ։ Իսկ յարևելից Հրէաստանիւ հարաւոյ մինչև յԵգիպտոս ․ իսկ յարևելից հիւսիսոյ Միջերկրօք մինչև ցՔաղկեդոն՝, յորմէ ծոցոյ ելանէ Պոնտոսի ծովն ։ Իսկ ՚ի հիւսիսոյ, Եւրոպիւ մինչև ցՍեպտէ, իսկ ՚ի հարաւոյ Լիբէիւ մինչև ցնոյն Սեպտէ ։

Alterum eſt mare Græcum, quod ab oceano oritur, atque ad Syriam uſque pertinet. Fines habet ab ortu ſolis Syriam ac Phœnicen. Inter orientem ac meridiem, Judæâ uſque ad Ægyptum; inter ortum ſolis ac ſeptentrionem regionibus Mediterraneis uſque ad Chalcedonem continetur, ex cujus ſinu mare Ponticum profluit. Ab aquilone Europâ uſque ad Septam, ab auſtro Africâ uſque ad eandem Septam definitur.

15 Երրորդ ծովն Վրկանի՝, որ կոչի Կասբից ծով ․ և ձգի երկայնութ̄ին̄ ՚ի բերանոյ Երասխայ, և Կուր գետոյ, մինչև ցմուտս Պօղէտիւեօմէտայ գետոյ ։ Եւ սահմանի յարևմտից Հայօք ․ իսկ յարևմտից հիւսիսոյ Աղվանիւք՝ և Մասաթօք ․ իսկ յարևելից հիւսիսոյ, Սկիւթացօք ․ իսկ յարևելից, ազգաւն որ կոչի Արիականք ամբոստակէք ։ Իսկ յարևելից հարա-

Tertium eſt mare Hyrcanum, quod & Caſpium dicitur; cujus longitudo ab Araxis & Cyri oſtiis uſque ad fluminis Polytimeti oſtium pertinet. Oram ejus occidentalem Armenii tenent; eam, quæ inter ſeptentriones atque occaſum ſpectat, Albani ac Maſſagetæ; eámque, quæ inter ſeptentrionem & ortum ſpectat, Scythæ accolunt. Ab oriente populi ſunt, qui

ւոյ,

[1] Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν εἰρημένων ἐμπεριέχεσθαι τῇ γῇ θαλασσῶν, πρώτη μέν ἐστι μεγέθει πάλιν, ἡ καλε τὸ Ἰνδικὸν πέλαγος, δευτέρα δὲ, ἡ καθ' ἡμᾶς, τρίτη δὲ, ἡ Ὑρκανία, ἡ καὶ Κασπία. Ptol. Geogr. VII. 5.

ւոյ, Վրկան աշխարհաւն ։ Իսկ 'ի հարաւոյ, Մարք՝, Դելփք՝, և Դելմք՝, և Կասբիւք, մինչև 'ի մուտս Երասխայ ։

Ariacæ appellantur. Quà inter ortum ſolis & meridiem ſpectat, Hyrcania ſita eſt. Fines denique ejus auſtrales, Medi, Delphi, Delmi, Caſpiique uſque ad Araxis oſtium accolunt.

Նոյնպ̃ և զերկիր բաժանեալ յերիս, յԵւրոպիայ՝, 'ի Լիբիայ՝, և յԱսիայ․ և ունի զարևմտական հիւսիսային կողմանէ Եւրոպիա, մինչև 'ի Տանաւիս գետ ։ Եւ զարևմտական հարաւայնով կողմամբ, Լիբիայ, մինչև ցԿարմիր ծովն ։ Իսկ այսոցիկ սահմանաց յարևելակողմն զհիւսիս, և զհարաւ զմէջ, Ասիա ունի, մինչև ցանծանօթ երկիր․ վս̃ որոյ մեծագոյն է քան զայլ հատուածս ։ Իսկ միջոց աշխարհի բնակութ̃ի մարդկան Պտղոմէոս զԵրջանիկն զԱրաբիայ ասէ, բայց ես ոչ հաւատամ, քանզի Աւետարանն զԵրջանիկն Արաբիայ ծագս երկրի կոչէ, ուստի եկն դշխոյն հարաւոյ ։ Բայց մէջ լսի՝, որ զմիաչափ հեռաւորութ̃ի ունի 'ի ծայրիցն, և յեզերացն ։ Եւ այն է Եր̃էմ, որում և Աստուածայինք գիրք վկայեն, թէպէտ, զչափուցն Պտղոմէայ, երկայնատարած յարևելս կոյս ։

16 Orbis itidem univerſus diviſus eſt in partes tres, Europam, Africam atque Aſiam; ex quibus Europa eam habet regionem, quæ ad occidentale ſeptentrionis latus vergit, uſque ad flumen Tanaim. Africa eam partem tenet, quæ inter occidentem ſolem & meridiem ſpectat, uſque ad mare Rubrum. Quicquid autem ultra hos terminos ad ortum eſt, ſive ad ſeptentriones, ſeu ad meridiem vergit, id totum Aſiæ attribuitur, ad ignotam uſque terram: eáque propterea cæterarum partium magnitudinem vincit. In medio autem orbis habitabilis loco ſitam eſſe Arabiam Felicem tradit Ptolemæus, cui tamen aſſentiri nequeo, quippe cum Arabia Felix apud Evangelium extrema terræ ora appelletur, unde regina auſtralis venerat. Illud verò medium dicitur, quod æqualibus intervallis ab extremitatibus diſtat.
17 Et quidem in eo loco poſita eſt [1] Hieroſolyma, quod & divinæ literæ teſtantur, quanquam ex Ptolemæi menſuris intervallum longius ad orientem eſt.

Այլ զերկուս չափս 'ի մի դնելով, նկարագրեսցուք այսպէս․ և հարաւայինն ութ աւելի գայ քանզ հիւսիսայինն ըստ Պտղոմէական չափուն, զոր երկու 'ի մի եդեալ, կերպագրեսցուք զերկայնութ̃ի չափուցն, ութսուն ամբողջ պահեսցուք՝, վ̃ն զի նեղ է ։ Եւ զհարիւրն կրկնեսցուք՝, լինի յիսուն, և այնպ̃ նմանագրեսցուք․ նոյնգունակ և ըստ հարաւոյ յայրեցական գօտեաւն, կրկնեսցուք զութն 'ի չորս․ և բերէ ստուգապ̃ զնմա-

Nos autem duas menſuras in unam conjicientes, ita deſcribemus, itémque, cùm ex Ptolemæi dimenſione intervallum auſtrale octo gradibus majus ſit, quam aquilonare, eas etiam menſuras ſimul conjiciemus, atque eo modo deſcribemus, ita tamen ut octoginta graduum numerum, qui ſatis exiguus eſt, integrum ſervemus. Igitur centenarium numerum in bis quinquagenarium partiemur, itáque dimeti-

նութի

[1] Hieroſolymam in medio mundo ſitam eſſe alii etiam ſcriptores credidêre, quos lectores conſulant apud Cellarium in Geogr. Antiq. I. 4.

նութե̃ն Պտղոմէական երկրագրութե̃ն։ Եւ արդ՝ որովհետև բովանդակեցաք զհամառօտութի̃դ, այսուհետև սկսցուք պատմել զաշխարհս առանձինն, ըստ գրոց Տեղագրութե̃ցն Պապայ Աղեքսանդրացւոյ, սկիզբն արարեալ յարևմտից յՈվկիանոսէ, ՚ի Սպանիոյ աշխարհէ։

emur; ſimilitérque ab Auſtri partibus in torridâ Zonâ pro octonario numero quaternarium bis ſubſtituemus; atque ita Ptolemaicæ deſcriptionis ſimilitudinem accuratè ſatis habebimus. Et jam quidem cùm de univerſo terrarum orbe generatim locuti ſimus, deinceps regiones ſingulas ex Pappi Alexandrini Topographiâ enarrabimus, atque ab oceano occidentali, Hiſpaniâque exordium ducemus.

Աստանօր աշխարհ Եւրոպիոյ։

Deſcriptio Europæ.

18 Սպանիա՝ է՛ երեք անկիւնի իմն ձևով, կալով ի մէջ ծովուց, որպէս կղզի։ Սահմանի յարևմտից, և հիւսիսոյ, Ովկիանոսիւ․ իսկ յարևելից, Պիւռենէ լերամբ․ իսկ ՚ի հարաւոյ, Յունաց ծովուն։ Եւ բաժանի նա յերիս աշխարհս փոքունս, որք ունին գաւառս բազումս՝, և քաղաքս, զորս անուանմբ յիշատակել աշխատութ̃ի անշահ համարեցաք․ և ոչ միայն զգաւառս, և զքաղաքս, այլ և խորհեցաք միայն գրել զլերինս անուանիս՝, և զգետս հզօրս՝, և զքաղաքս հոյակապս, և եթէ այլ ինչ նշանաւոր իցէ, թողլով իբրաց զթիւս, և զչափս, և զմանրամասնաբար պատմութիւն։

18 Hiſpania formâ ferè triquetrâ eſt, inter maria, quaſi inſula, collocata, ab occaſu ſolis atque à ſeptentrionibus, oceano; ab ortu, Pyrenæis montibus; à meridie, Græco mari continetur. Diviſa eſt autem in regiones minores tres, quæ multas provincias urbéſque habent, quas nominatim recenſere vix operæ pretium videtur; ſiquidem montes tantummodò inſignes, flumina maxima atque urbes primarias, & ſi quid aliud illuſtre ſit, commemorare ſtatuimus, numeros, menſuráſque & orationis ſubtilitatem prætermiſſuri.

19 Բրիտանացւոց՝ որք են երկու կղզիք, ՚ի հիւսիսայնոյ Ովկիանոսի ՚ի վերոյ կողմանէ Սպանիոյ։ Եւ անուն արևմտեան կղզւոյն, Սիումբառնիա․ և է գարեհատաձև Ճղճկէն՝, որում գետք հզօրք տասն և վեց՝, և ազգք բազումք։ Իսկ անուն արևելեայն կղզւոյն՝, Արիուիոն, որ է մեծ քան զնա՝․ և է տզրկաձև բազմաճիւղ․ յորում գետք հզօրք քսան և հինգ, և յոյժ մեծածառ անտառք․ և շուրջ զկղզեաւն մանունք կղզիք քառասուն և հինգ, և Թուղիս մեծ կղզի։

19 Inſulæ Britannicæ ſunt duæ, in oceano Aquilonari ſupra Hiſpaniam ſitæ. Occidentalis Inſula Hiberniæ nomen accepit; quæ flumina magna decem & ſex, nationéſque multas habet. Inſula orientalis appellatur Albion, quæ alteram magnitudine vincit, in quâ ſunt viginti quinque amnes magni, ſylvæque arboribus maximis celebres; & circa eam inſulæ minores quadraginta quinque ſitæ ſunt, ſimul & inſula ingens Thule.

20 Գաղղիա յարևելից կալով Սպանիոյ․ Եւ սահմանի ՚ի հիւսիսոյ, և յա-

20 Gallia ab Hiſpaniâ ad orientem verſus proximè abeſt. A ſeptentrionibus

րևմտից

րեւմտից, Ովկիանոսիւ․ իսկ ՚ի Հարաւոյ յարեւելից Յունաց ծովուն։ Եւ բաժանի Գաղղիայ աշխարհս չորս, յորում լերինք մեծք, և գետք հզօրք քսան և ինն, և կղզիք շուրջ պիւրեաւ տասն և չորս։ Ունի քաղաքս, և ազգս բազումս, և հզօրս, զազգն Փռանգաց։ Լինի ՚ի նմա Գոմէշ սպիտակ, և սպանող։

Գերմանիա, յելից կալով Գաղղիոյ, առ Հիւսիսային Ովկիանոսիւ, մինչև ցՍարմատացւոց լերինսն, և ցԴանուբ գետ, որ է Յօզու Ռուսաց։ Գայ և մտանէ ՚ի Պոնտոս ծովն, և սա մեծ է քան զՏօնաւիս։ Ունի Գերմանիա ազգս եօթն, յորոց մին Գունդք։ Ունի լերինս անուանիս երեք, ունի և գետս հզօրս տասն և մի, և կղզիս ինն, և անտառս չորս յոյժ մեծածառս, ունի և զերկաթակորութի․

Դաղմատիա, յելից կալով Գաղղիոյ, և առ երի Գերմանիոյ։ Եւ սահմանի յարեւմտից, ականբք Դանուբայ գետոյ, իսկ ՚ի հիւսիսոյ, և յարեւելից, նոյն Դանուբայ դարձուածօքն, իսկ ՚ի Հարաւոյ Յունիոն ծոցովն։ Եւ ունի Դաղմատիա աշխարհս վեց, քաղաքս, և գաւառս բազումս, ունի և լերինս վեց, և գետս քսան, և կղզիս եօթն։ Եւ լինի ՚ի Դաղմատիայ գազան, ոպ̃ զեզն, Բոնոնոս անուն, որ զկուն ձգէ որսորդաց իւրոց, և այրէ։

Իտալիայ է յարեւելից Գաղղիոյ, և առ երի Դաղմատիոյ ՚ի հիւսիսոյ կուսէ։ Եւ սահմանի ըստ արեւմտից, և հիւսիսոյ, Ապաինացօք, և Ոկռէ լերամբք․ իսկ ըստ հիւսիսոյ, և արեւելից, Յունական, և Ադրիականաւ խորշիւն․

atque ab occidente, oceano; inter meridiem atque orientem ſolem, Græco mari terminatur. Gallia autem in regiones quatuor diviſa eſt, in quibus ſunt montes ingentes, fluvii maximi undetriginta, inſulæque circumjectæ quatuordecim. Urbes gentéſque multas ac validas, atque in eis Francorum gentem habet. Gignuntur ibi Uri albi ſæviſſimi.

21 Germania, Galliæ, ad orientem verſus pergentibus, finitima eſt; atque ab oceano Aquilonari uſque ad Sarmatiæ montes & flumen Danubium pertinet, quod ab Ruſſis JOZA appellatur. Id in Pontum influit & Tanaim magnitudine antecedit. Septem gentes Germania complectitur, quarum una Gothorum eſt. Montes celebres tres, flumina magna undecim, inſulas novem, ſylváſque quatuor ob ingentem arborum magnitudinem memorabiles, atque etiam ferrarias fodinas habet.

22 Dalmatia, dum ad ortum ſolis pergis, à Galliâ proxima eſt, Germaniæ etiam finitima. Continetur ab occidente Danubii fluminis fontibus, à ſeptentrionibus & ab ortu ſolis ejuſdem Danubii flexibus, à meridie Græco ſinu. Habet autem Dalmatia regiones ſex, urbes provinciáſque multas, montes item ſex, fluvios viginti, inſuláſque ſeptem. Naſcitur in Dalmatiâ fera quædam, bovi ſimilis, quam [1] Bonaſum appellant, quæ ſtercus ſuum in venatores jacit atque ita exurit.

23 Italia, ad orientem verſus euntibus, proximè Galliam eſt, atque à ſeptentrionibus Dalmatiam attingit. Ab occidentis & aquilonis partibus, Alpibus atque Ocrâ monte; à ſeptentrionis atque orientis partibus, Græco Adria-

իսկ

[1] De hac ferâ meminêre etiam Ariſtoteles in Hiſt. Animal. IX. 45, Pliniúſque in Hiſt. Natural. VIII. 15.

իսկ ըստ Հարաւոյ Միջերկրական պի-
ղագոսին ։ Եւ ունի Իտալիա աշ-
խարհս վեց, քաղաքս, և գաւառս բա-
զումս, ունի և լերինս, և գետս տասն
և վեց, և կղզիս տասն և եօթն, յորոց
մինն Պոնտիա՝, ուստի Պիղատոսն էր ։
Ունի և մայրաքաղաքս երկուս, պճոյա-
կապն Ռենայ, և զմեծն Հռոմ ։ Բայց
են յԻտալիա և այլք աշխարհք, Կօսիկ
անուն, 'ի Սկիւռնոս կղզւոջն, չորս հա-
րիւր մղոնաւ շրջապատելով ։ յորում
գաւառք տասն և չորք, և գետք վեց,
և մի Ոսկի անուն լեառն՝, ուր ոսկի և
արծաթն հատանի, երկրաբուսակ իբրև
ծնեբեկ ։

ticóque ſinu; à meridie Tyrrheno mari clauditur. Habet autem Italia regiones ſex, urbes provinciáſque multas, & montes, ac decem & ſex flumina, atque decem & ſeptem inſulas, quarum una eſt [1] Pontia, ex quâ ortus eſt Pilatus. Duæ urbes primariæ inibi ſunt, nobilis [2] Rhena, magnáque Roma. Sunt item in Italiâ regiones aliæ, quas Corſicas nominant, in Cyrno Inſulâ, quæ quadringenta millia paſſuum in circuitu tenet. Sunt ibi quatuordecim provinciæ, ſex amnes, & mons unus, qui Aureus appellatur, ex quo aurum atque argentum effodiuntur, quæ in terrâ, velut aſparagus, gignuntur.

Սարդոնիա է' մեծ կղզի, հուպ կա-
լով 'ի Սկիւռնոս կղզին ընդ հարաւոյ,
երկայն թևով 'ի հիւսիսոյ 'ի հարաւա-
կոյս ։ Եւ ունի գետս չորս, և լերինս
դժոճարս, և ամուր տեղիս, յորում
քաղաքք ինն, և գաւառք քսան, մա-
նունք կղզիք ինն, և շրջապատութի
Սարդոնիոյ եօթն հարիւր ութսուն
մղոն ։

24 Sardinia eſt inſula magna, quæ ab inſulâ Cyrno meridiem verſus propè abeſt, à ſeptentrione in meridiem longè porrecta. Complectitur amnes quatuor, montes præruptos, locáque munita, urbes novem, provincias viginti, inſuláſque minores novem. Sardinia autem eſt in circuitu ſepties centena octoginta millia paſſuum.

Սիկիղիա՝ է' մեծ կղզի՝, յարևելից
կալով Սարդոնիոյ կղզւոյն ։ Եւ է Սի-
կիղիայ երեք անկիւնի ձևով, 'ի ծայրէ
'ի ծայր հարիւր մղոն ։ յորում գա-
ւառք եօթն, քաղաքք ինն, գետք տասն
և ութն, կղզիք տասն և վեց ։ Լերինք
երկու, և Պառթենոս՝, յորմէ գետք
բղխին, և Բառկանոս՝, որոյ կատարն
հրով տոչորի ։ և է' Սիկիղիայ յոյժ
արգաւանդ ։

25 Sicilia eſt inſula magna, quæ a Sardiniâ ad orientem verſus diſtat. Eſt autem Sicilia naturâ triquetra atque ab alterâ orâ ad alteram centies mille paſſus patet. Provincias ſeptem, urbes novem, amnes duodeviginti, inſuláſque decem & ſex habet. Sunt montes duo, Parthenius, à quo flumina oriuntur, & [3] Barcanus, cujus vertex ignibus exardeſcit. Cæterum Sicilia fertiliſſima eſt.

Սարմատացւոց՝, որոյ հասարակն յա-
րևելից կալով Զալուրայ, որ է Պուլ-
ղարք Գերմանացւոց ։ առ հիւսիսային

26 Sarmatiæ pars prima à *Zaluriâ*, quæ ab *Germanis Bulgaria* appellatur, ad ortum verſus *proximè* abeſt; atque ad

Ովկիա-

[1] Ex iis, quæ Chorenenſis noſter in lib. II. c. 14. de Pontii Pilati Patre tradit, eum à Ponto potius ſuſpicaremur, quam à Pontia oriundum. Sed utra ſententia verior ſit, nobis non liquet.

[2] Ita, eâ tempeſtate, appellabatur Ravenna. Ραβεννη μητροπολις εστι Φλαμινιας, πολις αρχαια, Θεσσαλιων αποικια, Ῥηνη κληθεισα δια το πανταχοθεν ὑδασι περιρρεισθαι. Zoſimus, lib. V.

[3] Montem Ætnam, uti arbitramur, Chorenenſis notat; ſed de nomine *Barcanus* nihil aliunde novimus.

Ովկիանոսին՝, մինչև ցանծանօթ երկիր, զոր Պալաք կոչեն՝, և Ցուպիա լեառն, յորմէ ելանէ Տօնաւիս գետ։ Եւ ունի Սարմատիա աշխարհս փոքունս՝, և Քրիստոնէից զՔեռսոն խրիմն, որ է ցամաք կղզի, և ՚ի հեթանոսաց բազումս։ Ունի լերինս հինգ, գետս տասն և երեք, փոքր լիճ մի, և կղզիս երկուս, ունի և բագինս երկուս, մինն կոչի Աղեքսանդրու,⁰ և միւսն Կեսարու։

oceanum aquilonarem & terram incognitam, quam Palacham appellant, atque ad montem Riphæum pertinet, à quo flumen Tanais profluit. Habet Sarmatia regiones minores, & Chriſtianam Cherſoneſum, quæ peninſula eſt, compluréſque Ethnicas. Sunt ibi montes quinque, flumina decem & tria, lacus unus parvus, inſulæque duæ, itémque duæ aræ, quarum una Alexandri, altera Cæſaris Ara appellatur.

Թրակացւոց աշխարհն յարևելից կալով Դաղմատիոյ։ Եւ ունի Թրակիայ՝ փոքր աշխարհս հինգ, և մի՛ մեծ, յորում են Սկլաւացւոց ազգք քսան և հինգ. որոց փոխանակ մտին Գունդք։ Ունի լերինս՝, և գետս՝, և քաղաքս՝, և կղզիս՝, և լիճս, և մայրաքաղաք զերջանիկն Կոստանդնուպօլիս։

27 Thracia Dalmatiæ, ad orientem verſus euntibus, finitima eſt. Complectitur Thracia regiones minores quinque, unámque maximam, quam Sclavorum genera viginti quinque incolunt; in quorum locum ſubierunt Gothi. Habet montes, fluvios, urbes, inſulas paludéſque, & regionis caput Felicem Conſtantinopolim.

Մակեդօնիայ, ելից կալով Յունական պիղադոսին՝, առ երի Դաղմատիոյ՝ և Թրակիոյ, ՚ի հարաւ Թողլով զԵլլադայ։ Եւ ունի Մակեդօնիայ լերինս վեց, և գետս չորս, գաւառս երեսուն՝, քաղաքս տասն և եօթն, ծովս երեք, կղզիս չորս։ Եւ լինի ՚ի Մակեդօնիայ մարմարիոն կանաչ, սպիտակախայտ։

28 Macedonia orientalem Græci maris oram attingit, Dalmatiæ, Thraciæque finitima, atque à meridie Græciam habet. Sunt autem in Macedoniâ ſex montes, flumina quatuor, triginta provinciæ, decem & ſeptem urbes, tria maria, inſulæque quatuor. Naſcitur ibi marmor viride, albis maculis diſtinctum.

Ելլադայ առ երի կալով Մակեդօնիոյ՝ ի մէջ պիղագոսացն։ Եւ ունի Ելլադայ փոքր աշխարհս վեց, զԵպիւռուզ, զԱքաիայ, զԱտտիկէ, զԵւբիայ զապառած, զԿրիտէս մեծ կղզի, և Ապելոռոնիսս ցամաք կղզի։ Ունի լերինս՝, և գետս՝, և գաւառս՝, և քաղաքս՝, և կղզիս բազումս յոյժ. ունի և մեհեանս երիս, զՒռայ, և զԱրտեմիս, և զՊօնեդոնոս՝, ունի և մայրաքաղաք զհոյակապն զԱթէնս։ Ունի և ջուրս ՚ի կղզւոջն զՄիւռս՝, որ անպատճառ այսր անդր հոսի, ուր խորտասոյզ եղև Արիստոտէլ։

29 Græcia inter maria ſita, cum Macedoniâ continens eſt. Complectitur autem Græcia regiones minores ſex, Epirum, Achaiam, Atticam, Eubœam ſcopuloſam, Cretam inſulam magnam, atque peninſulam Peloponneſum. Sunt in eâ montes, flumina, provinciæ, urbes, inſulæque plurimæ; ac præterea tria templa, unum Junoni, Dianæ alterum, & tertium Neptuno ſacrum; caput regionis Athenæ ſunt. Aquæ autem in inſulâ [1] Myrto ſunt, quæ inexplicabiles reciprocationes habent, ubi Ariſtoteles demerſus eſt.

Աշխարհ

[1] De Euripo Chalcidico hæc narrat Juſtin. Martyr. in Paræneſi ad Græcos.

Աշխարհ Լիբէացւոց ութն ։

Africæ regiones octo.

30 Առաջինն՝ է որ է՛ Ռինկուրուրա Մօրիտանիայ Տինգանի, տարածի 'ի Սեպտէէ առ հարաւակողմ արևմտեայ Ովկիանոսի ։ Եւ ունի Մօրիտանիայ լերինս վեց, գետս տասն և երեք, ազգս տասն և վեց, և զՊուռնիոն Պեդիոն, որ է հրագոյն դաշտ ։

30 Prima eſt Rhinocorura Mauritania Tingitania, quæ à Septâ ad meridiem verſus ſecundùm occidentis oceanum patet. Continet Mauritania ſex montes, decem & tres amnes, decem & ſex gentes, & *Pyrrhon Pedion*, ut vocatur, quæ voces *rutilum campum* ſonant.

31 Մօրատառնիայի Կիտռայն Իսայն, յեզերց կալով Տիգոնւոյ՝, և տարածանի 'ի հարաւակողմ՝ առ 'ի Շեղղելէօք ։ Եւ ունի գետս տասն և եօթն՝, և փոքր լիճս երեք՝, և լերինս հինգ, և քաղաքս բազումս՝, և գաւառս քսան և հինգ՝ և զպղնձափորանոց երկիրն ։ Լինի 'ի լերինս այսմիկ ընտիր Տինաբառիս, այսինքն է դեղ կարմիր ։

31 Mauritania Cæſarienſis orientalem Tingitaniæ oram attingit; atque à meridie ad Sellenſes extenditur. Amnes habet decem & ſeptem, lacus parvos tres, montes quinque, urbes multas, ac provincias viginti quinque, atque eam porrò regionem, è qua Æs effoditur. Naſcitur in ejus montibus [1] Cinnabaris optima, quod medicamentum rubrum eſt.

32 Ափրիկէ, յեզերց կալով Մօրիտանիոյ առ ծովեզերբն ։ Եւ բաժանի Ափրիկէ յերկուս աշխարհս, և մի այլ առանձնակի, որ Տրապօլիս անուանի ։ Եւ ունի Ափրիկէ լերինս ութն, գետս տասն և ինն, գաւառս քառասուն և մի, լիճս ութն, ծոցս եօթն, կղզիս տասն և վեց, և քաղաքս բազումս, և զԿարկեդոնիայ մայրաքաղաք ։ Լինի յԱփրիկէ բանջար ինչ, Լուտաս անուն, զոր եթէ ոք ուտէ, զհայրենիս մոռանայ ։ Լինի անդ և կարմիր Յակինդ՝ և Ախատ, լինի անդ Սևաթ, բոյս փափուկ 'ի ծովու, որ ելեալ յարևէ յօդ՝ կարծրացեալ քարանայ ։

32 Africa, ſecundùm maris littus poſita, orientales Mauritaniæ fines attingit. Diviſa eſt autem Africa in regiones duas, & unam præterea aliam, quæ, à cæteris ſejuncta, Tripolis appellatur. Sunt in Africâ montes octo, flumina undeviginti, una & quadraginta provinciæ, lacus octo, ſinus ſeptem, inſulæ decem & ſex, urbéſque plurimæ, in quibus Carthago primaria eſt. Gignit autem Africa plantam, nomine [2] Lotum, quam quiſquis comedit, eum patriæ oblivio capit. Ibi etiam naſcuntur Hyacinthus ruber, atque Achates, & Gagates, quæ herba tenera eſt, in mari creſcens, ſed ſoli aëríque expoſita, in duritiem lapideſcit.

33 Կիւռենականն, որ է Պենտապօղիս՝, յեզերց կալով Ափրիկոյ յերի ծովեզեր ։ Եւ ունի Պենտապօլիս՝ գաւառս տասն և հինգ, և գետս երեք, և լիճ մի, և կղզիս երկու, և քաղաքս բազումս՝, և

33 Cyrenaica, ſive Pentapolis, ſecundùm maris litus porrecta, orientales Africæ fines contingit. Habet autem Pentapolis provincias quindecim, flumina tria, lacum unum, inſulas duas,

I

զՀերակ

[1] Το δε Κινναβαρι κομιζεται μεν απο Λιβυης. Dioſcorides, l. V. c. 109.

[2] Vide Plinium in Hiſt. Natural. lib. XIII. c. 17.

զՀերակլեայն լերինս, և զԱնդաբեր երկիրն, և տեղիս ինչ նորակերպս գազանուտն, և զԵրեկորեանկան պարտէզսն, և քարայրս Լակինեցւոց ։

Մարմարականն Լիբիա՝, և ամ Եգիպտոս, յելից կալով Կիւռենական աշխարհին՝, և առ երի ծովեզերն, յարեւմուտ՝ խորշ երկճղի կարմիր ծովուն ։ Եւ ունի Եգիպտոս լերինս տասն և երկու, և գուբս երկու չինուածոյս, և լիճս երեքինքնեղս, և երեք լիճք այլք՝, զորս Նեղոսի վտակքն առնեն ։ Եւ գետ ունի զՆեղոս՝, որ է Գեհոն, ունի և գաւառս քառասուն և մի՝, և քաղաքս բազումս՝, և մայրաքաղաք զմեծն Աղեքսանդրիայ ։ Ունի և կղզիս 'ի Յունաց ծովուն տասն և մի, և 'ի կարմիր ծովուն, երեք, ունի և զաւազուտ, և զանանձրև երկիրն ։ 34

Ենտոս Լիբէ, որ Թարգմանի Ներքսագոյն Լիբէ, յելից կալով արևմտական Ովկիանոսի յ'երի կալով Ափրիկոյ, և սահմանի Ներքսագոյն Եթեօպաւ առ այրեցելով գօտեաւն ։ Եւ ունի ենտոս Լիբէ լերինս ութն, գետս քսան և մէկ՝, լիճս վեց, կղզիս տասն և երեք ։ Եւ Ճարակեն ենտոս Լիբէ՝ ազգք տասն և վեց, լինին և Թզուկք մօտ Ովկիանոսի 'ի սպիտակ լերինն ։ Անցանեն ընդ ենտոս Լիբէիայ և Ռնկեղջերք գազանք յՈվկիանոս, 'ի Նեղոս, ուր Կոկորդիլոս գազանն ։ Եւ այլք գազանք՝ անցանեն ընդ ենտոս Լիբէիա, որք կոչին Նափինթք ․ մարդակերպք են, և գինեսէրք ։ 35

Վերինն Եթեօպիա, յերի կալով ենտոս Լիբէոյ, և վերնոյն Եգիպտոսի առ կարմիր ծովուն, անցանելով զայրեցելով գօտեաւն 'ի հարաւակոյս առ Ներսագոյն Եթեօպացօք, ցնոյն սահման ենտոս Լիբէոյ ։ Եւ ունի Եթեօպիա փոքր աշխարհս երեք, զԲառ- 36

բառնայ,

urbes multas, atque Herculis montes, regionémque, quæ Silphium fert, & loca quædam mirabilium ferarum plena, atque Heſperidum hortos, Laganicorúmque ſpeluncas.

Marmarica Libya cunctáque Ægyptus orientales Cyrenaicæ fines, Oceani litus, Maríſque Rubri bifidi ſinum occidentalem contingit. Sunt autem in Ægypto montes duodecim, foſſæ duæ arte factæ, lacus tres anguſti, itémque tres alii, quos Nili fluenta efficiunt. Flumen habet Nilum, qui eſt Gehon; provincias unam & quadraginta, urbéſque multas, quarum caput Alexandria magna eſt. Sunt etiam inſulæ undecim in Græco mari, in Mari Rubro tres, quæ Ægypto attributæ ſunt, & præterea [1] arenoſa atque arida regio.

Libya interior ad orientalem occidentalis Oceani oram ſita eſt, Africámque contingit, atque Æthiopiâ inferiore apud Zonam fervidam clauditur. Complectitur Libya interior octo montes, unum & viginti fluvios, ſex lacus, inſuláſque tredecim. Libyam interiorem gentes decem & ſex incolunt, & prope oceanum apud montem album ſunt Pygmæi. Porro Libyam interiorem pervaganturRhinocerotes ad Oceanum & Nilum, in quo Crocodilus animal gignitur. Item aliæ feræ per Libyam interiorem vagantur, quæ appellantur Naphinthi; formam eæ hominis gerunt, vinúmque concupiſcunt.

Æthiopia ſuperior Libyam interiorem, Ægyptumque ſuperiorem apud Mare Rubrum contingit, atque à meridie per torridam Zonam juxta Æthiopas inferiores tranſit, uſque ad eoſdem interioris Libyæ fines. Continet Æthiopia regiones minores

[1] Appellatur à Ptolemæo ἡ διαμμος καὶ ἀβροχος χώρα. Ptol. Geogr. IV, 5.

բառնայ՝, և զԱզանիայ՝, և զԱռմօլօդս յերիկէ՝, և գաւառս ազգաց երեսուն և վեց, ունի և գետս երեք, և լերինս տասն, ունի և կղզիս յԱրաբացւոց ծոցին քսան և հինգ․ և ունի զԸմռնաբեր երկիր, և զԽնկաբեր՝, և զԿինամոմնաբեր գաւառսն ։

37 Ներքին Եթեօպիայ սկսանի յարևմտական անծանօթ երկրէ՝, յերի կալով Ովկիանոսի՝, և ընդ Լիբիոյ, և 'ի հարաւոյ, սահմանի անծանօթ երկրաւ ։ Առ որով բնակեալք են Երեկորնականքն Եթեօպայեցիք 'ի հարաւոյ այրեցելոյ գօտւոյ կողմանէ, մերկք, վիշապամարտք ։ Եւ յերի նզ ըստ հիւսիսոյ, առ Ովկիանոսիւ, ձկնակեր Եթեօպացիքն, յորում կենդանի ինչ, Տուբուս անուն՝, ոչխարանման՝, երկակենցաղ, և ձկնակեր ։ Առ որով Սթակէնք Եթեօպացիք, յորում առիւծաշուն գազանն ։ Որոյ ըստ հիւսիսոյ յերի եղջերք Եթեօպացիք․ յորում կենդանի ինչ, նման Ձանալուղթոյ, մարդամարտոն, և անուշահոտ ։ Առ որով Դերպիկէ, և Դերմոնայք, յորում աղծառասէրք՝ մարդամարտք՝ ընձուղտք ։ Որոց 'ի հարաւոյ մինչև ցՆեղոս, աշխարհ մի Եթեօպացւոց՝, յորում Փիղք սպիտակք, Եղջերակնճիթք, և Վագերք․ յորոց յարևելից լերինն՝, յորում Վագերաձիք, և Այծամարդք, և Ինձք գեղեցկախայտուցք ։ Եւ սոցա 'ի հարաւոյ, աշխարհ մի առ անծանօթ երկրաւ, յորում է գազան ինչ, կանացի ունելով զգլուխ, և ձեռս՝, և զանձն չորստտանի․ այլ մարդակերպ ինչ մերկ գազան, շանակնճիթ՝, և մեծականջ՝, ագւոր, ոպ զառիւծակապիկ ։ Որոց յելից՝ բարձրագագաթունք Եթեօպացիք, և այլք մինչև ցԼուսնի լեառն, յորում լինին Քօշք սպիտակք՝, զօրաւորք, և բռնաւորք․ որոց յելից կուսէ, Գաբսացիք՝, և 'ի ներքոյ սոցա մարդակեր Եթեօպացիք, յորում գազան ինչ հրաշունչ, վարազանման, և Սա-

tres, Barbarniam, Azaniam atque Armolodiam, provincias gentium triginta ſex, flumína tria, montes decem, atque inſulas in Arabico ſinu viginti quinque; ac regiones præterea, quæ Myrrham, Thus, & Cinamomum ferunt.

37 Æthiopia inferior, oceano atque interiori Libyæ finitima, initium capit ab occidentali terrâ ignotâ, atque à meridie incognitâ etiam terrâ continetur. Eam tenent Æthiopes Heſperii, ab auſtrali fervidæ Zonæ parte, nudi, draconibus infenſi. Inde ſeptentrionem verſus juxta oceanum proximi his Æthiopes. Ichthyophagi ſunt, apud quos eſt animal quoddam nomine Tubus, ovis ſimile, longævum, piſcibus vivens. His propinqui Æthiopes Sthaceni ſunt, apud quos eſt fera quædam, inter leonem & canem. Hinc ad ſeptentriones, Æthiopes cornuti habitant; apud quos eſt animal, Camelopardali ſimile, hominibus infenſum, ſuavem odorem expirans. Juxta has Derbici ac Dermones habitant, ubi inveniuntur Camelopardales, hominibus infeſti atque inimici. Inde à meridie uſque ad Nilum ſita eſt Æthiopum regio iſta, in quâ reperiuntur Elephantes albi, Rhinocerotes, Tigréſque; atque ab orientis partibus mons eſt, quem Equi tigrini, Satyri, & Pardi pulchrè maculoſi tenent. Hinc ad meridiem verſus juxta incognitam terram regio jacet, in quâ eſt fera quædam, quæ, muliebre caput, manus, formámque quadrupedis habet; itémque fera quædam alia, ad figuram hominis accedens, ſed nuda, caninis naribus, auribus maximis, longâque caudâ, quaſi leonis ac ſimiæ ſpeciem gerens. Hinc ad ſolis ortum, Æthiopes proceri alíique habitant, uſque ad Lunæ montem, in quo Hirci albi, robuſti validíque com-

ղամանդր գազան՝, որնման է կովի դիեցի, անցանէ ընդ հուր՝, և չիջուցանէ զնա ։

Աշխարհ ընդ հանուր Ասիացւոց ։

Առաջին բաժին երկրի ընդ հանուր Ասիա է, և ունի կողմունս, և նախ զկողմն Միջերկրայս՝, որք մտանեն ընդ մէջ Յունաց ծովուն, և Պոնտոսի ։

Բիւթանիայ, յեկից կալով Թագաւորական քաղաքին Կոստանդինուպօլսի, և ունի Բիւթանիայ՝ լերինս՝, և գետս՝, և լիճս՝, և կղզիս, ունի և մայրաքաղաքս մեծամեծս երեք, զՆիկիայ, ըզՔաղկեդոն, զՆիկոմիդայ, որք ունին ընդ ինքեանս քաղաքս տասն և երեք, և զգիւղաքաղաքս ծովեզերայս՝, և վաճառատեղիս ։ Լինի և ՚ի Բիւթանիայ հող սպիտակ՝, զոր մանրաղացեալ, և ցանեալ ՚ի քանդուկս իմր ցորենոյ, ճճի ոչ ուտէ ։

Միւսիայ՝, որ կոչի Ելիսպոնտոս, առ երի կալով Բիւթանիոյ, և ունի Միւսիայ՝ լերինս երեք՝, գետս հինգ, կղզիս երկու, քաղաքս քառասուն և մէկ, և մայրաքաղաք ծովեզերայ զԿիզիկոն՝, յորում տաճարն է Ած անուանեալ Հրաշից ։

Ասիա առանձնակի, յերի կալով Միւսիոյ առ ծովուն, և ունի Ասիա, փոքր աշխարհս չորս, զԼիդիայ, զԵւոլիս, զՅոյնս, զԿաթիայ ։ Ունի Ասիա լերինս եօթն՝, կղզիս տասն, գետս եօթն՝, քաղաքս տասն և հինգ, և մայրաքաղաք զԵփեսոս՝, և այլ ևս վեց ։ Եւ լինի յԱսիայ Մաստաքէ, ՚ի Խժէ ծառոց ։

parent; unde ad orientem ſolem Gabſantes atque infra hos Æthiopes Anthropophagi habitant, apud quos fera quædam eſt, ſimilitudine Apri, ignem expirans; itémque Salamandra beſtia lacertæ ſimilis, quæ ignem, dum per eum tranſit, reſtinguit.

Regiones Aſiæ univerſæ.

38 Inter orbis univerſi partes Aſia primas tenet, quæ in multas regiones diviſa eſt, quarum princeps eſt regio Mediterranea, quæ inter maria Græcum ac Ponticum interjecta eſt.

39 Bithynia ab urbe regiâ Conſtantinopoli orientem verſus proximè abeſt, continétque Bithynia montes, fluvios, lacus, inſulas, urbéſque maximas tres, Nicæam, Chalcedonem, ac Nicomediam, ſub quibus urbes tredecim, maritimáque oppida, atque emporia ſubjecta ſunt. Eſt autem in Bithyniâ [1] terra quædam alba, quæ contrita atque in frumentum ſparſa, id à vermium roſione defendit.

40 Myſia, quæ & Helleſpontus appellatur, Bithyniæ finitima eſt, & complectitur Myſia montes tres, amnes quinque, inſulas duas, urbéſque unam & quadraginta, quarum præcipua eſt Cyzicus urbs maritima, in qua eſt templum Deæ, quæ [2] Rhea nuncupatur.

41 Aſia propriè dicta, ſecundum mare ſita, confinis Myſiæ eſt, habétque Aſia regiones minores quatuor, Lydiam, Æolidem, Ioniam, & Cariam. Sunt in Aſiâ montes ſeptem, inſulæ decem, fluvii ſeptem, urbéſque quindecim, quarum caput Epheſus eſt, itémque ſex aliæ. Naſcitur autem in Aſiâ Maſtiche, quæ ex arbore Lentiſco fluit.

Լիկիայ,

[1] Eandem naturam terræ Chalcidicæ attribuit Strabo: Ποιει δε τον σιτον ασηπτον ἡ Χαλκιδικη γη. Geograph. L. XII. p. 575.

[2] Rheæ, Deûm matris, ſimulachrum in monte Dindymo, qui oppido Cyzico imminet, olim conſtitutum fuiſſe tradit Zoſimus, Hiſtor. lib. II.

42 Լիկիայ, յելից կալով Ասիոյ, և ունի Լիկիայ լերինս երկու, գետս երեք, կղզիս հինգ, քաղաքս երիս, և մայրաքաղաք զՄիւռնիայ։ Եւ լինի Լիկիայ խունկ զիւզգին և մեղատէ, 'ի ծառոյ ծորելոյ, ո՟պ զխիժ, լոյծ, ո՟պ մեղր, կամ ո՟պ մրուր։

Lycia, orientem verſus pergentibus, ab Aſiâ proxima eſt, contingitque Lyciа duos montes, tria flumina, quinque inſulas, tres urbes, quarum prima Myra eſt. Gignit autem Lycia reſinam aromaticam, ex arbore fluentem, velut gummi, liquidam, velut mel, aut vini fœces.

43 Փռիւգիայ, յելից կալով առանձնական Ասիոյ, յերի Լիկիոյ, և ունի յինքեան Փռիւգիա աշխարհս երիս, զՊիսիդիայ, որ ունի մայրաքաղաք զԱնտիոքիայ, ուր ասեն շինեալ զտապանն Նոյի, և այլ քաղաք քսան և վեց․ Նա և յորոց մայրաքաղաք Լաւոդիկայ, և այլք քաղաքք քառասուն, և աշխարհք երեք․ Մաղուսալիայ, որոյ մայրաքաղաք Սիդոնիա, և այլ քաղաքք երեսունք։ Եւ ունի լեառն զԴիդիմոն, և գետս հինգ, և լիճս տասն և չորս, և դաշտս մեծամեծս։

Phrygia orientales Aſiæ propriæ fines atque Lyciam attingit, & regiones tres Phrygia complectitur, Piſidiam, cujus caput Antiochia eſt, ubi Noæ arcam conſtructam fuiſſe tradunt, urbéſque alias viginti ſex: Eam deinde regionem, cujus Laodicea caput eſt, quæque urbes alias quadraginta, provinciáſque tres habet; Maluſaliam denique, quæ urbem primariam [1] Sidoniam, & triginta alias urbes habet. Complectitur præterea montem Dindymum, amnes quinque, lacus quatuordecim, campóſque patentiſſimos.

44 Ոնորիա, յելից կալով Բիւթանիոյ, և առ երի Փռիւգիոյ, մինչև ցՊոնտոսի ծովն։ Եւ ունի Ոնորայ մայրաքաղաքս զԿղօդիուպօլիս, ընդ որով այլ քաղաքք հինգ։ Եւ գետ ունի զՊարթենիոս զերեք վտակեան, յայսմ աղբեր երդնուին դևք վա՟ աչափ ցրտութեն։

Honoria orientali Bithyniæ parti ac Phrygiæ continens eſt, atque ad Ponticum mare pertinet. Honoriæ caput Claudiopolis eſt, ſub quâ urbes aliæ ſeptem ſubjiciuntur. Flumen ibi eſt Parthenius, quod tres rivos habet, per cujus fontem Dii jurant propter frigus ejus immane.

45 Փեղղագոնիայ, յելից կալով Ոնորիոյ աշխարհին, որ է 'ի ծովուն Պոնտոսի։ Ունի գետս երկու, և մայրաքաղաք զԳերմանուպօլիս, որոյ բերդն Գանգր, և քաղաքս հինգ, և բերդս տասն և մի, գաւառս վաթսուն և մէկ։

Paphlagonia Bithyniæ fines, qui ad orientem ſpectant, contingit, propter Ponticum mare porrecta. Habet amnes duos, Germanopolim regionis caput, & caſtellum Gangram, prætereáque urbes quinque, caſtella undecim, ac provincias unam & ſexaginta.

46 Գաղատիայ առաջինն, յելից կալով Փռիւգիոյ, և առ երի Պամփիղագոնիոյ։ Եւ լեառն ունի զերկրորդ Ոիդիմոն, և գետ Ջինոն, որ յառաջասացեալ աշխարհս թափի։

Galatia prima, dum ad ortum ſolis itur, à Phrygiâ proximè abeſt, Pamphyliæque finitima etiam eſt. Montem habet Dindymum alterum, & flumen Zinonum, quod per regiones ſuprà memoratas fluit.

Գա‿

[1] Corrige *Synnadam*, quæ urbs Phrygiæ inclyta fuit; ſed pro *Maluſaliâ*, quæ vox corrupta videtur, quid reſcribendum ſit parum liquet.

47 Գաղատիայ երկրորդ, յելից կալով Փռիւգիոյ, և առ երի առաջնոյ Գաղատիոյ, մինչև 'ի Պամփիւլիայ ։ Ունի լերինս, և գետս մանունս, որք յառաջասացեալ գետն անկանին, և որք զլիճս առնեն ։

48 Պամփիւլիայ, յելից կալով Լիկիոյ, և առ երի Գաղմատիոյ ։ Ունի յինքեան աշխարհս փոքունս հինգ, և լեառն մէկ, գետս երեք, և կղզիս երկու, և քաղաքս ։ Լինի 'ի սմա խունկ Ստիւռակիթոյ, 'ի փորոյ կերածոյ ճիճոյ ։

49 Սօրիայ, յելից կալով Պամփիւլիոյ, առ երի ծովուն, հանդէպ Կիպրոս կղզւոյ ։ Եւ ունի լեառն զՏօրոս, և գետս զՈւրիմագոս ։ Եւ է 'ի նմա մայրաքաղաք Սելևկիա, և այլք քաղաքք քառան և չորս ։ Եւ լինի յաշխարհիս յայսմիկ խունկ դիւրակոճոպս Ոպոգոմփիտ, Կաղամբի, ամենեքեան 'ի ծառոյ, ծորելոյ 'ի ճճոյ միոյ կերոմածոյ ։

50 Լիկոնիա, յելից կալով Գաղատիոյ, և առ երի Սօրիոյ, ունելով զտարածումն իւր 'ի դաշտս ընդարձակս, և զնոյն գետ, և լերինս փոքունս, և լիճս երեք ։

13. Եւ [5] ոչ բնաւ զմարդն ստեղծեալ [6] ասեն [7] յԱյ.

9. Αλλ' εισιν οἱ λογοι αυτων πλανοι, λεγουσι γαρ ουτως·
10. Ὁτι ου δει τους προφητας αναγινωσκειν.
11. Ουδε τον Θεον λεγουσι παντοκρατορα.
12. Ουδε την αναστασιν λεγουσι της σαρκος.
13. Ουδε τον ανθρωπον ουδαμως κτισθεντα λεγουσιν ὑπο του θεου.

9. At ſunt verba eorum erronea; dicunt enim ſic;
10. Non oportere Prophetas legere;
11. Neque Deum dicunt Omnipotentem;
12. Neque reſurrectionem dicunt carnis;
13. Neque omnino hominem creatum dicunt à Deo.

14. Եւ

[4] MS. Haleb. մարգարէս.
[5] Edit. Wilkins. ոչ զմարդն բնաւ.
[6] MS. Haleb. omittit ասեն *dicunt.*
[7] Edit. Wilk. Այ.

V. 9. Πλανοι] Nec vox Græca πλανος, nec Latina *erroneus* ſatis accuratè pro verâ eorum notione hîc à nobis poſitæ videntur; ſed nihil melius ſuccurrebat, niſi ab Armeniacis longiùs recedere vellemus.

V. 10. Ὁτι ου δει τους προφητας αναγινωσκειν] Hoc fuiſſe Simonianorum dogma ſatis conſtat; an verò Legis etiam Moſaicæ auctoritatem abjecerint, quæ proinde opinio disjungi & quaſi excludi non debuit, non ita certum eſt, quamvis teſtimoniorum momenta in eam partem propendere videantur. Scriptor *Conſtitut. Apoſtol.* de Simone Mago, cæteriſque priſcis Hæreticis generatim agens, hunc eis errorem adſcribit; Νομῳ και προφηταις μη χρησθαι. vi. 10. Διαβαλλοντες — νομον, προφητας, vi. 16. Ου γαρ ηλθε καταλυσαι τον νομον, ὡς Σιμων δοξαζει, αλλ' επληρωσε, vi. 19. Διο και νομος λεγεται, — ὃν οἱ περι Σιμωνα φαυλιζουσιν, vi. 20. Απεχεσθε ουν αἱρεσιωτων παντων, — των φαυλιζοντων τον νομον και τους προφητας, vi. 26. Εαν τις ὁμολογῃ Χριστον Ιησουν Κυριον, αρνηται δε τον Θεον του νομου και των προφητων, — εστιν ὁ τοιουτος Σιμωνος του Μαγου, αλλ' ου του ἁγιου πνευματος μαθητης. *Ignat. ad Philadelph.* §. 6. *Prophetas autem à Mundi fabricatoribus Angelis inſpiratos dixiſſe Prophetias; quapropter nec ulteriùs curarent eos hi, qui in eum* [Simonem] & *in Helenam ejus ſpem habeant. Iren. adv. Hæreſ.* i. 20. *Et Simon ait, ex lege Judæorum ſolâ adſertiones adhibebo. In omnibus enim, qui religionis curam gerunt, manifeſtum eſt totius eſſe auctoritatis hanc legem. Recognit. Clement.* ii 39. Σιμων — τα δε του νομου ιδιᾳ προφητειᾳ αλληγορει. *Clementin. Homil.* ii. 22. *Clement. Epitom.* §. 25. Μη ειναι δε τον νομον Θεου, αλλ' αριστερας δυναμεως [Σιμων] εφασκε, μητε προφητας εξ αγαθου Θεου ὑπαρχειν, αλλ' ἑτερας και ἑτερας δυναμεως, και ὡς βουλεται ἑκαστῳ ὁριζεται. Τον μεν νομον τινος, Δαβιδ δε αλλης. — Και ἑκαστον τινα των προφητων μιᾳ αρχῃ ανατιθεται. — Παντα δε τον πιστευοντα τῃ παλαιᾳ διαθηκῃ θανατον ὑπεχειν. *Epiphan. Hæreſ.* xxi. 4. *Dixerat enim* [Simon] *ſe in monte Sinâ legem Moyſi in Patris perſonâ dediſſe Judæis. Auguſtin. de Hæreſ.* §. 1.

V. 11. Ουδε τον Θεον λεγουσι παντοκρατορα.] Σιμων — λεγων ειναι τινα ἑαυτον μεγαν, *Act. Apoſt.* viii. 9. Τον μεν παντοκρατορα Θεον βλασφημειν. *Conſtitut. Apoſt.* vi. 10. Θεῳ γαρ παντοκρατορι εχθραινοντες απειθουσι, vi. 26. — Μαγῳ Σιμωνι, ὃν Θεον ὑπερανω πασης αρχης, και εξουσιας και δυναμεως ειναι λεγουσι. *Juſt. Mart. Dial. cum Tryph.* p. 349. *Eſſe autem ſe* [Simonem] *ſublimiſſimam virtutem, hoc eſt, eum qui ſit ſuper omnia Pater. Iren. adv. Hæreſ.* i. 20. *Simone Mago primò dicente ſemetipſum eſſe ſuper omnia Deum.* ii. 9. *Simon — gloriæ cupidus, — ita ut excelſam virtutem, quæ ſupra Creatorem Deum ſit, credi ſe velit. Recognit. Clem.* ii. 7, 12. Confer etiam, ſi tamen tanti ſit, *Catalogum Hæreticorum Scriptoris ignoti apud Tertull. de Præſcript.* §. 46. *Epiph. Hæreſ.* xxi. 1. *Auguſtin. de Hæreſ.* §. 1.

Ver. 12. Ουδε την αναστασιν λεγουσι της σαρκος.] Αναστασιν μη πιστευειν, *Conſ. Apoſt.* vi. 10. Την αναστασιν αγνοουσι, vi. 26. Και ουτε Θεον τον κτισαντα τον κοσμον ανωτατον ειναι λεγει [Σιμων,] ου νεκρους εγειρεσθαι πιστευει, *Clement Homil.* ii. 22. *Clement. Epitom.* §. 25. *Negabat etiam* [Simon] *carnis reſurrectionem. Auguſtin de Hæreſ.* §. 1. Cæterùm quum Paulus Apoſtolus in primâ ſuâ, quam vocamus, ad Corinthios epiſtolâ de reſurrectione carnis tam copiosè agat, ut nequaquam opus eſſet Corinthiis ſententiam ejus de eâ re iterum exquirere, inde quidem ſequitur, has literas, ſi in ſinceris ponendæ ſunt, ante eam Pauli Epiſtolam ſcriptas eſſe exiſtimari debere; quod idem alia præterea indicia commonſtrant.

V. 13. Ουδε τον ανθρωπον ουδαμως κτισθεντα λεγουσιν ὑπο του Θεου.] Nihil omnino cauſæ apparet, quare hoc dogma ab eo ſejungatur, quod infrà,

v. 15,

14. Եւ ոչ 'ի կուսէն Մարիամայ ծնեալ ասեն զՅս Քս մարմնով.

15. Եւ ոչ զաշխարհս արարած ասեն [8] Այ, այլ հրեշտակաց ուրումն.

16. Արդ եղբայր փոյթ [9] յ'անձին կալջիր հասանել առ մեզ.

17. Զի առանց գայթակղութե [10] կայցէ քաղաքս Կորնթացւոց,

18. Եւ նոցա յիմարութիւն [11] յայտ յանդիմանութե ամենեցուն խայտառակեալ մերժեսցի. Ողջ լեր 'ի Տր.

14. Ουδε εκ της παρθενε Μαριας γεγεννημενον λεγεσιν Ιησεν Χριςον εν σαρκι.

15. Ουδε τον κοσμον κτισμα λεγεσι τε θεε, αλλα τινος των Αγγελων.

16. Συ μεν εν, αδελφε, σπεδασον ελθειν προς ἡμας.

17. Ἱνα απροσκοπος μενῃ ἡ Κορινθιων πολις,

18. Και ἡ ανοια αυτων δια φανερε απελεγμε πασι παραδειγματισθεισα απωσθῃ. Ερρωσο εν Κυριῳ.

14. Neque ex Virgine Mariâ natum dicunt Jeſum Chriſtum carne.

15. Neque mundum creaturam dicunt Dei, ſed angelorum alicujus.

16. Itaque, Frater, da operam, ut venias ad nos.

17. Ut ſine ſcandalo maneat civitas Corinthiorum.

18. Et eorum ſtultitia manifeſtâ refutatione omnium opprobrio expoſita expellatur. Vale in Domino.

Առին

[8] MS. Haleb. յ'Այ

[9] MS. H. անձին.

[10] MS. H. կացցէ.

[11] MS. H. յայս.

v. 15, indicatur; quippe quum Hæretici Simoniani, tum hominem, tum mundum ab Angelis conditum fuiſſe traderent. Οἱ δε Αγγελοι τον κοσμον εκτισαν, και τες ανθρωπες. *Epiphan. Hæreſ.* xxi. 2.

V. 14. Ουδε εκ της παρθενε Μαριας γεγεννημενον λεγεσιν Ιησεν Χριςον εν σαρκι] Και παν πνευμα, ὁ μη ὁμολογει τον Ιησεν Χριςον εν σαρκι εληλυθοτα, εκ τε Θεε εκ εςι. 1 *Joh.* iv. 3. Αρνενται γαρ και την κατα σαρκα αυτε γεννησιν. *Conſt. Apoſt.* vi. 26. Ενθεν γαρ οἱ περι Κηρινθον και Εβιωνα ψιλον τον ανθρωπον κατεχον, και Μηρινθον και Κλεοβιον, ειτεν Κλεοβελον *Epiphan. Hæreſ.* li. 6. Confer etiam, ſi lubet, *Conſt. Apoſt.* vi. 6. *Ignat. ad Philadelph.* §. 6. *Iren. adv. Hæreſ.* i. 24, 25. *Tertull. de Præſcript.* §. 48. *Epiphan. Hæreſ.* xxvii. 2. xxviii. 1. *Auguſtin. de Hæreſ.* §. 7, 8, 10. Ex quibus locis veriſimile fit, hunc de Incarnatione Chriſti errorem recentioribus potiùs Hæreticis attribuendum eſſe, quum contrà Simon Magus ſeipſum, ut Chriſtum, venditaret. [Simon] *docuit ſemetipſum eſſe, qui inter Judæos quidem quaſi Filius apparuerit, in Samaria autem quaſi Pater deſcenderit, in reliquis verò gentibus quaſi Spiritus Sanctus adventaverit. Iren.* i. 20. *Ut & in hominibus homo appareret ipſe, cùm non eſſet homo. & paſſum autem in Judæa putatum, cùm non eſſet paſſus. Ibid. Se* [Simonem] *in Phantaſmate Dei non paſſum, ſed eſſe quaſi paſſum.* apud *Tertull. de Præſcript.* §. 46. Αντι τε οντως Χριςε ἡμων ἑαυτον [Σιμων] αναγορευει *Clementin. Homil.* ii. 22. *Epitom.* §. 25 Τον πατερα δε ελεγεν [Σιμων] ἑαυτον τοις Σαμαρειταις, Ιεδαιοις δε ελεγεν ἑαυτον ειναι τον ὑιον, παθοντα δε μη πεπονθεναι, αλλα δοκησει μονον. *Epiphan. Hæreſ.* xxi. 1. *Aſſerebat* [Simon] *ſe eſſe Chriſtum.—Tempore Tiberii in filii perſona putativè apparuiſſe; — Chriſtum autem nec veniſſe, nec à Judæis quicquam pertuliſſe. Auguſtin. de Hæreſ.* §. 1. Qui autem totum ipſum Chriſtum ſpecie tantùm apparuiſſe docuit, vix diſputârit an è Virgine natus eſſet. Vide etiam Epiſt. inſequent. *v.* 5. & 24. cum not.

V. 15. Ουδε τον κοσμον κτισμα λεγεσι τε Θεε, αλλα τινος των Αγγελων.] Διαβαλλοντες δημιεργιαν. *Conſt. Apoſt.* vi. 16. — *Angelos, à quibus & mundum hunc factum* [Simon] *dixit. Iren.* i. 20. *Mundum autem ab Angelis ſuis inſtitutum.* apud Tertull. de Præſcript. §. 46. Δι ἧς τες Αγγελες εκτισε. Οἱ δε Αγγελοι τον κοσμον εκτισαν και τες ανθρωπες. — Το ὑπ' Αγγελων τον κοσμον εν ἐλαττωματι γεγενησθαι. *Epiphan. Hæreſ.* xxi. 2, & 4. Et ſic quidem teſtimonia excerpſimus, quæ ad has Hæreticas opiniones præcipuè attinent, Lectorem tamen cùm hîc tum alibi ſemper monentes, ut ea ex ipſis fontibus potiùs hauriat quàm noſtros rivulos conſectetur, ſi ſimplicem ſincerámque veritatem ſuis ipſius oculis, non autem alienis, perſpicere velit. Hoc quidem, in ſummâ, ſatis patet, hæc falſa dogmata, quæ Simonianis Corinthii adſcribunt, ab Hæreticis nonnullis his ferè priſcis temporibus tradita fuiſſe; utrùm verò ea omnia Simon ipſe atq; Cleobius edocuerint, illud profectò dubitationem habet.

V. 18. Δια φανερε απελεγμε πασι παραδειγματισθεισα] Quare, tantiſper dum Paulo Corinthum adire liceret, reſponſum ejus in publicum proponi omnino oportebat.

[12] Առին տարան Թուղթն յսարկաւա-գունքն ՚ի քաղաքն Փիւ-նիկեցւոց Թրեպոս և Տե-քոս։ Իբրև առեալ Պօ-ղոսի զԹուղթն, Թէպէտ և ինքն ՚ի կապանս էր վասն Ոնոտիկեայ Ապո-ղոփանի կնոջն, իբրև մոռացեալ նմա զկա-պանսն, և սուգ առեալ վասն բանիցն զոր լուաւ, և ասէր լալով, լաւ էր ինձ յառաջագոյն վախ-

Παρελαβοντες εφερον την επιϛολην οι διακονοι εις πολιν Φοινικης, Θρεπος και Τεχος. Δεξαμενος δε ὁ Παυλος την επιϛολην, καιπερ αυτος εν δεσμοις ων δια Ονοτικην την τȣ Απολλοφανȣς γυναικα, ως επιλαθομενος των δεσμων, επενθει επι τοις λογοις, ȣς ηκȣσε, και εφη κλαιων, κρεισσον ην εμοι προτερον τεθνηκεναι, και συν τῳ κυριῳ ειναι. Εν τȣτῳ γαρ τῳ σωματι ων, και τȣς τοιȣτȣς λογȣς δυϛυ-

Acceperunt & tulerunt hanc Epiſtolam Diaconi in oppidum Phœnices, Threpus & Techus. Quum accepiſſet Paulus epiſtolam, quanquam ipſe in vinculis erat propter Onoticen Apollophanis uxorem, quaſi oblitus eſt vinculorum, & luxit propter verba, quæ audiverat, dixítque flens, melius fuiſſet mihi priùs mortuum eſſe, & cum Domino fuiſſe; nam dum in

ճանել-

[12] Editio Wilkinſii totâ hac Appendiculâ Hiſtoricâ caret.

Παρελαβοντες δε κ. τ. λ.] Non ſolent nebulones fradulenti, id quod ingenuè confitendum eſt, minutias rerum tam ſubtiliter perſequi, quàm in hac Appendiculâ Hiſtoricâ exponuntur; ne iſtiuſmodi indiciis ſua ipſorum commenta vanitatis convincerentur; ſed videamus tamen, nunquid hinc colligi poſſit, quod ad harum literarum auctoritatem vel confirmandam vel refellendam pertineat, Jam ſuprà monuimus, has Epiſtolas, ſi probæ ac germanæ eſſe ponantur, conſcriptas videri, poſt id temporis, quàm Paulus Apoſtolus Evangelium Corinthi prædicârat, & antea tamen, quàm primam, ut appellatur, ad Corinthios Epiſtolam miſerat; quod quidem temporis intervallum ſatis anguſtis finibus continetur, quum haud plus triennio aut, ad ſummum, quadriennio inter has res interjectum fuiſſe videatur; quo etiam ipſo intervallo Paulum Apoſtolum in Phœnice adſuiſſe ex Actis Apoſtolicis cognoſcere licet. Quippe Paulus, Athenis digreſſus, Corinthum primò advenit, circiter annum à Chriſto nato quinquageſimum ſecundum, *Act. Apoſtol.* xviii. 1, ubi annum unum & ſex menſes, *v.* 11, aut forte plus etiam eo, *v.* 18, commoratus, dum illinc in Syriam navigabat, Epheſum pervenit, *v.* 19, anno circiter Chriſti *liv*; & mox inde Cæſaream profectus eſt, *v.* 22, unde aſcendit, & ſalutatâ eccleſiâ *Hieroſolymitanâ*, *v.* 21, Antiochiam degreſſus eſt, *v.* 22; atque ibi aliquandiu commoratus, facto poſtea per Galatiam, ac Phrygiam, atque ſuperiores regiones itinere, Epheſum rediit, *Act.* xix. 1, circiter annum Chriſti liv, vel lv, ibique per biennium manſit, *v.* 10, eóque temporis intervallo, priorem ad Corinthios epiſtolam ſcripſit, anno ferè Chriſti lvii; quemadmodum ex compluribus indiciis apparet. Jam verò Paulus, quum ab Hieroſolymis Antiochiam petere contenderet, vix aliter facere potuit, quin per Phœnicen penè cunctam proficiſceretur, *Act.* xv. 3. quod iter habitum eſt circiter annum Chriſti liv, poſt ſextum ferè menſem, quàm Corintho diſceſſit; in quo ipſo itinere Paulum in vincula conjectum fuiſſe, eáſque res contigiſſe, quas hæc Appendicula narrat, is ſibi facilè perſuaſurus eſt, qui has literas in Commentitiis reponere nolit; quanquam S. Lucas hoc Pauli iter, quaſi properatum, neque interruptum eſſet, tam conciſâ verborum brevitate exponit, ut ex ejus ſilentio adverſarius pertinax contraria argumenta ducturus videatur.

Εις πολιν Φοινικης.] Quiſquis hanc Appendiculam adpoſuit, nomen oppidi, ita uti opinari decet, haud difficulter adjicere potuiſſet; nec ingratum foret, ſi etiam voluiſſet.

Θρεπος και Τεχος.] Sic in Armeniacis totidem ipſis literis hæc nomina ſcripta ſunt, nec ſatis cauſæ eſt, cur *Tertium* & *Tychicum* in eorum locum ſubjiciamus. Nomen quidem Τεχος paululum admodum à Τυχικος diſtat; atqui *Tychicus Aſianus*, non *Corinthius* fuiſſe videtur. *Act.* xx. 4. Sanè *Tertium* Corinthi incolam fuiſſe libentèr concedimus, quum ejus manu uſus ſit Paulus in Epiſtolâ ad Romanos conſcribendâ, quam à Corintho Romam miſſam eſſe liquet. *Rom.* xvi. 22. At Θρεπος à Τερτιος longiùs recedit.

Εν δεσμοις.] 2 Cor. xi. 23.

Κλαιων.] Philipp. iii. 18.

Κρεισσον.] Philipp. i. 23.

ջանել, և ընդ Տն էր. քանզի աստէն նովին մարմնովս եմ, և այսպիսի բանս աղէտից լսեմ[13] զ- վարդապետութէ, տրտ- մութիւն 'ի վերայ տրտ- մութէ հասանէ աւա- դիկ, և յ'այդչափ տա- րակուսանաց վերայ 'ի կապանս և տեսանել զայդ աղէտս, ընթանալ մեքենայից Սատանայի. և այսպէս բազումչար- չարանօք առնէր Պօղոս թղթոյն պատասխանի.

χεις ακȣων τȣς περι της διδασκαλιας, ιδȣ λυπη επι λυπη επερχεται, και τοσαυτη αποεια επιγινεται τοις δεσμοις εν τῳ ιδειν ταυτην την δυςυχιαν, και τον δρομον των μηχανων τȣ Σατανα. Και ȣ̔τως εν πολλοις παθημασιν εποιειτο ὁ Παυλος την τη επιςολη αποκρισιν.

hoc corpore ſum, & talia verba infauſta audio de doctrinâ, en mœror ſuper mœrorem pervenit; & tanta ſollicitudo accedit ad vincula, quum videam hanc calamitatem & curſum machinationum Satanæ. Atque ita multâ afflictione fecit Paulus Epiſtolæ reſponſum.

[13] Scribe զվարդապետութէ.

Λυπη επι λυπη] Philipp. ii. 27.

[1] Թուղթ Պօղոսի առ Կորնթացիսն.

Ἡ τȣ Παυλȣ προς τȣς Κορινθιȣς Επιςολη.

Epiſtola Pauli Ad Corinthios.

1\. Պօղոս կապանաւոր Յսի Քսի առ եղբարս Կորնթացիս 'ի բազում խոցելոյ[2] վրի- պակէս ողջոյն.

1\. ΠΑυλος δεσμιος Ιησȣ Χριςȣ τοις αδελφοις τοις Κορινθιοις τοις εκ τȣ πολυ κατανυττεσθαι ελαυνομενοις, χαιρειν.

1\. PAULUS vinctus Jeſu Chriſti Fratribus Corinthiis variis compunctionibus exagitatis ſalutem. 2. Եւ

[1] MS. Haleb. Պօղոսի թուղթ 'ի բանտէ առ Կորընթացոց ընթերցմունք. *Pauli Epiſtola ex Carcere ad Corinthiorum lectionem.* [2] Edit. Wilk. վրի- պակ էս,

℣. 1. Δεσμιος.] *Epheſ.* iii. 1. *Philem.* 1. 2 *Cor.* xi. 23. *Clem. Epiſt. ad Cor.* §. 5.

Τοις εκ τȣ πολυ κατανυττεσθαι ελαυνομενοις.] Vix ſperare debemus hanc locutionem ab legentibus intellectum iri, quam ipſi parum intelligimus. *Cl. La-Crozius* pro voce Armeniacâ վրիպակէս, vel, ſicut in altero Codice ſcribitur, վրիպակ էս, conjicit legendum eſſe վրիպակըս, eamq; emendationem, quanquam nobis minùs ſatisfacit, honoris ejus gratiâ, in hac etiam interpretatione ſecuti ſumus; quam tamen nec poſſumus nec debemus præſtare, quum nobis verba Armeniaca adeò mendoſa ac perplexa videantur, ut vix quiſquam, niſi Oedipus planè Haicanus, commodum ſenſum exſculpere poſſit. Ea interpretatio proximè omnium ad vocum Armeniacarum notionem accederet, ſi ſic vertere liceret, *εκ τȣ πολυ αποκεντȣντος συμπτωματος τȣτȣ, ex hoc multùm compungente caſu*; nimis quidem barbarè, atque inquinatè, ſed ipſis Armeniacis nihilo deterius.

Χαιρειν.] Cf. Αποςολοι—τοις αδελφοις—χαιρειν *Act. Apoſt.* xv. 23. At S. Paulus, ut Chriſti Apoſtolus, pro ſummo ſuo erga ipſius diſcipulos ſtudio, omnibus omnino omnium ſuarum Epiſtolarum Procemiis ſalutationem pleniorem, quaſi conſultò & cogitatò, adpoſuit. Παυλος — τῃ εκκλησιᾳ Θεσσαλονικεων, χαρις ὑμιν και ειρηνη απο Θεȣ Πατρος ἡμων, και Κυριȣ Ιησȣ Χριςȣ. 1 *Theſ.* i. 1. quæ omnium Epiſtolarum, ordine temporum, prima videtur. Παυλος — τῃ εκκλησιᾳ τȣ Θεȣ τῃ ȣ̓σῃ εν Κορινθῳ, — χαρις ὑμιν και ειρηνη απο Θεȣ Πατρος ἡμων, και Κυριȣ Ιησȣ Χριςȣ. 1 *Cor.* i, 1, 2, 3. 2 *Cor.* i. 1, 2. Παυλος δεσμιος Χριςȣ Ιησȣ — Φιλημονι τῳ αγαπητῳ, — Χαρις ὑμιν και ειρηνη απο Θεȣ Πατρος ἡμων και Κυριȣ Ιησȣ Χριςȣ. *Philem.* 1, 2. Atque in eandem ſententiam alibi ſemper; niſi quòd Epiſtola ad Hebræos, ſi tamen Paulina ſit, nullam prorſus ſalutationem habet, quia nullis omnino Chriſtianis inſcribitur; ſed tamen ſpecioſam hujus diſſimilitudinis cauſam, ex rerum temporibus ac vehementi feſtinatione ortam, cui libet, per nos etiam licet excogitare.

2. Ես ոչ [3] ինչ զարմանամ թէ [4] այդպէս վաղվաղակի ընթանան հրապոյրքն չարին։

2. Ουδεν θαυμαζω, ότι ούτω ταχεως επιτρεχουσι οἱ αναπειθοντες το κακον.

2. Ego nihil miror, tam celeriter currere Perſuaſores mali.

3. Այլ [illegible] Յս վաղվաղակի արասցէ [5] զգալուստն իւր, վասն այնորիկ որ փոփոխեն և անարգեն զպատգամն նորա։

3. Επειδη γαρ ὁ Κυριος Ιησους ταχεως ποιησεται την παρουσιαν αὐτου, δια τουτο τινες αλλαττουσι και αποδοκιμαζουσι τους λογους αὐτου.

3. Nam quum Dominus Jeſus citò effecturus ſit adventum ſuum, propterea quidam permutant atque aſpernantur dicta ejus.

4. Այլ ես ՚ի սկզբանէ զայն ինչ ուսուցի ձեզ, զոր ես ինքնին ընկալայ [6] յառաջնոց Առաքելոց անտի, [7] որք զա̃մ ժամանակս ընդ Տն շրջեցան։

4. Εγω δε απ' αρχης εκεινο εδιδαξα ὑμας, ὁπερ αυτος παρελαβον παρα των προτερων Αποστολων, ὁιτινες επι τον παντα χρονον μετα του Κυριου περιεπατουν.

4. Ego verò ab initio id ipſum docui vos, quod ipſe accepi à prioribus Apoſtolis, qui per omne tempus cum Domino verſati ſunt.

5. Եւ արդ ասեմ, զի Տր Յս ՚ի Մարիամայ [8] կուսէն ծնաւ, որ է ՚ի զաւակէ Դաւթի,

5. Και αρτι λεγω, ὁτι ὁ Κυριος Ιησους εκ Μαριας της παρθενου εγεννηθη, της ουσης εκ σπερματος Δαυιδ,

5. Et jam dico, Dominum Jeſum è Mariâ Virgine natum eſſe, quæ erat ex ſemine Davidis,

6. Ըստ աւետեաց Հոգւոյն Սրբոյ, [9] առ ՚ի Հօրէ յ՚երկնից առաքելոյ ՚ի նա։

6. Κατα την επαγγελιαν του Πνευματος Ἁγιου απο του Πατρος εξ ουρανου απεσταλμενου προς αυτην.

6. Secundùm annunciationem Spiritûs Sancti, à Patre è cœlo ad eam miſſi;

7. [10] Զի աշխարհս մխիթարեսցի Յս, և ազատեսցէ զա̃մ մարմին իւրով մարմնովն, զի զմեզ ՚ի մեռելոց յարուսցէ։

7. Ἱνα τον κοσμον παρακαλεση ὁ Ιησους, και ελευθερωση πασαν σαρκα τῃ ἑαυτου σαρκι, ὁπως ἡμας εκ νεκρων εγειρῃ.

7. Ut mundum conſolaretur Jeſus, & liberaret omnem carnem ſuâ carne, ut nos à mortuis ſuſcitaret.

8. Որպէս

[3] MS. Haleb. poſt ինչ addit կարի *valde.* [4] MS. H. poſt այդպէս addit չափ. [5] MS. H. զգալուստ. [6] MS. H. առաջնոց. [7] MS. H. որ. [8] MS. H. կուսէ. [9] Edit. Wilk. առ ՚ի յ՚երկնից ՚ի Հօրէ. [10] Edit. Wilk. զի յ՚աշխարհս մխեսցի Յս, *ut in mundum immitteretur Jeſus.*

V. 2. Ουδεν θαυμαζω.] Θαυμαζω, ὁτι ούτω ταχεως μετατιθεσθε. *Galat.* i. 6. Nempe Galatarum inconſtantiam Apoſtolus miratur, Hæreticorum ſedulitatem non *item.*

'Ουτω ταχεως.] *Sanè ſatis* quidem celeriter, quippe quum hæc epiſtola ſcriptam ſe eſſe profiteatur, poſt dimidiatum circiter annum, quàm Paulus Corinthum reliquerat.

V. 3. Παρουσιαν.] *Philipp.* iv. 5. 2 *Theſſ.* ii. 1, 2.

V. 4. Αυτος παρελαβον παρα των προτερων Αποστολων.] Hæc magnoperè pugnant cum eis, quæ Paulus alibi tradit. Ουδε γαρ εγω παρα ανθρωπου παρελαβον αυτο, ουτε εδιδαχθην, αλλα δι' αποκαλυψεως Ιησου Χριστου. *Galat.* i. 12. ii. 1—10. 1 *Cor.* xi. 23. *Epheſ.* iii. 3.

V. 5. Και αρτι λεγω, κ. τ. λ.] Quos ſex errores pravos Corinthii ſigillatim enumerant, eos ſcriptor hujus epiſtolæ involuto quodam at[illegible]plicato modo refellit; quæ argumentandi [illegible], Pauli ferè propria ab nonnullis exiſtimatur, [illegible]ſtylus quidem à Pauli ſcriptione non multùm abludit, niſi quòd fervidior ille Paulinæ mentis ardor atque impetus planè deſiderantur. Certè dictio Armeniaca harum literarum accuratæ illius elegant[illegible] expers eſt, quæ in Verſione Sacrâ Haicanâ elucet, ùt *Cl. La-Crozius* jampridem notavit.

8. Որպէս և եցոյց զանձն իւր [11] յօրինակ.

9. Եւ զի յայտնի [12] լիցի զի մարդն ՚ի Հօրէ [13] ստեղծաւ,

10. Վասն որոյ և ՚ի կորստեանն իւրում մարդն [14] անխնդիր ոչ մնաց,

11. Այլ խնդրեցաւ, զի ՚ի ձեռն որդեգրութե [15] կենդանասցի.

12. Քանզի Այ, որ [16] ամի Տր է, Հայր Տն մերոյ Յսի Քսի, [17] որ արար զերկինս և զերկիր, առաքեաց նախ [18] առ Հրէայսն Մարգարէս.

13. Զի ՚ի մեղաց անտի կորզեսցէ զնոսա, և հանցէ ՚ի յարդարութիւն իւր.

14. Զի [19] կամէր նա փրկել զտունն Իղի, բաշխեաց և [20] արկ նա ՚ի Հոգւոյ անտի [21] իւրոյ ՚ի վերայ Մարգարէիցն.

15. Որ զանմոլար [22] զԱծպաշտութիւնն և զծնունդն քարոզեսցեն ժամանակօք բազմօք.

16. [23] Իսկ որ անօրէն

8. Ὡς καὶ ἐδειξεν ἑαυ̃τον ὑποδειγμα,

9. Και ἱνα φανερον γενηται, ὁτι ανθρωπος ὑπο τȣ Παῖρος εκτισθη,

10. Δια τȣ̃το και εν τη απωλεια αὐτȣ ανθρωπος αζητηῖος ȣκ εμεινεν,

11. Αλλ' εξεζητηθη, ἱνα δια της ὑοθεσιας ζωοποιηθη.

12. Ὁ Θεος γαρ, ὁς παντων Κυριος εςι, ὁ Παῖηρ τȣ Κυριȣ ἡμων Ιησȣ Χριςȣ, ὁ ποιησας τον ȣρανον και την γην, απεςειλε πρῶτον προς Ιȣδαιȣς τȣς Προφηῖας,

13. Ἱνα αφ' ἁμαρτιας αποσπαση αυῖȣς, και προσαγαγη εις δικαιοσυνην αὐτȣ.

14. Επειδη γαρ ηθελησεν αυῖος σωσαι τον οικον Ισραηλ, διεδωκε και επεβαλεν εκ τȣ πνευμαῖος αὐτȣ επι τȣς Προφηῖας,

15. Τȣς την απλανη Θεοσεβειαν και την γεννησιν [Χριςȣ] μελλονῖας κηρυξαι δια χρονων πολλῶν.

16. Αλλ' ὁ ανομος Αρχων

8. Sicut etiam oſtendit ſe ipſum exemplar.

9. Et ut manifeſtum eſſet, Hominem à Patre creatum eſſe,

10. Propterea etiam in perditione ſuâ Homo non perquiſitus non manſit,

11. Sed perquiſitus eſt, ut per adoptionem vivificaretur.

12. Deus enim, qui omnium Dominus eſt, Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui fecit cœlum & terram, miſit primùm ad Judæos Prophetas;

13. Ut à peccatis abſtraheret eos atque adduceret ad juſtitiam ſuam.

14. Quia voluit ille ſervare domum Iſraelis, largitus eſt & immiſit ex ſpiritu ſuo in Prophetas,

15. Qui verum Dei cultum & nativitatem [Chriſti] prædicaturi eſſent per longum tempus.

16. At Qui impius Prin-

Իշխանն

[11] Edit. Wilk. օրինակ. [12] Edit. Wilk. լինի և մարդն. [13] MS. Haleb. ծնաւ, *genitum eſſe.* [14] MS. Haleb. անխտիր, ἀδιακριτος, *indiſcriminatus.* [15] Edit. Wilk. կենդանացուսցէ. [16] MS. Haleb. յամի. [17] Edit. Wilk. omittit որ արար զերկինս և զերկիր, *qui fecit cœlum & terram.* [18] MS. Haleb. omittit առ. [19] MS. H. կամէր փրկել զնա տունն. [20] Scribe էարկ. [21] MS. H. omittit իւրոյ. [22] MS. H. Ածպաշտութին. [23] Pars reliqua hujus Epiſtolæ in Wilkinſii Editione deſideratur.

V. 10. Αζητητος.] Vox hæc αζητητος, quamvis in rariſſimo uſu ſit, neque omnino in Sacris Græcis Literis reperiatur, ideo à nobis uſurpatur, quia loci ſententiæ optimè omnium convenit, & cum voce Armeniacâ անխնդիր unicè congruit, quæ nec ipſa apud Sacram Verſionem Haicanam occurrit.

V. 15. Χριςȣ.] Hoc vocabulum planè videtur interponendum, etiamſi in Armeniacis deſideretur.

Իշխանն էր, իբրեւ զԱծ_անալն կամեցաւ, ձեռն արկանէր,

17. Եւ զնս եւ զամ մարմին մեղօք կապէր,

18. Քանզի դատաստանք աշխարհիս մերձեալ էին.

19. Ած ամենակալ, իբրեւ արդարացուցանել կամեցաւ, ոչ կամեցաւ խոտել զիւր ստեղծուածն.

20. Իբրեւ ետես չարչարեալ, ողորմեցաւ,

21. Եւ առաքեաց նա ’ի վախճան ժամանակաց զՀոգին սբ ’ի կոյսն յառաջագոյն նկարեալ Մարգարէից.

22. Որ իբրեւ սբ մտօք հաւատաց, արժանի եղեւ յղանալ եւ ծնանիլ զՏր մեր Յս Քս.

23. Զի կորստական մարմնովն, [24] որ հպարտացեալ յարգի լինէր չարն, նովին մարմնովն կշտամբեալ յանդիմանեսցի.

24. Եթէ չէր Ած, զի արդ ’ի մարմին անդր իւր Յս Քս կոչեաց, եւ փրկեաց զկորստական մարմինն, եւ ձգեաց զնա ’ի կեանսն յաւիտենականս ’ի ձեռն հաւատոցն.

25. Զի արդարութե տաճար սբ իւր մարմին անդր լինելոց ժամանակաց պատրաստեսցէ.

ων, Θεος γενεσθαι θελων, τας χειρας επεβαλε,

17. Και αυτους τε και πασαν σαρκα εν αμαρτια εδησεν,

18. Επειδη το κριμα του κοσμου εγγυς ην.

19. Ὁ δε Θεος, ὁ παντοκρατωρ, δικαιουν βουλομενος, ουκ ηθελεν αποδοκιμαζειν το ἑαυτου πλασμα,

20. Αλλ' ιδων κακουχουμενον, ηλεησε,

21. Και απεστειλεν επ' εσχατων των χρονων το Πνευμα το Ἁγιον εις την παρθενον την προτερον διαγεγραμμενην ὑπο των Προφητων.

22. Ἡτις εν καθαρῳ νοϊ πιστευσασα, αξια εγενηθη συλλαβειν και τεκειν τον Κυριον ἡμων Ιησουν Χριστον.

23. Ἱνα εν τῳ απολλυμενῳ σωματι, ᾧ πεφυσιωμενος ὑπερηρθη ὁ πονηρος, εν τῳ αυτῳ σωματι επιτιμηθεις ελεγχθῃ.

24. Ει μη ην θεος, πως αν εν τη σαρκι αυτου Ιησους Χριστος εκαλεσε, και εσωσε την απολλυμενην σαρκα, και ειλκυσεν αυτην εις ζωην αιωνιον δια της πιστεως;

25. Ἱνα τον της δικαιοσυνης ναον το ἁγιον ἑαυτου σωμα τοις μελλουσι χρονοις ἑτοιμασῃ,

ceps erat, quum Deus fieri vellet, manum injecit,

17. Et eos omnémque carnem peccato vinxit;

18. Quia judicium mundi appropinquabat.

19. Deus autem omnipotens, quum juſtificare vellet, noluit reprobare ſuam creaturam;

20. Sed ubi vidit afflictam, miſeratus eſt;

21. Et miſit in fine temporum Spiritum Sanctum in Virginem priùs deſcriptam à Prophetis;

22. Quæ, ubi purâ mente credidit, digna facta eſt, quæ conciperet & pareret Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

23. Ut perituro corpore, quo inflatus ſuperbiebat malignus, eodem corpore convictus redargueretur.

24. Si non erat Deus, quomodo in carne ſuâ Jeſus Chriſtus vocavit & ſervavit perituram carnem, atque attraxit eam ad vitam æternam per fidem?

25. Ut juſtitiæ templum ſanctum ſuum corpus futuris temporibus præpararet; 26. Յ’որ

[24] Sic MS. ſed ſcribe յոր.

V. 24. Ει μη ην Θεὸς] Confer., 1 *Tim.* iii. 16, & lege iterum Epiſtolæ Corinthiacæ ſuprà, *v.* 14. Hinc enim veriſimile fit, eos Hæreticos illic deſignari, qui Chriſtum merum hominem fuiſſe docebant.

26. Յ՛որ և մեք իբրև հաւատացեալքն ազատեցաք ։

27. Արդ գիտասջիք եթէ ոչ են նք որդիք արդարութե, այլ որդիք բարկութեան ։

28. Որ զողորմութիւն գթութեանն Այ կարճեն յանձանց իւրեանց ։

29. Որ ասեն եթէ ոչ երկինք և ոչ երկիր [25] ամ արարածք ձեռագործք Այ Հօր ամենայնի ։

30. Այլ նոքա անիծեալ զանձինս նովին ։

31. Այլ դուք զօրութեամբն Այ ՚ի բաց մերժեցարուք ՚ի նոցանէ, և զխոտոր վարդապետութիւն նոցա ՚ի ձէնջ ՚ի բաց հալածեցէք ։

32. Զի մի եղիջիք որդիք անհնազանդից, այլ մանկունք էք դուք սիրեցելոյ եկեղեցւոյ Այ ։

33. Վասն որոյ և ժամանակ յարութեան քարոզեցաւ ընդ ամենեսին ։

34. Արդ որ ասեն թէ չիք յարութիւն մարմնոյ, իսկ նոքա ոչ են [26] առնելոց ՚ի կեանսն յաւիտենից ։

35. Այլ ՚ի դատա-

26. Εις ὁν και ἡμεις πεπιςȣκοτες ηλȣθερωμεθα.

27. Γινωσκετε ȣν, ὁτι ȣκ εισιν ȣτοι ὑιοι δικαιοσυνης, αλλα τεκνα οργης.

28. Ὁι τα σπλαγχνα ελεȣς Θεȣ κολοβȣντες αφ᾽ ἑαυτων.

29. Ὁι λεγοντες, ὁτι ȣτε ὁι ȣρανοι ȣτε ἡ γη ȣδαμως εργα χειροποιητα τȣ Θεȣ, τȣ παντων Πατρος.

30. Αλλ᾽ αυτοι καταρωνται ἑαυτȣς εν τȣτῳ.

31. Ὑμεις δε, εν δυναμει Θεȣ, πορρω αποςητε απ᾽ αυτων, και την σκολιαν διδασκαλιαν αυτων αφ᾽ ὑμων μακραν απωσασθε.

32. Ἱνα μη γενησθε ὑιοι των ανυποτακτων, αλλα τεκνα εςε ὑμεις της αγαπητης εκκλησιας Θεȣ.

33. Διο και ὁ καιρος της αναςασεως εκηρυχθη παρα πασι.

34. Ὁι ȣν λεγοντες μη ειναι αναςασιν σαρκος, αυτοι μεν ȣκ αναςησονται εις ζωην αιωνιον,

35. Αλλ᾽ εις κατακριμα

26. In quem & nos ubi credidimus, liberati ſumus.

27. Itaque ſcitote non eſſe eos filios juſtitiæ, ſed filios iræ.

28. Qui viſcera miſericordiæ Dei decurtant à ſe ipſis;

29. Qui dicunt neque cœlum neque terram omnino eſſe opera manufacta Dei Patris omnium;

30. Sed ii execrantur ſe ipſos in hac re.

31. Vos verò poteſtate Dei longè abſcedite ab eis, & pravam doctrinam eorum à vobis procul expellite;

32. Ut ne fiatis filii inobedientum, ſed filii eſtis vos dilectæ Eccleſiæ Dei.

33. Propterea etiam tempus reſurrectionis prædicatum eſt apud omnes.

34. Itaque qui dicunt non eſſe reſurrectionem carnis, illi quidem non ſunt reſurrecturi ad vitam æternam;

35. Sed ad condemna-

պարտութիւն

[25] Scribe ամենևին. [26] Sic MS. ſed lege յառնելոց.

V. 27. Τεκνα οργης] *Epheſ.* ii. 3.

V. 28. Κολοϐȣντες αφ᾽ ἑαυτων.] Si cui hæc locutio Græca paulò durior videbitur, eum oportet commoneri, ita planè Armeniacas voces ſonare, quum alioqui εν ἑαυτοις ſcribere maluiſſemus.

V. 32. Ὑιοι των ανυποτακτων] Hanc prorſus ſententiam Armeniaca verba itidem declarant; quod ni ita eſſet, mallemus ſcribere ὑιοι της απειθειας. *Epheſ.* ii. 2. *Coloſſ.* iii. 6.

Τεκνα εςε ὑμεις.] Armeniacam dictionem preſſiùs perſequimur; ſed multò aptior, & quaſi rotundior eſſet verborum conſtructio, ſi voces iſtæ εςε ὑμεις expungerentur; & verò plura emendare liceret; niſi putaremus non eſſe fidi interpretis, *Ariſtarchum* audacter *agere*.

պարտութիւն և ՚ի դա-տաստան յարիցին թեր-ահաւատք մարմնովն։

36. Զի մարմին որ ասէ թէ չիք յարութիւն, նորա մի լիցի յարութիւն կենաց, զի այնպիսիքն ՚ի յարութենէն ուրացեալ գտանին։

37. Բայց արդ և դուք, Կորնթացիք, ապա գիտիցէք զցորենոյ սերմանս, և զայլոց սերմանեաց.

38. Զի հատ մի ոչ մերկ անկանի յ՚երկիր, և արդէն ՚ի խոնարհ նախ մեռանի,

39. Եւ ապա [27] առնէ կամօք Տն, զնոյն մարմին զգեցեալ.

40. Եւ ոչ եթէ լոկ նոյն մարմին [28] առնէ, այլ բազմապատիկ, լցեալ օրհնութ̃բ.

41. Այլ մեզ միայն ՚ի սերմանց անտի բերեալ ՚ի մէջ, այլ ՚ի պատուական մարմնոյ մարդկան։

42. Դուք ինքնին գիտէք զՅովնան որդին Եմատթեայ.

43. Վասն զի յամառե-

και δικην εγερθησονται οἱ απιστουντες εν τῃ σαρκι.

36. Τῃ γαρ σαρκι, τῃ λεγουσῃ μη ειναι αναστασιν, αυτῃ μεν ου μη εσται αναστασις ζωης, επειδη τοιουτοι την αναστασιν ηρνημενοι ευρισκονται.

37. Αλλα και ὑμεις, Κορινθιοι, αρα γινωσκετε περι των του σιτου σπερματων, και των λοιπων σπερματων.

38. Ὁτι ὁ κοκκος [ου] γυμνος πιπτει εις την γην, και ηδη κατω πρωτον αποθνησκει,

39. Ειτα εγειρεται δια θεληματος Κυριου, το αυτο σωμα ενδεδυμενος.

40. Ουδε ἁπλουν το αυτο σωμα εγειρεται, αλλα πολλαπλασιον, πεπληρωμενον ευλογιας.

41. Ἡμεις δε μονον εκ των σπερματων προφερομεθα, αλλ᾽ εκ του τιμιου σωματος ανθρωπων.

42. Αυτοι μεν οιδατε Ιωναν τον του Εματθιου.

43. Διοτι εχρονισεν εκεινος

tionem & judicium reſurgent infideles carne.

36. Carni enim, quæ dicit non eſſe reſurrectionem, ei non erit reſurrectio vitæ, quia tales reſurrectionem negâſſe deprehenduntur.

37. At etiam vos, Corinthii, utique noſtis de tritici ſeminibus cæteríſque ſeminibus.

38. Quòd granum unum [non] nudum decidit in terram, & jam infra primùm moritur;

39. Et poſtea reſurgit voluntate Domini, eodem corpore indutum.

40. Neque verò ſimplex idem corpus reſurgit, ſed multiplex, repletum benedictione.

41. Nos verò ſolùm ex ſeminibus producti ſumus, ſed in honorabili corpore hominum.

42. Vos ipſi noſtis Jonam filium Ematthiæ.

43. Quia cunctatus eſt

աց

[27] Lege յառնէ. [28] Scribe յառնէ.

V. 38. Κοκκος ου γυμνος.] Και ὁ σπειρεις, ου το σωμα το γενησομενον σπειρεις, αλλα γυμνον κοκκον, ει τυχοι, σιτου, η τινος των λοιπων. 1 *Cor*. xv. 37. Itaque delenda omnino eſt vocula negationis ου, ut loci etiam ſententia poſtulat.

V. 39. Το αυτο σωμα ενδεδυμενος.] Hæc neutiquam congruunt cum eis, quæ idem ipſe Paulus, ſi ſic placet, ad eoſdem Corinthios poſtea ſcripſit. Ου το σωμα το γενησομενον σπειρεις. 1 *Cor*. xv. 37. — 57. quem locum cum hac epiſtolâ attentè conferre eruditus lector nequaquam prætermiſſurus eſt; ſed tanta profectò eſt ſententiæ diſcrepantia, ut ejus cauſam, ſi rectè auguramur, in Codicem mendoſum nonnulli ſint rejecturi.

V. 41. Ἡμεις δε κ. τ. λ.] Certè hic locus vel omnium ſuſpicioſſimus eſt, ut manum recentiorem quaſi prodere videatur; quum ſimilis locutio, ſeu potiùs argumentatio apud ſcriptores Apoſtolicos, quòd ſciamus, omnino nuſquam reperiatur.

V. 42. Ιωναν.] *Jonah*. ii. 10.

աց նա քարոզել Նինուէ-
ացւոց, ընկլաւ նա 'ի
փորս ձկանն զերիս տիւս
և զերիս գիշերս ։

44. Եւ ապա յետ ե-
րից աւուրց լուաւ Ած
աղօթից նորա ։

45. Եւ ոչ ինչ ապա-
կանեցաւ 'ի մարմնոյ նո-
րա, և ոչ արտևան մի կո-
րացաւ, և ոչ մազ մի 'ի
մարմնոյ նորա թափե-
ցաւ ։

46. Որ չափ ևս առա-
ւել վասն ձեր, թերա-
հաւատք ։

47. Եթէ հաւատայք
դուք 'ի Տր Յս Քս, յա-
րուսցէ և զձեզ, որպ և
ինքն յարեաւ ։

48. Եթէ ոսկերքն Ե-
ղիսէի մարգարէին, 'ի
վերայ մեռելոյն անկեալ,
յարոյց զմեռեալն ։

49. Որչափ ևս առա-
ւել դուք, որ 'ի մարմին
էք, արեամբ Յսի յեցեալ
էք, յայնմ աւուր[29] առ-
նիջիք ողջանդամ մար-
մնովն ։

50. Եղիայ մարգարէ
զորդի այրւոյն գիրկ ար-
կեալ, յարոյց 'ի մեռելոց ։

51. Որչափ ևս առ-
աւել Յս Քս յարուսցէ
ողջանդամ մարմնով, որ-
պէս և ինքն իսկ յարեաւ ։

κηρυξαι τοις Νινευιταις, κατεποθη εις την κοιλιαν του ιχθυος τρεις ἡμερας και τρεις νυκτας.

44. Επειτα μετα τρεις ἡμερας εισηκουσεν ὁ Θεος της προσευχης αυτου.

45. Και ουδεν διεφθαρη εκ του σωματος αυτου, ουδε βλεφαρον εκαμφθη, ουδε θριξ εκ του σωματος αυτου απερρυη.

46. Ποσῳ μαλλον ὑπερ ὑμων, ολιγοπιστοι;

47. Ει πιστευετε ὑμεις εις τον Κυριον Ιησουν Χριστον, εγερει και ὑμας, καθως και αυτος ηγερθη.

48. Ει οστα Ελισσαιου του προφητου, τῳ τεθνηκοτι επιπεσοντα, ηγειρε τον νεκρον.

49. Ποσῳ μαλλον ὑμεις, ὁι εν σωματι οντες, επι το ἁιμα Ιησου επιστηριζεσθε, εν εκεινῃ τῃ ἡμερᾳ εγερθησεσθε εν ὁλοκληρῳ σωματι;

50. Ηλιας ὁ προφητης τον ὑιον της χηρας εναγκαλισαμενος, ανεστησεν εκ νεκρων.

51. Ποσῳ μαλλον Ιησους Χριστος αναστησει (ὑμας) εν ὁλοκληρῳ σωματι, ὡς και αυτος μεν ανεστη;

ille prædicare Ninevitis, deglutitus eſt in ventrem piſcis per tres dies & tres noctes;

44. Et tum poſt tres dies exaudivit Deus preces ejus.

45. Neque quidquam corruptum eſt ex corpore ejus, neque palpebra incurvata eſt, & ne pilus quidem ex corpore ejus defluit.

46. Quanto magìs pro vobis, ô fide exiguâ præditi?

47. Si creditis vos in Dominum Jeſum Chriſtum, ſuſcitabit etiam vos, ſicut & ipſe reſurrexit.

48. Si oſſa Eliſæi Prophetæ, in mortuum incidentia, ſuſcitaverunt mortuum;

49. Quanto magìs vos, qui in carne eſtis, & ſanguine Jeſu fulcimini, illo die reſurgetis, integro corpore?

50. Elias Propheta filium viduæ complexus, ſuſcitavit à mortuis;

51. Quanto magìs Jeſus Chriſtus ſuſcitabit [vos] integro corpore? ſicut & ipſe quidem reſurrexit?

52. Արդ

29 Lege յառնիջիք։

V. 46. Ολιγοπιστοι. *Matth.* vi. 30. viii. 26. xiv. 31. xvi. 8, Proprium ferè Matthæi verbum, quod apud Epiſtolas Paulinas non occurrit uſpiam, quanquam illud quidem nobis conſtat, ſi hæ literæ de Græcis primitùs converſæ erant, ita Græcè ſcriptum fuiſſe.

V. 48. Ελισσαιου] 4 *Reg.* xiii. 21.

V. 50. Ηλιας] 3 *Reg.* xvii. 22.

V. 51. Ὑμας.] Hanc voculam interpoſuimus, quò meliùs verborum conſtructio cohæreret.

52. Արդ մի այլ ինչ տարապարտուց ընդունիցիք։

53. Այսուհետեւ աշխատ ոք զիս մի արասցէ, զի ես զչարչարանս Քնի ՚ի մարմնի իմում կրեմ։

54. Շնորհք Տն մերոյ Յնի Քնի ընդ հոգւոյդ ձերում, եղբարք. Ամէն։

52. Μηδὲν ȣν αλλο ματαιως προσδεχεσθε.

53. Τȣ λοιπȣ, κοπȣς μοι μηδεις παρεχέτω, εγω γαρ τα ςιγματα τȣ Χριςȣ εν τῳ σωματι μȣ βαςαζω.

54. Ἡ χαρις τȣ Κυριȣ ἡμων Ιησȣ Χριςȣ μετα τȣ πνευματος ὑμων, αδελφοι. Αμην.

52. Itaque ne aliud quidquam temerè admittite.

53. Deinceps laborem nemo mihi faceſſat; ego enim afflictiones Chriſti in corpore meo porto.

54. Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti cum ſpiritu veſtro, Fratres. Amen.

V. 53. 54.] Hæc duo poſtrema commata ex Epiſtolâ Pauli ad Galatas, vi. 17, 18, in noſtram verſionem idcirco tranſtulimus, quia verba Armeniaca utrobique erant eadem, ut ex Sacrâ Verſione Haicanâ intelleximus; de qua quidem mirificâ utriuſque loci convenientiâ, quod ad verſiculum priorem attinet, non abs re erit hæc notare, (1°) Epiſtolam ad Galatas, ordine temporum, quaſi triennio hâc epiſtolâ poſteriorem eſſe; adeo ut quiſquis has literas adulterinas eſſe opinari *nolit*, *eum* credere oporteat, Paulum ipſum poſt tantum intervallum his ipſis diſertis verbis iterum uſum eſſe. (2°) Vocem ςιγματα, quam Apoſtolus nuſquam alibi, quam in epiſtolâ ad Galatas uſurpat, non ibi *vincula* ejus declarare, qui tunc temporis in vinculis non erat; quæ vocis notio ad hujus loci ſententiam accomodatior foret; ſed eas *notas* ac *vibices*, quas ob Chriſtianam religionem acceperat; quanquam vocabulum Armeniacum παθηματα, *paſſiones* & *afflictiones* generatim ſignificat. (3°) Totam hanc clauſulam Epiſtolæ Galaticæ imprimis conſentaneam eſſe, huic Corinthiacæ non item. Nimirum ibi Paulus id agit, ut Galatas à circumciſione dehortetur; quam ipſis neceſſariam eſſe ſubdoli quidam Chriſtiani Judaici perſuadere ſtudebant, atque adeò ipſum Paulum à circumciſione non abhorrere temerè contendebant. *Quare*, inquit, *nemo mihi, nec è vobis, nec è fratribus. iſtis fraudulentis moleſtiam ullam deinceps faceſſat, quaſi ipſe Circumciſionis neceſſitatem profiterer, quippe qui de Circumciſionis notis, quas ipſe habeo, nequaquam glorior, ſed de notis ac vibicibus, quas ob Chriſti fidem inflictas in corpore meo geſto*; quo ferè modo hanc clauſulam acutiſſimus Interpres *Lockius* explicat, quæ tamen ad hanc epiſtolam atque Hæreticos Simonianos vix rectè accommodari poterit, ſive vocem ςιγματα, ſive locutionem iſtam, κοπȣς μοι μηδεις παρεχετω, diligentiùs conſiderare libet.

Jam verò ut ad noſtram quoque clauſulam veniamus, totidem præterea alias de his epiſtolis obſervationes in hanc notam includere, ac tum denique, perpenſis utrinque rationum momentis, noſtram ſententiam interponere viſum eſt. Ac primùm quidem illud certè notandum videtur, has epiſtolas, ſi qua prorſus alia epiſtola publica exiſtimari debeat, pro publicis omnino habendas eſſe, ut ex earum argumento apertiſſimè conſtat. Nempe Simon & Cleobius, Hæreticorum principes famoſi, ob eam cauſam Corinthum veniunt, ut ſuis erroribus Chriſtianum vulgus imbuant, quorum quidem fidem tam vehementer commoverunt, ſuáſque opiniones tam publicè tradiderunt, ut Eccleſia Corinthiaca neceſſe habuerit, Paulum Apoſtolum de eâ re commonefacere, eúmque obſecrare, utì, aut ipſe Corinthum confeſtim veniret, aut reſponſum certè publicum quàm citiſſimè reſcriberet; quò eorum ſtultitia manifeſtè coargueretur, atque omnium opprobio expoſita rejiceretur. *verſ.* 2. 3, 7, 16. 17, 18. Quare ſanè quàm certum eſt, futurum fuiſſe, ut hæ literæ non modò in publicam Corinthorum civitatem proponerentur, ſed etiam apud alias Eccleſias Chriſtianas divulgarentur, quas quin Simoniani Hæretici ad ſuas itidem opinionum pravitates traducere conati ſint, dubitari nequaquam poteſt. Deinde illud præterea obſervari debet, non ſolùm ſcriptores antiquos univerſos, has literas ſummo planè ſilentio præterire, verùm etiam nec ipſum Paulum, neque Clementem in ſuis literis non ita longo intervallo ad hos eoſdem Corinthios ſcriptis, de his epiſtolis quidquam ſignificare, ſed potius contraria quædam indicia facere, quæ tamen, ne nimis verboſi videamur, explicare atque excutere nolumus. Nec id denique prætermittendum arbitramur, Eccleſiam Armeniacam Sacros Suos Libros haud ante extremam quarti à Chriſto nato ſæculi partem ab Græcis accepiſſe; ut proinde has literas tam diuturno intervallo alicubi planè ſepultas delituiſſe, ac, quodam quaſi miraculo, tunc temporis in Armeniâ revixiſſe is certè opinioni debeat, qui eas pro veris haberi velit; quanquam ſanè vix videntur tam maturè ad Armenios perveniſſe, quum neque in Sacrâ eorum Verſione reperiantur, nec apud ſcripto-

res

res veteres Armeniacos, quantum adhuc cognoſcere licuit, omninò commemorentur. Quod ſi quis horum argumentorum vim eâ re infringi putabit, quòd ipſe Paulus de priori epiſtolâ ad Corinthios ſcriptâ meminiſſe videtur, quæ prorſus nuſquam apparet, 1 *Cor.* v. 9. Is certè Codicem Apochryphum Novi Fœderis ab eruditiſſimo *Fabricio* editum conſulere primùm debebit; nè de causâ parùm cognitâ temerarium judicium ferat. *Tom.* ii. *p*, 918.

Quæ cùm ita ſint, has epiſtolas ab legentium pleriſque, ut adulterinas, rejectum iri *non temerè* augurari videmur; ſed illud tamen fateri atque adeò profiteri debemus, omnium certè in eo genere verſutiſſimum commentum eſſe, ſi modò commentitiæ ſint, quòd nimis præfractè aſſeverare nolumus, ne fortè per imprudentiam in ipſum Apoſtolum contumelioſè injurioſi ſimus; præſertim quum nihil pravitatis his literis ſubeſſe videatur, eæque plerumque adeò ſcienter ſaltem compoſitæ, ac ad rerum tempora tam affabrè accommodatæ ſint, ut quo loco, quóve tempore perſcriptæ eſſent nondum adhuc expiſcari licuerit. Quamobrem, non poſſumus controverſiam totam de his epiſtolis nec mitiùs nec rectiùs dijudicare, quàm ſi ſtatuamus, nec ipſas per ſe ex interioribus indiciis commentitiás atque adulterinas eſſe demonſtrari poſſe, & tamen, quum nullis omnino teſtimoniis externis firmentur, pro veris ac ſinceris haberi non debere.

F I N I S.

SERIES

SERIES

Principum, Regum atque Epiſcoporum

EX

MOSIS CHORENENSIS

HISTORIIS DECERPTA.

Principes ſive Patres Armenii.	*Principes ſive Patres Aſſyrii.*	*Principes ſive Patres Hebræi.*
1. JAPHETHUS *Moſ. Chor. p.* 12.	CHAMUS *Moſ. Chor. p.* 12.	SEMUS *Moſ. Chor. p.* 11.
2. Gamerus	Chuſus	Arphaxades
3. Thiras	Meſtraimus	Cainanes
4. Thorgomus	Nebrothes	Salas
5. Haicus [1]	Babius	Eberus
6. Armenacus	Anebis	Phalecus
7. Aramæis	Arbelus I.	Ragavus
8. Amaſia	Chæalus	Seruchus
9. Gelamius	Arbelus II.	Nachores
	Reges Aſſyrii.	
10. Harma	Ninus	Tharas
11. Aramus	Ninyas	Abrahamus
pag. 51.	*pag.* 51.	*pag.* 51.

12. Aræus

[1] Orſi ſumus ab Japhetho, quia Chorenenſis veſtigia premere oportebat. Verùm enim vero Hic Haicus, Maximus Armeniorum Progenitor, qui Turris Babylonicæ exſtructioni non ſolùm interfuiſſe, ſed etiam præfuiſſe dicitur, gentem certè Haïcanam condidit.

Principes Armenii.	*Principes Aſſyrii.*	*Principes Hebræi.*
12. Aræus I, *Pulcher*	Arius	Iſaacus
13. Aræus II, Aræades	Aralius	Jacobus
14. Anuſavanus	Baleus I, Cheoxarus	Levi
15. Pharetus	Armathrites	Cahathus
16. Arbacus	Belochus	Amramus
17. Zavanus	Baleus II.	Moſes
18. Pharnaſius	Azatagus	Joſua
19. Surius	Mamidus	Gothoniel
20. Havanacius	Maſchaleus	Avodus
21. Vaſtacus	Spharus	Barachus
22. Haicacius I.	Samilus	Gedeon
23. Ambacus	Spharetus	Abimelechus
24. Arnacus	Aſcatades	Thola
25. Savarſus	Amindes	Jairus
26. Noræus	Veſtaſcarus	Jephtha
27. Goracus	Suſares	Eſebon
28. Rhantus	Lampares	Elon
29. Enzacus	Paneas	Abdon
30. Delacus	Soſarmus	Samſon
31. Horæus	Mithreus	Heli
		Reges Hebræi.
32. Zarmærus [2]	Teutamus	Saulus
33. Perzius	Thineus	Davides
34. Arbunius	Dercyllus	Salomon
35. Bazucus	Eupalmus	Roboamus
36. Hoius	Prideazes	Abiamus
37. Juſacus	Pharates	Aſæus
38. Cæpacius	Acrazanes	Joſaphatus
39. Scæordius [3]	Sardanapalus [4]	Joramus.
Reges Armenii.	*Reges Medi.*	
40. Parœrus.	Varbaces	
pag. 58.	*pag.* 58.	

41. Rhaſi-

[2] Zarmærus Trojani belli temporibus vixiſſe traditur, *Moſ. Chor. p.* 53.

[3] Senecharimus, imperante Scæordio, interiit, 60.

[4] Sardanapalus, ex Moſis Armenii rationibus, idem eſſe videtur, atque Eſarhaddon Aſſyrius: quâ de re lege notas noſtras ad pag. 58, 60.

Reges Armenii.

41. Rhaſiæus [5]
42. Pharnuas
43. Pazcezus
44. Cornacus
45. Phavus
46. Haicacius II.
47. Eruandus I.
48. Tigranes I.
49. Babius

pag. 74.

5[illegible]avanus

pag. 75.

51. Nerſes
52. Zares
53. Armodus
54. Bagamus
55. Vahanus
56. Vahes [6]

Interregnum in Armeniâ per annos circiter ducentos.

Reges Medi.

Mandauces
Soſarmus
Artucas
Cardiceas
Deioces
Artunes
Cyaxares
Aſtyages

Cyrus ac Tigranes Medorum Imperium evertunt, Moſ. Chor. p. 61, 63, 64, 74.

Reges Syriæ.

Seleucus Nicanor [7]
ann. XXXI. *pag.* 83.

Antiochus Soter
ann. XIX. *p.* 83.

Antiochus Theus
ann. X. *p.* 83.

Reges

[5] Rhaſiæo regnante, Nabuchodonoſores vixit. *p.* 58.

[6] Vahes ab Alexandro Magno devictus eſt, circiter annum Periodi Julianæ 4384, Ante Chriſtum natum 330, ut ex Alexandri temporibus colligimus, *p.* 75.

[7] Satis notum certúmque eſt, annum Seleucidarum exordium ducere ab A. P. J. 4402. A. C. N. 312.

Reges Parthorum.

1. Arſaces I, *Fortis.* [8]
anno Antiochi XI°, per annos XXXI. *pag.* 83, 85, 188.

2. Artaſes I.
ann. XXVI. *p.* 85, 188.

3. Arſaces II, [9] *Magnus.*
[ann. LXXVII.] *p.* 85, 188.

4. Arſacanus. [11]
anno Valarſacis XIII°, per annos XXX. *p.* 188.

5. Arſaces III.
ann. XXXI. *p.* 188.

Reges Armenii Arſacidæ.

1. Valarſaces. [10]
ann. XXII. *p.* 21, 86, 99.

2. Arſaces I.
ann. XIII. *p.* 99.

3. Artaſes I. [12]
anno Arſacani XXIV°, per annos XXV. *p.* 102, 104.

4. Tigranes

[8] Annus Antiochi Thei XI^us^, ſi ab anno Seleucidarum pro numeris à Chorenenſi poſitis tempora repetantur, incidit in A. P. J. 4462, A. C. N. 252. De iſtis verò numeris, in quibus nonnulla diſcrepantia notatur, atque etiam de Parthici Imperii primordiis conferendi omnino ſunt *Uſſerius* ad A. M. 3692, 3724, 3743, 3754; & *Petavius* in Rationar. Temp. Part. I. Lib. IV. Cap. 3; Part. II. L. III. C. 13.

[9] Arſaces II^us^, Calculis ad Chorenenſis rationem ſubductis, regnare cœpit A. P. J. 4519, A. C. N. 195. Non autem narrat Chorenenſis, quot annos imperaverit. Quod ſi noſtra de Valarſacis temporibus conjectura, cæteríque numeri rectè ſe habent, annis omnino LXXVII regnavit, ſicut ex Arſacani initio apparet.

[10] Valarſaces ab Arſace Magno regnum Armeniæ accepit eo ferè ipſo anno, quantùm ex Chorenenſis narratione conjicimus, quo Antiochus Sidetes à Parthis ſubactus atque interfectus eſt; qui quidem Antiochi interitus conjiciendus eſt in A. P. J. 4584, A. C. N. 130, ita uti *Uſſerius* ac *Petavius* cenſent; quibus quidem Viris, harum rerum peritiſſimis, de ratione temporum plurimùm credimus. Et quum idem planè annus, ſi à Tigrane I° calculi retrorſum ſubducantur, valdè confirmetur, eum ſatis verum arbitramur, ad quem reliqui deinceps anni accommodentur, niſi quòd Numeri ſæpiùs mendoſi videantur; quæ res nos magnoperè dehortata eſt, ne illud inſtitutum conſequeremur. Moſ. Chor. *p.* 21, 86—99. *Uſſer.* A. M. 3874. *Petav.* Rat. Temp. P. I. L. IV. c. 13.

[11] Itaque annus Arſacani I^us^, qui erat Valarſacis XIII^us^, incidit in A. P. J. 4596, A. C. N. 118.

[12] Artaſes I^us^ imperium iniit A. P. J. 4619, A. C. N. 95, qui eſt annus Urbis conditæ Varronianus 659; eóque igitur imperante, quemadmodum ex Hiſtoriâ Romanâ conſtat, Bellum Marſicum atque adeò Procellæ civiles inter Marium & Syllam acriùs exarſerunt, id quod eam rem ſatis apertè explanat, quam pridem parùm exploraveramus, in Not. ad *p.* 104.

Reges Armenii Arſacidæ.	*Reges Parthorum.*	
4. Tigranes II.[13] anno [14] Arſacis XIX° per annos XXXIII. *p.* 108, 118.		
5. Artavaſdes I.[15] *p.* 119.	6. Arſes. ann. XX. *p.* 122, 188.	
6. Arſamus.[16] anno Arſis XX°, per annos XX, *p.* 122, 125.		7. Arſavirus.

[13] Tigranes IIus regnare cœpit, calculis tam ex Parthicâ, quàm ex Armeniacâ tabulâ ſubductis, A. P. J. 4644. A. C. N. 70; ac propterea Artavaſdes, ſucceſſor ejus proximus, regnum accepit, ſi eandem Calculi rationem proſequimur, A. P. J. 4677, A. C. N. 37. Ac tametſi quidem Artavaſdem eodem ipſo temporis puncto imperium accepiſſe, quo Tigranes mortem obiit, fateri omnino oportebit, tamen non ſolet Chorenenſis, qui abſolutos ab inchoatis annis parùm diſtinguit, annum unum inter duos reges diſpertire, ſed integrum annum vertentem ſuperioris regis imperio contribuere; prorſus ut quivis regum, exempli causâ, *annos viginti* regnâſſe dicatur, qui *anno imperii vigeſimo* deceſſit; quod probè meminiſſe debebit, quiſquis noſtram Verſionem lecturus eſt. Sic Abgarum annis XXXVIII imperâſſe Chorenenſis tradit, cui Dionyſius Syrus annos XXXVII & menſem præterea unicum adſcribit, ſuprà *p.* 141; itidémque Verthanem Epiſcopum Moſes ipſe anno Tirani III° mortuum eſſe, eíque continuò Juſicum anno Tirani IV° ſucceſſiſſe refert, *p.* 242; & ſic alibi ſæpiùs, quamvis nullum omnino temporis intervallum interpoſitum fuiſſe videatur. Quare, ſi tempora Tigranis diſtinctiùs atque exquiſitiùs ad calculos revocare libet, veri quidem ſimillimum videtur, mortem ejus contigiſſe A. P. J. 4676, A. C. N. 38; quum idem iſte annus ex aliis indiciis atque argumentis apertiùs colligatur. Etenim Tigranes non plus biennio ſuperſtes fuit, quàm Parthi atque Armenii, Hyrcano victo, Antigonum Judææ regem conſtituerant, quod ſanè factum fuit eodem anno, quo Herodes ab Senatu Romano rex etiam Judææ creatus eſt, A. P. J. 4674, A. C. N. 40; Porrò autem Tigranes mortem obiiſſe traditur, dum Antonius Samoſata obſidebat, quæ urbs anno antè oppugnata eſt, quàm Hieroſolyma ab Herode & Soſio capta ſunt, A. P. J. 4677, A. C. N. 37; prorſus ut certiſſimum ſit Tigranem mortuum eſſe A. P. J. 4676. A. C. N. 38. *Moſ. Chor. p.* 117—119. *Joſeph.* Antiq. XIV. 13, — 16. De Bello I. 13 — 18. *Uſſer.* A. M. 3964, 3967. *Petav.* Rat. Temp. P. I. L. IV. C. 22. P. II. L. II. C. 7. Non eſt autem ſilentio prætereundum, *hunc* Tigranem, ab Artaſe Patre ſuo, Armeniæ cum imperio jampridem præpoſitum fuiſſe; quæ obſervatio magni quidem momenti erit ad Chorenenſis auctoritatem tuendam, quippe quum Scriptores Græci Romaníque eum ante hæc tempora regnâſſe referant. *Moſ. Chor. p.* 102.

[14] Editio Chorenenſis Armeniaca habet, *anno Arſacis* XLIX; at poſtea tamen Thomas Epiſcopus, Editor ipſe Armenius, hanc ſcriptionis varietatem notavit, *anno Arſacani* XIX°. Nos ſuprà, *p.* 108, ratione temporum tunc parùm inveſtigatâ, in narrationis contextu poſuimus *anno Arſacani undequinquageſimo*; ſed nunc demum compertum habemus rectiùs legendum eſſe, *anno Arſacis undevigeſimo*. Atque adhuc quidem numeri inter ſe benè conſtant; deinceps verò nimia diſcrepantia reperietur.

[15] Anni Artavaſdis à Chorenenſi prætermittuntur, neque ab Arſami temporibus exſculpi poſſunt, quæ ipſa magnam habent difficultatem. Quantùm vero ex aliis Scriptoribus cognoſcere licet, Antonius Artavaſdem cepit captivúmque abduxit A. P. J. 4680, A. C. N. 34; adeò ut quadriennio ferè imperâſſe videatur. Neque tamen hoc quadriennium Artavaſdis imperio rectè adſignari poteſt, niſi complures ex cæteris numeris corrigantur.

[16] Annus Arſis XXus, quo Arſamus regnare exorſus eſt, ſi inde uſque ab Arſacano calculi ſubducantur, congruit cum A. P. J. 4676, qui eſt idem ipſe annus, quo Tigranem mortuum eſſe jam oſtendimus, prorſus quaſi Artavaſdes nullos omnino annos regnârit. Itaque non temerè ſuſpicari videmur, numeros hoc in loco mendis librariorum eſſe depravatos.

Reges Armenii Arſacidæ.	*Reges Parthorum.*	*Imperatores Romani.*
	7. Arſavirus ann. XLVI. *p.* 188.	
7. Abgarus.[17] anno Arſaviri XX°. per annos XXXVIII. *pag.* 126, 141.		Auguſtus. *p.* 126.
		Tiberius. *p.* 127, 139.
	8. Artaſes II. ann. XXXIII. *p.* 128, 189.	
8. Sanatruces. anno Artaſis XII°. ann. XXX. *p.* 142, 146.		
	9. Darius. ann. XXX. *p.* 147, 189.	
9. Eruandus II. anno *Darii VIII°*, per annos XX, [XXI.][18] *p.* 147. 158.		Veſpaſianus & Titus. *p.* 149.

10. Arta-

[17] Ut Abgari Hiſtoria cum ipſis rerum temporibus per omnia congruat, neceſſe eſt, ut eum imperâſſe ponamus ab A. P. J. 4710, A. C. N. 4, ad A. P. J. 4748, A. D. 35 per annos propè undequadraginta; quum eum Chorenenſis ante Herodis Magni obitum regnum tenuiſſe & Chriſto ſuperſtitem fuiſſe tradat. Verum enim vero hæc temporum ratio cum Chorenenſis numeris prorſus pugnat, niſi eos miſerè mendoſos eſſe concedamus; id quod ſatis veriſimile eſt, quanquam ita ſunt inter ſe apti & connexi ut falſos à veris internoſcere nequeamus. Quippe annus Arſaviri XX^{us}, qui erat Abgari I^{us}, *calculis ſubductis*, incidit in A. P. J. 4696, A. C. N. 18; perinde quaſi ſeries Parthica annis XI, Armeniaca verò, etiamſi Artavaſdi quadriennium adſcribatur, annis X minor vero juſtóque numero habenda eſſet. Narrat profectò Chorenenſis, *anno Abgari II°, Armeniam populo Romano ex edicto Auguſti Cæſaris vectigalem factam eſſe*; qui quidem Cenſus inſtitutus eſt, ſi Uſſerium ac Petavium audiamus, A. P. J. 4709, A. C. N. 5; id quod non ſolùm cum noſtris rationibus mirificè congruit, ſed etiam Abgari Hiſtoriam magnoperè confirmat. *Uſſer.* A. M. 4000, *Petav.* Rat. Temp. P. II. L. IV. C. 2. Cæterùm alia præterea indicia atque argumenta ex Chorenenſis Hiſtoriâ de Abgari temporibus duci poſſunt, quæ nobis per valetudinem non jam explicare atque excutere licet; quum præterea ex eis ipſis numeris pendeant, quos mendoſè exaratos eſſe ſuſpicamur.

[18] Atqui inter annum Darii VIII^{m} annúmque ejuſdem XXIX^{m}, interfluxerunt anni *XXI, pro more computationis Chorenenſis; atque idcirco id intervallum Eruandi imperio adſcribendum* videtur, *niſi ſi quis alterutrum* ex duobus de Dario numeris depravatum opinari malit. Quod ſi Abgari exordium in A. P. J. 4710 conjicere, atque inde calculos ſubducere licet, Eruandus regnare cœpit A. P. J. 4778, A. D. 65; qui annus ab Hiſtoriæ veritate non aberrat: quippe quum eum Chorenenſis per Veſpaſiani & Titi tempora imperâſſe ſcribat, qui ab A. D. 69 ad A. D. 81 Imperium Romanum tenuerunt.

Reges Armenii Arſacidæ.	*Reges Parthorum.*	*Imperatores Romani.*
10. Artaſes II.[19] anno Darii XXIX°, ann. XLI. [XLIII.] *p.* 158, 176.		Domitianus. *p.* 160, 169.
		Nerva. *p.* 169.
	10. Arſaces IV. ann. XIX. *p.* 167, 189.	
		Trajanus. *p.* 170.
11. Artavaſdes II. paucis tantùm diebus regnavit, *p.* 176.	11. Artaſes III. ann. XX. *p.* 167, 189.	Hadrianus. *p.* 171, 174.
	12. Perozes. ann. XXXIII. *p.* 178, 189.	
12. Tiranus I. anno Perozis[20] *III°*. per annos XXI. *p.* 178, 179.		Titus Antoninus. *p.* 181.
13. Tigranes III.[21] anno Perozis XXIV°, ann. XLII. *p.* 181.	13. Valarſes. ann. L. [LI,] *p.* 183, 190.	Lucius Antoninus. *p.* 181.

14. Valarſes

[19] *Artaſes Domitiani, Nervæ, & Trajani temporibus* regnâſſe, atque, Hadriano imperante, deceſſiſſe dicitur; quo ferè tempore Judæi, duce Barchochebâ, contra Romanos bellum inchoârunt; quæ profectò temporum indicia ſatis conſentanea eſſe videntur; quum Artaſes, ſi ex principiis ſuprà poſitis *rationes ineantur*, A. D. 86 regnare cœperit & per *XLI vel potiùs XLIII* annos imperârit; ſiquidem ſumma *annorum in Ordine* Armeniaco ab Artaſe ad Tiranum *annis Parthicis* minor biennio eſt; nec id intervallum commodiùs diſponi poteſt, quàm ſi Artaſis temporibus contribuatur; quamvis ſanè, ut verum fateamur, non ita certum eſt, utrùm ordo annorum Armeniacus minor vero numero, an ſeries Parthica nimis magna haberi debeat.

[20] Hic Perozes ab Armenio noſtro Hiſtorico *Perozes Primus* nuncupatur, *p.* 178, tametſi nullus alter Perozes in ejus tabulis reperitur; quâ de re lege noſtram notationem infrà N° 44.

[21] Tigranes, ſubductis rationibus, regnum iniit, A. D. 150; ac proinde rectè refert Chorenenſis eum Antoninorum æqualem fuiſſe; *p.* 181. Quod ſi Tirani, Tigranis, Valarſis utriuſque, Choſrois atque etiam Perozis anni inter ſe accuratè conferantur, *nullo modo* ſecum ipſi conſtare ac cohærere poſſunt; neque ex tot numeris ſatis certò divinare licet, quinam eorum mendoſi ſint. Sed quum mos editorum ſolennis ſit, conjecturas ſuas liberiùs interponere, ponamus, ſi placet, Valarſem Armenium anno Valarſis Parthi XXXIII° imperare cœpiſſe; & præterea Valarſem Parthum annis LI imperium tenuiſſe, quò omnis omnino numerorum diſcrepantia tollatur.

Reges Armenii Arſacidæ.	Reges Parthorum.	Imperatores Romani.
14. Valarſes. anno Valarſis XXX°, [XXXIII°] ann. XX. *p.* 183, 184.		
	14. Artabanus ann. XXXI. [XXI.] [23] *p.* 184, 190.	Antoninus Caracalla. *p.* 197. Philippus. *p.* 192. Decius & Gallus. *p.* 194.
15. Choſroes I. [22] anno Artabani II°, [ann. XLVII,] *p.* 184.		

[22] Narrat *Firmilianus*, cujus tamen teſtimonio in eâ re fidem tribuere Chorenenſis non videtur, *Antoninum Severi Filium cum Valarſace Perſarum rege prælio decertâſſe, atque inter Edeſſam & Carras periiſſe, quum Choſroes Armenius in neutram partem inclinaverit.* p. 197. Itaque Choſroes, de Firmiliani Sententiâ, non anno demum Artabani II°, ſed imperante Valarſe Partho, qui Artabanum proximè anteceſſit, regnare exorſus eſt. Sanè autem, ſi verum eſt, Valarſem Armenium ab anno Valarſis Parthi XXX° imperii exordium cepiſſe, & per XX annos regnâſſe, Valarſémque Parthum annos L, nec ampliùs, imperium tenuiſſe; quos quidem numeros Chorenenſis editio deſignat; his poſitis, conſentaneum & conſequens eſt, ut Choſroes prior quàm Artabanus imperare potuerit. At verò de re ipſâ Chorenenſem confirmant *Dion Caſſius* apud *Xiphilinum* L. LXXVIII, *Herodianus*, IV. 10—14, *Julius Capitolinus* in *Opilio Macrino*; qui Caracallam, Artabano imperante, interfectum fuiſſe ſcribunt. Interiit autem Caracalla, A. D. 217, qui annus, ſi ex noſtris ſeu emendationibus, ſeu depravationibus calculi ſubducantur, in Choſrois atque Artabani tempora incidit; quum Choſroes A. D. 212, atque Artabanus anno ſuperiore imperare cœperit. *Petav.* Rat. Temp. P. I. L. V. c. 10. *Calvis.* A. M. 4166.

Cæterum non refert Chorenenſis, quamdiu Choſroes imperium habuerit; at quoniam Tiridates, ita uti mox oſtendemus, A. D. 286 regnum occupavit, inde ſequitur inter Choſrois ac Tiridatis primordia annos LXXIV interjectos fuiſſe; de quo intervallo annis Interregni XXVII deductis, anni reliqui XLVII Choſrois imperio contribuendi videntur; qui itaque ab Anaco occiſus eſt circa A. D. 259; quæ res ex eo etiam comprobatur, quòd eum Moſes Armenius paulò ante Valeriani obitum periiſſe oſtendat, *p.* 197. 198. cujus necem A. D. 260 contigiſſe cenſet *Petavius* Rat. Temp. P. I. L. V. c. 12. quanquam parum liquet, annon Valerianus Junior à Chorenenſi potiùs denotetur, qui A. D. 268 interiit. *Petav.* ibid. *Calvis.* A. M. 4217.

At verò de hiſce temporibus difficultates plures occurrunt, quas quidem, etſi tollere non poſſumus, nolumus tamen diſſimulanter ſilentio præterire. Profectò enim Artabanus, Rex Parthorum poſtremus, ab Artaſire, *ſive* ut *Græci Latinique Scriptores appellare conſueverunt, Artaxerxe Perſâ devictus atque interfectus eſt*, ex rationibus *Armeniacis*, circa A. D. 242; quo quidem tempore Armeniis Choſroes, Romanis Philippus imperitavit, ut Chorenenſis memoriæ prodidit; quod utique omnino verum eſt, ſi tamen Artaſires imperium Perſicum tam ſerò inſtauravit. Verumenimvero Herodianus, Dion, Agathias, Scriptoréſque præterea alii, quibus fidem in hâc re abrogare non licet, Artaxerxem, Artabano occiſo, à Parthis ad Perſas, quibus appellationibus Moſes promiſcuè uti conſuevit, imperium transtuliſſe tradunt, quo ipſo tempore Alexander Mammææ Filius Romanis rebus præſidebat, qui ab A. D. 222 per annos decem & tres regnavit. Jam quidem propter paucorum annorum diſcrepantiam, quia numeros Scribarum negligentia mendoſiſſime corrumpere ſolet, Chorenenſem vituperare nolumus; at, quòd Philippum Imperatorem, qui A. D. 244 regnum cepit, eodem ferè temporis puncto imperâſſe narrat, quo Artaſires Artabanum ſubegit; atque adeò, quòd Artaſirem ad Probi uſque tempora imperium produxiſſe refert, quum contrà, Auctores idonei Saporem Artaſiris Filium, Philippis & Valeriano imperantibus, Perſarum regnum obtinuiſſe ſcribant, in his eum, niſi conjecturis incertis indulgemus, culpâ liberare nequaquam poſſumus. Plura eſſemus perſecuti, ſi licuiſſet. *Moſ. Chor.* p. 184 — 202. *Dion.* apud *Xiphilin.* L. LXXX. *Herodian.* VI. 2. *Agath.* L. II. *Petav.* Rat. Temp. P. I. L. V. c. 10, 11, 12. P. II. L. IV. c. 7.

[23] Ut cum Chorenenſi, pro eo ac Chorenenſis editores decet, quàm mitiſſimè agamus, concedamus Artabani annos ab librariis corruptos eſſe, eique annos ſolùm XXI adſignemus, quò Artaſiris imperium in Alexandri tempora incidere queat.

Arta-

Reges Armenii Arſacidæ.	Reges Perſarum.	Imperatores Romani.
Interregnum in Armeniâ ſub Artaſire & Sapore, Perſarum regibus, per annos XXVII, p. 197, 200.	Artaſires I. *Perſa.* [ann. LIII.] [24], *p.* 190, 191.	Valerianus *p.* 194, 197.
		Claudius, Aurelianus, Tacitus & Florianus, *p.* 198.
		Probus, *p.* 199, 201.
		Carus, Carinus & Numerianus, *p.* 202.

	Epiſcopi Armenii.	Reges Perſarum.	Imperat. Romani.
16. Tiridates [25] anno Diocletiani III°, ann. LVI. *p.* 202, 207, 230.	1. Gregorius. *Illuminator.* [26] ab ann. Tiridatis XVII°, ad ann. XLVI^m^, per ann. XXX. *p.* 224, 225.	Sapores I^us^. [27] [ann. XXXI,] *p.* 200.	Diocletianus. *p.* 202.
			Conſtantinus. *p.* 209, 219, 229.
	2. Ariſtaces. ab ann. Tiridatis XLVII°, ad ann. LIII^m^, ann. VII. *p.* 225.	Nerſes. ann. IX. *p.* 222.	
	3. Vertha-		

[24] Si Artabano annos XXI adſcribere licet, Artaſires eum in regno excepit circa A. D. 232; & quoniam Sapores Filius ejus anno ante Tiridatem regem Patri ſuo ſucceſſit, ut Chorenenſis declarat, *p.* 200, ex his notis annos Artaſiris, quos Moſes ſilentio prætermiſit, colligere licebit, quum annos LIII inter hæc temporum puncta interfluxiſſe conſtet. Contra ea Agathias non plus quam annos XV Artaxerxi attribuit, idémque præterea Seriem Perſarum Regum contexuit, quæ ab hoc Artaxerxe exordium capit; quam deinceps cum Chorenenſis Hiſtoriâ conferre debebit, quiſquis has res accuratiùs explorare volet; *Agath.* L. II. p. 61. *Petav.* Rat. Temp. P. II. L. IV. c. 7.

[25] Diocletianus regnum accepit A. D. 284, ideóque Tiridates imperare exorſus eſt, A. D. 286. *Petav.* Rat. Temp. P. II. L. IV. c. 9. *Calviſ.* A. M. 4233.

[26] Extat Series Epiſcoporum Armeniorum ab Armenio aliquo Scriptore, quartodecimo poſt Chriſtum natum ſæculo, compoſita, apud Galanum in *Hiſtoriâ Conciliationis Eccleſiæ Armeniacæ cum Romanâ, typis excuſâ, Romæ, A. D.* 1650; ex quo ſcripto decerpere oportebit, ſi quid illud à Chorenenſi diſcrepat. Is autem refert *Gregorium Apoſtolo Thaddæo poſt* CCLXVI *annos ſucceſſiſſe, ab anno Tiridatis* XVI° *uſque ad* XLVI^m^, *per annos* XXX. Jam verò Gregorius, ex Chorenenſis rationibus, Eccleſiæ Armeniacæ præfuiſſe cœpit A. D. 302, de quo numero ſi detrahentur anni CCLXVI, numerus reſiduus annum à Chriſto nato trigeſimum ſextum indicabit; quæ quidem temporum deſignatio ab Hiſtoriæ veritate nihil admodum abhorrere videtur. Lege ſuprà Moſ. Chor. *p.* 142.

[27] Sapores, ut paulo antè notavimus, imperium accepit A. D. 285; eique, ex auctoritate Agathiæ apud Petavium, loco jam indicato, annos XXXI adpoſuimus. Neque enim ex Chorenenſis narratione exſculpi poſſunt; qui deinceps non id agere videtur, ut plenam & perfectam Perſarum regum Seriem pertexat, quos in poſterum pro re natâ tantummodò commemorat, quippe qui jam Armeniorum regum tempora cum Imperatorum Romanorum annis contexere malit.

Reg. Arm. Arſac.	Epiſcopi Armenii.	Reges Perſarum.	Imperat. Romani.
	3. Verthanes. ab anno Tiridatis LIV°, ad annum Tirani III^{m}, ann. XV. p. 225, 242.		
Intervallum regni [28] *quaſi annuum, p.* 232, 234.		Hormiſdas. [29] ann. III. p. 222. 234.	Conſtantius. p. 235, 243.
17. Choſroes II.[30] anno Conſtantii VIII°, ann. IX. p. 238, 240.		[Iſdigerdes. [31] p. 238.]	
18. Tiranus II.[32] anno Conſtantii XVII°, per annos XVI. [XI] [34] p. 241, 249.	4. Juſicus. ann. Tirani IV°, ann. VI. p. 242, 245.	Sapores II. [33] ann. LXX. p. 248, 294.	Julianus. p. 243, 246.
	5. Pharnerſes. [35] anno Tirani X°, ann. IV. p. 247.		Jovianus. p. 248.

19. Arſa-

[28] Si hoc Interregnum Tiridatis & Choſrois intervallo metimur, biennium ei adſignandum erit; ſi verò è Verthanis ac Juſici annis illud computamus, ad Chorenenſis rationes admodum attendentes, Interregnum videtur fuiſſe omnino nullum. Quod igitur erratum exploratè perſpicere, ac penitus tollere non licuit, bipartitâ diviſione minuere placuit.

[29] Hic Hormiſdas ab Agathiâ Hormiſdates II^{us} nuncupatur, eique anni VII contribuuntur; ſed inter eum & Saporem I^{um} complures reges interpoſiti ſunt, qui per annos vertentes XXVII imperârunt; adeò ut Hormiſdas, ſi ſuperiores calculos producere oportet, circa A. D. 344 regnum cepiſſe videtur; & ſatis verè Conſtantii æqualis dici potuerit.

[30] Conſtantius regnare cœpit A. D. 337. Quocirca Choſroes imperii initium orſus eſt ab A. D. 344. ſi numerus ſanus atque incorruptus ſit. *Petav.* Rat. Temp P. II. L. IV. c. 12.

[31] Narrat Chorenenſis Choſroem regnum accepiſſe *anno Conſtantii VIII°, annôque Iſdigerdis II°.* Atqui Hormiſdam ipſo illo tempore Perſis imperâſſe jam notavimus, quem etiam à Chorenenſi intelligi ipſe narrationis ordo demonſtrat. p. 234 — 240. Quamobrem vix dubium eſt, quin Iſdigerdis nomen deleri atque Hormiſdam ſubſtitui oporteat; maximè quum in Agathiæ tabulis nullus omnino hoc *in loco Iſdigerdes* ponatur, ſed Hormiſdatem II^{um} Sapores II^{us} proximè conſequatur. Quid, quòd hæc emendatio alterâ quoque conjecturâ quodammodo comprobatur, quam lege infrà N° 40.

[32] Tiranus imperare orſus eſt A. D. 353. Quapropter non malè ſtatuit Chorenenſis, eo imperante, Conſtantium mortem obiiſſe; p. 243, quippe quum Conſtantio Julianus ſucceſſerit A. D. 361, ita uti *Petavius, Calviſiuſque* ſentiunt. Atqui confer notationem noſtram ſuprà ad p. 244.

[33] Sapores II^{us} imperii *ſui primordia* cepit ab A. D. 351, *ſi Agathiæ numeros* cum Chorenenſis *rationibus conjungere licet.* Ei autem tum Moſes, tum Agathias ſeptuaginta imperii annos annumerant.

[34] Quoniam Epiſcoporum Armeniorum anni, ut ab altero Scriptore comprobati, certiores verioreſque videntur, non plus annos XI Tirano adpoſuimus, initis ſubductiſque rationibus ex intervallo, quod inter Pharnerſem & Nerſem Magnum interfluxit.

[35] Adhuc annos Epiſcoporum Scriptor Armenius apud Galanum confirmat. At huic Pharnerſi annos V attribuit.

Reg. Arm. Arſac.	*Epiſcopi Armenii.*	*Reges Perſarum.*	*Imperat. Romani.*
19. Arſaces II.[36] ann. XXX. *p.* 249, 272.			Valentinianus. *p.* 250.
	6. Nerſes *Magn.* ann. Arſacis III°, ann. XXXIV. *p.* 251, 277.		Valens. *p.* 263.
			Gratianus. *p.* 264.
20. Papus.[37] ann. VII. *p.* 274. 279.	7. Iſaacus I.[38] ann. III. *p.* 278.		Theodoſius *Magn.* *p.* 268.
21. Varaſdates[39] anno Theodoſii XX°, ann. IV. *p.* 279, 281.	8. Zavenus. anno Varaſdatis II°, ann. IV. *p.* 281.		
22. Arſaces III. ann. V. *p.* 281, 288.	9. Aſpuraces. ann. Arſacis II°, ann. V. *p.* 281.		Arcadius. *p.* 281.
23. Choſroes III. ann. V. *p.* 283, 291, 293.	10. Iſaacus II. *M.* ab anno Choſrois III° ad annum Iſdigerdis II^m^[40], per annos LI, *p.* 292, 324.		

24. Vera-

[36] Arſaces, his ita poſitis, regnare orſus eſt A. D. 364; eúmque refert Chorenenſis Valentiniani, Valentis & Gratiani temporibus imperium tenuiſſe, ac, Theodoſio demum regnante, mortem ſibi conſciviſſe; id quod cum temporum ratione valdè cohæret; ſiquidem Valentinianus regnum accepit A. D. 364, & Theodoſius mortuus eſt A. D. 395, quemadmodum *Petavius* & *Calviſius* ſtatuunt. In eo autem Chorenenſis ſe ipſe propemodum refellit, quòd, Arſace imperante, Macedonium Byzantii Epiſcopum fuiſſe ſcribit; qui profectò, ſi forte adhuc in vivis erat, tamen, regnante Conſtantio, de Pontificatu motus fuerat. Nec verò tempora Theſſalonicenſis Seditionis cum cæteris indiciis conſtare poſſunt, quam Moſes, imperitante Papo, contigiſſe tradit. Quid, quòd ipſe Papus à Theodoſio interiiſſe dicitur, quâ de re notatio inſequens plura docebit.

[37] Papus, continuatis calculis, regnare cœpit A. D. 394; & ſi per ſeptem annos imperium obtinuit, mortem obiit A. D. 401; quo tempore, mortuo Theodoſio, Arcadius Imperium Orientis accepit. Neque tamen Arſacis aut Papi annos immutare licet, qui ab Epiſcoporum temporibus comprobantur, ut ex Chorenenſis narratione ac numeris conſtat.

[38] Scriptor iſte Armenius apud Galanum Iſaaco annos IV annumerat.

[39] Annus Theodoſii, ſi ita placet, vigeſimus ex Epiſcoporum intervallis ferè comprobatur. At verò Theodoſius, ſi jam indè ab ipſo Valentis interitu imperium ejus repetatur, non ampliùs annos XVII regnavit. Atque equidem quum nullam omnino rationem inire poſſimus, quemadmodum nodum hunc difficillimum ſatìs commodè expediamus, calculos deinceps ſubducere nimiùm tædebit.

[40] Locutio Chorenenſis Armeniaca ad verbum Latinè expreſſa hæc eſt; *incipiens à tertio anno poſtremi Choſrois Regis Armeniorum uſque ad initium, ſecundi anni Iſdigerdis*. p. 324. Ex compluribus autem indiciis atque argumentis, quæ non eſt tanti ſubtiliùs explicare atque excutere, conjecturam facimus, deletâ voce *anni*, legendum eſſe, *uſque ad initium ſecundi Iſdigerdis*. Vide ſuprà Not. N° 31.

Reg. Arm. Arſac.	*Epiſcopi Armenii.*	*Reges Perſarum.*	*Imperat. Romani.*
24. Veramus Sapores. annis XXI. *p.* 293, 300.		Artaſires II^us. ann. IV. *p.* 294.	
		Veramus I, Cermanus. ann. X. *p.* 296.	Theodoſius *Min.* *p.* 299.
23. [Choſroes III reſtitutus per annum I, *p.* 301.]		Iſdigerdes I. ann. XI. *p.* 299, 303.	
25. Sapores. ann. IV. *p.* 301, 303. *Interregnum per triennium*, *p.* 303.		Veramus II. ann. XXI. *p.* 303, 323.	
26. Artaſires. [41] ann. VI. *p.* 308.	[Sormacus. [42] ann. I. *p.* 318.] [Barchiſius. ann. III. *p.* 319] [Samuel. ann. V. *p.* 319. 322.]		
	11. Joſephus. [43] *p.* 325.	Iſdigerdes II. [44] *p.* 323, 324.	

41 Artaſires, calculis inde uſque à Papi primordio ſubductis, exorſus eſt regnare A. D. 444. Quocirca Imperium Armeniorum ſimul cum ejus principatu interiit A. D. 450; quum ſtetiſſet ſub viginti ſex regibus, ſi à Valarſace tempora repetantur, per annos admodum quingentos atque octoginta.

42 Armenius iſte apud Galanum ſcribit, *Sormacum, vivo Iſaaco, annum unum, & poſt ejus mortem ſex præterea annos alios Pontificatum Armeniacum tenuiſſe, eique Joſephum per biennium ſucceſſorem fuiſſe.* Contra ea Chorenenſis Sormaci, Barchiſii atque etiam Samuelis annos Iſaaci Magni temporibus attexit, quia Joſephus ab Iſaaci obitu proximus Armeniorum Præſul erat.

43 Joſephus Epiſcopus, ſi à Gregorio numeri colliguntur, Eccleſiæ Armeniacæ præſidere orſus eſt A. D. 461, quo ferè ipſo tempore Iſdigerdes II Perſarum regnum accepit.

44 Hunc Iſdigerdem in Tabulis Agathiæ proximè excipit Perozes II, quo ferè imperante Moſes Armenius Hiſtoriam ſuam conſcripſiſſe videtur; quem quidem, ſi, pro vulgato Editorum more, non illaudatum relinquere liberet, non tam ingenium ejus ac doctrinam celebrare, quam probitatem atque induſtriam commendare deceret; quando nihil quidem aſtutum, nihil vafrum in ejus ſcriptis apparet, quod integritatem hominis convellat. Cæterùm ex his excerptis notatíſque illud utique perſpicuum eſt, numeros identidem tam miſerè depravatos eſſe, ut ſine Codicum manu ſcriptorum auctoritate ſatìs certò corrigi nequeant. Sanè erat in animo Chronologiam Armeniacam ſubtiliùs atque uberiùs pertractare, cum cæterorum Scriptorum Hiſtoriis accuratiùs conferre, &, quantùm fieri poterat, emendare atque explere; atque adeò Armenios Parthóſque reges, ab *aliis* Hiſtoricis commemoratos, quos *permultos* in Adverſariis noſtris jampridem notavimus, indè expromere, & ſuo quemque ordine collocare; quò certiùs de Hiſtoriâ Armeniacâ dijudicari poſſet. Atque inviti admodum committimus, ut illud munus deſugere videamur; quod quidem prætermittimus, non utique quia veremur, ne nimiæ difficultates Chorenenſis Hiſtoriæ infamiam inurant, ut qui de tuendâ ejus dignitate parùm, de veritate inveſtigandâ maximoperè laboremus, ſed quòd ipſa rerum acerba *tempora* plura perſequi planè vetent; quum uterque noſtrûm valetudine adeò incommodâ utatur, ut jam periculoſum ſit, literarum ſtudia diutiùs exercere.

F I N I S.

INDEX RERUM & LOCORUM.

Numeri Paginas deſignant.

A*BELENSIS* Satrapia, unde originem acceperit p. 92, 361
Abgarus, Armeniæ R. 126. unde nomen adeptus ſit, *ibid.* ejus demum temporibus omnis omninò Armenia Pop. Rom. vectigalis facta, *ibid.* Herodis ſtatuam in Armeniis Templis locari prohibet, *ibid.* Joſephum, filium fratris Herodis, cum exercitu cædit, 127. defectionem molitur, 127, 128. Edeſſam condit, 128. Regiam à Niſibi eò transfert, *ibid.* In orientem proficiſcitur, 129. Arſaviri Parth. R. filiis, inter ſe de imperio dimicantibus, pacis conditiones fert, 129, 189. Compoſitis Rebus inde regreditur, 130. Rom. Procuratoribus ſuæ in Perſidem profectionis cauſas exponit, 130. cum Aretâ Petrææ R. Societatem coit, 131. Ad Marinum, Cæſaris tribunum, legatos mittit, 132. Morbo inſanabili implicitus ad Chriſtum literas dat, 133. Quibus reſcribit Thomas Apoſtolus, juſſu Servatoris, 134, 135. à Thaddæo ei Sanitas reddita, 136. Fidem Chriſtianam amplectitur 137. Ad Tiberium de Chriſto ſcribit, *ibid.* quibus Tiberius reſpondit, 138. alteram ad Tiberium Epiſtolam mittit, 139. Ad Nerſem Aſſyriæ R. literas ſcribit, 140. ad Artaſem Parth. R. 141. Mortem obit *ibid*
Abrahamus, à Noâ duodecimus, 13. Zerovanus à Perſis appellatus. 16. Ninyæ temporum æqualis, 51. ab eo Parthi oriundi 83, 188
Abydenus, Hiſtoricus 7, 13, 14, 95
Acenſes, Populus 98
Achaia, regio 347
Achurius, flumen 150, 156, 159
Addæus, primus Edeſſæ Epiſcopus, 137. Morte multatur 142 — 144
Addæus, Comes, ſubſidio miſſus Papo Armen. Regi 274
Adramelus & *Sanaſarus*, F. Sennacherimi Aſſyr. R. in Armeniam confugiunt p. 60
Ægyptii tributa renuunt 169
Æthiopes Anthropophagi 351
Æthiopia, 336, 340. Superior, 349. Inferior, 350
Africa 85, 343, 348
Agathangelus, Tiridatis Armen. R. Scriba 186, 202, 204, 210, 216
Agiſymba, regio 336
Alanæ portæ 216
Alani, Populus 162, 164, 166
Albana planities, unde nomen acceperit 94
Albani, Populus, 120, 211, 233, 236, 242, 342, 360
Albania 70, 357
Albanorum, R. Urnærus, 276. Arſvales, 300. Epiſcopus Gregorius, 233. Jeremias, 300. Characteres quando formati 300
Alcia, regio 168
Alexander, Macedo, 105. teſtamento Provincias diſtribuit, 82. Strategium ædificavit, 220. Staturâ breviſſimâ 238
Alexandria, urbs 313, 314, 336
Aliovitia, regio 255, 359
Alorus regnat decem Saros 7
Alpes, montes 345
Alſus, vicus 260
Althamarum, caſtellum 247
Aluota, regio 119, 176, 178
Alznenſium Coſſ. Marihabus, 132. Bacurius 234
Alznia, Armeniæ majoris Provincia 97, 358
Amarum, oppidum 234
Amatania, regio 172
Amatunii, unde orti 172, 294, 321
Anacus, Balhavenſis, 195. Choſroem R. occidit 196
Ananus, Abgaro fidiſſimus, 132. Abgari curſor 135

 Ananus,

INDEX.

Ananus, Abgari F. Edeſſæ imperitat p. 142
Anatolius, dux, 305, 307, 319. Theodoſiopolim condit 309
Anazarbus, urbs 354
Angelia, familia, unde nomen acceperit 96
Anium, Caſtellum, 104, 108, 149, 168, 185, 260, 286
Antigonus, Judææ R. 114—117. interficitur 119
Antiochia, urbs 125, 352
Antiochus Soter, Syriæ R. 83
Antiochus Theus, Syriæ R. *ibid*
Antiochus Sidetes 85
Antiochus, Palatii Curator 235, 236
Antiochus, Syniorum Princeps 257, 259
Antitaurus, Mons 354
M. *Antonius*, 118. Samoſata capit, 119. in Ægyptum ad Cleopatram properat, *ibid*. Artavaſdem Armen. R. Cleopatræ donat 121
T. *Antoninus*, Rom. Imperat. 181
L. *Antoninus*, Rom. Imperat. Fanum Athenis exſtruit, 181. Armeniam ſubigit 182
Antoninus Caracalla, Rom. Imperat. inter Edeſſam & Carras occiditur 197
Anuſavanus, Aræi Aræadis F. unde *Soſii* nomen adeptus ſit 54
Anuſia, Aſtyagis conjux 71, 72
Anzevenſes, Populus 98, 178
Anztiæ, Princeps Salmuthus 247
Apabunia Satrapia 97, 267, 319, 359
Apollinis Simulachrum 103, 161
Arabia, Felix, 343, 363. Petræa, 362. Deſerta, 363
Arabicum Mare 342
Aræus pulcher, 40, 41. à filiis Semiramidis interiit 13, 42, 51, 54
Aragazus, Mons 32, 155, 254, 260, 361
Aramazdes, Numen, 73, 199, 215, 246, 248, 272, 295, 301
Aramus, à Noa duodecimus, 13, Armeniæ nomen dat, 35. Expeditionem in Medos parat, 36. in Aſſyrios, 38. rem feliciter gerit contra Titanios, 38. 39. moritur 41
Aranus, Armen. Satrapes 94, 95
Araratia, Armeniæ Maj. Provincia, 25, 27, 57, 120, 176, 183, 199, 254, 255, 282, 308, 310, 358, 361
Araratenſi Campo, unde nomen inditum 42, 43
Ararum urbs 171, 186, 323
Aravanii, unde originem traxerint 75, 97
Aravelani, in Armeniam commigrant 172
Araxes, ſive *Eraſches*, flumen, 32, 87, 150, 161, 165, 183, 342, 357
Araxazora ſive *Arſarunia*, regio 223, 277, 361
Arberania. regio 119, 176, 178, 255, 359
Arcadius, Rom. Imperat. 281, 282, 287, 291—293, 296, 299
Archelaus, Herodis F. Judæorum Ethnarcha 127
Archelaus, Armeniæ quartæ præfectus 225
Aretas, Petrææ R. p. 151
Areubanum, oppidum idem forſan atque *Erivan*, 143
Argamus, princeps Muraſius, ad Eruandi Cauſam ſe adjungit, 154. Ad Artaſem tranſit, 156. Ampliſſimis honoribus & præmiis decoratur, 159. ab Artavaſde, Artaſis F. Ipſe liberiſque ad internecionem cæſi, 164, 165. Idem atque Argavanus 72, 165
Argeus, mons, 355
Ariacæ, Populus 342
Ariorum regio, 153, 172, 195, 205, 210, 365. Præfectus, Surenas Balhavenſis 317, 320
Ariſtaces, Armen. Præſul, 222—224. ferro trucidatur 225
Arius Alexandrinus 221
Armæis, Armenaci, F. 32
Armavirus, collis, 32—34, 54, 87, 150, 151, 161, 266
Armenacus, Haici F. 13, 25, 29—32
Armenia, ab Aramo nomen invenit, 35. *Haichia* de nomine Haici appellata, 30. variæ de origine nominis Sententiæ, 35. Pop. Rom. ſtipendiaria facta, 122, 126. in duos Reges bipartitò diſtributa 282
Armenia Major, 357—361. alta, ſeu *Carinenſis regio*, 358. prima, 39, 354. ſecunda, 39, 355. Perſica, 358, 359. quarta, 39, 97, 225, 285, 358
Armenii, antiqui. ab Hiſtoriâ & Philoſophiâ alieni, 2, 4. Latrociniis dediti, 173. Græcis, Perſicis, & Syriacis olim uſi ſunt literis, 5, 299. *Eorum* Principes, 12, 51... Reges, 58, 386—396
Armeniæ Gentis, reprehenſio, 4, 5, 227—230. miſeranda Sors 326—331
Armeniæ Linguæ Characteres, quando adinventi, 296—299. Eorum Tabula 1
Armeniorum Regum, in nuptiis celebrandis mos, 164.... quando regnum capeſſant 295
Arſacanus, Parthorum R. 102, 188
Arſacavana, Aſylum, conditur, 260. funditùs evertitur 261
Arſacha, Armeniæ Maj. Provincia 358, 360
Arſaces Ius Fortis, Regnum Parthorum condit, 83, 85, 188
Arſaces IIus Magnus, Perſarum & Parthorum R. 20, 85. Antiochum R. apud Ninivem interficit, 21, 188. Fratrem ſuum Valarſacem Armen. R. conſtituit, 21, 86. ab eo Armeniorum Reges, pariter ac Parthorum, *Arſacidarum* cognomen ſunt adepti 81, 188
Arſaces IIIus Parthorum R. 188
Arſaces IVus Parthorum R. 167, 189
Arſaces Ius Armeniæ R. 99. Ponticis Bellum infert, *ibid*. haſtam in lapide molari defigit, 100. Bagarati Filios ab religione Judaicâ abſtrahere conatur, *ibid*. venatibus aſſuetus *ibid*.
Arſaces IIus Armeniæ R. 249. qualis vir fuerit, 251. in Valentinianum admodùm inſolenter ſe gerit,

gerit, 251, 253. Olympiadem Virginem in uxorem accipit, 253. parricidio ſe inquinat, 255. inſidias Gnelo ſtruit, 256. cujus interfecti uxorem Pharanſemam nefariè in Matrimonium ducit, 257. Tirithum & Vardanum interfici jubet, 258. Aſylum Arſacavanam condit, 260. Ad Caucaſum fugit, *ibid.* Gazæ ejus à Perſis diripiuntur, *ibid.* in maximum periculum & diſcrimen à Satrapis ſuis adducitur, 263. ejus ad Valentem Epiſtola, 264. Satrapas ſuos, per fas & fidem deceptos, trucidat, 265, 266. ejus in Naxuanios crudelitas, 267. ad Saporem adire coactus, in cuſtodiam traditur, 269, 270. Caſtello Oblivionis includitur, 271. voluntariâ occumbit morte, 272.

Arſaces III^us Armeniæ R. 281. hujus temporibus Armeniâ bipartitò diſtributâ, ei parti quæ Græci juris erat præeſt, 282. Theſauros ejus ad Choſroem transfugæ diripiunt, 286. Bellum Choſroi ultrò infert, 287. febri abſumitur, 288

Arſacidæ, 81, 99, 120, 147, 158, 178, 182, 188, 298, 234, 255, 279, 282—284, 289, 319, 321

Arſamus, Armeniæ R. 122. *Manovazus* à Syris vocatus, *ibid.* Primus Armen. R. Romanis tributa pendit, *ibid.* exercitum adversùs Herodem conſcribit, 124. parte Regni multatur, 125, mortem obit *ibid*

Arſavirus Parthorum R. 122, 129, 188

Arſavirus Armen. Satrapes 223

Arſavirus Camſaracanenſis, Perſarum copias fundit, 241

Arſes, Parthorum R. 114, 122, 188

Artabanus, Parthorum R. 184, 187. ab Artaſire occiditur 190, 191

Artaſes I^us Parthorum R. 85, 188, 189

Artaſes II^us Parthorum R. 128—130, 189. Literas de Chriſto, & Petro Apoſtolo, ab Abgaro R. accipit 141

Artaſes III^us Parthorum R. 167, 189

Artaſes I^us Armeniæ R. 102. Regiam ſibi in Perſide ædificat, *ibid.* Arſacanum ſub ſe Perſidis Regem conſtituit, *ibid.* filium Tigranem Armeniæ præficit, *ibid.* filiam Artaſamiam Mithridati, Iberorum Conſuli, in matrimonium dat, *ibid.* exercitum maximum comparat, 103. Crœſum Lydorum R. capit, *ibid.* terram inter utraque maria in ditionem redigit, 103, 104. ab copiis interiit ſuis, 104. quæ de eo & Crœſo memoriæ prodiderint Hiſtorici 104—107

Artaſes II^us Armeniæ R. occidioni ereptus, in paſtorum tuguriis alitur, 147, 148. inter Regis Perſarum filios habitus, 148. Inſidiæ ei ab Eruando fruſtrà paratæ, 149. Perſarum opibus in avito imperio recuperando adjutus, 153. Eruandum ſuperat, 156, 157. Cæſos ſepeliri jubet, 157. Eruandi corpus monumento condit, 158. Regno potitur, *ibid.* Perſarum & Medorum ducibus dona dat, *ibid.* Amicos, Argamum & Sembatum, omnis generis honoribus remunerat, 159. Eruazum, Eruandi fratrem, interfici jubet, 159, 160. cujus Theſauros Dario Parthorum R. mittit, 160. dupli tributi penſione Romanos ſibi reconciliat, *ibid.* de eo fabulæ, 161. Artaxata condit, *ibid.* Sathinicam, Alanorum R. filiam, nuptiis ſibi adjungit, 163, 164. ab Romanis deficit, 169. Trajano & Hadriano tributa pendit, 170, 171. Armeniam incolis complet, 171. illo regnante, Armenia novis ornatur artibus, 173. de vitâ decedit, 175. ampliſſimo effertur funere 175, 176

Artaſires I^us Perſarum R. 171. Regnum Parthis adimit, 187, 190, 191. familiam Careniam Balhavenſem delet, 193. ad Indiam uſque pellitur, 194. inſidias Choſroi parat, 195. Armenios fugat, 198. quid in Armeniâ geſſerit, 199. à Romanis vincitur, 202. cum eis iterum prælio decernit, *ibid.* moritur 205

Artaſires II^us Perſarum R. Choſroem Solio privat, 293. Epiſtola ejus ad Veramum Saporem, 295. ex vitâ migrat 296

Artaſires Armeniæ R. 308. Vitiis cumulatus, Satraparum animos ab ſe alienat, 316. apud Regem Perſarum accuſatus, de gradu dejicitur, 317, 318

Artavaſdes I^us Armeniæ R. 119. Lege ſancit, ne fratres ſui Araratiam incolant, 120. Cibo potioníque deditus, *ibid.* Romanos ex Meſopotamiâ pellit, *ibid.* ab Antonio captus, Cleopatræ traditur 121

Artavaſdes II^us Armeniæ R. Argamum cum totâ ſtirpe delet, 164, 165. Sembato inſidias parat, 167. Univerſis Armeniæ copiis præficitur, 168. Ipſe & Tiranus Mazanum fratrem occidunt, 171. regnare incipit, 176. fratres ex Araratiâ expellit, *ibid.* de eo fabulæ, 176, 177. mente captus, gurgite hauritur 176

Artavaſdes, Mandacunius, cum Tiridate Choſrois F. ad Aulam Cæſaris confugit, 198. univerſis Armeniæ copiis præponitur, 207. acie cadit, 213

Artaxata, ſive *Artaſata*, urbs, 73, 161, 162, 166, 176, 199, 239, 271, 272

Artaza, regio 142, 166, 195

Artogeraſſa, caſtellum 266, 271

Arus, flumen 179

Arzerunii, unde orti 60, 92, 93, 144, 319

Aſia 85, 343, 351

Aſoſtiorum Satrapia 95, 207, 319, 361

Aſpabania, regio 364

Aſpabanum, oppidum 271

Aſpuraces, Armen. Præſul 281

Aſſyria 36, 38, 87, 364

Aſſyriæ, Principes, 12. Reges 51

Aſtiſatum, oppidum 103, 104, 108, 313, 324

Aſtlicia,

INDEX.

Aſlicia, ſive *Aſteria*, Titanûm Soror p. 16, 17.
Aſtyages Medus, per ſomnum mira vidit, 64—66. Epiſtolam ad Tigranem Armeniæ R. mittit, 67. Tigraniam, Tigranis Sororem, matrimonii jure ſibi adjungit, 68. inſidias Tigrani ſtruit, 68, 69. à Tigrane confoditur, 70. vox *Aſtyages* in linguâ Armeniâ *draconem* ſonat 72
Athenæ, urbs 315, 347
Atropatia, regio, 21, 87, 120, 153, 195, 236, 363
Attica, regio 315, 347
Atticus, Epiſcopus Byzantinus, 305. Epiſtola ejus ad Iſaacum Magnum 306
Auguſtus, Rom. Imperat. 126, 127
Auguſtiana horrea 310
Azania 336

B.

BABYLON, urbs, 25, 27, 57, 83, 85, 87, 105
Babylonia, regio 362
Bacuracerta, oppidum 175
Bacurius, Syniorum Princeps 180
Bacurius, Alznenſium Coſ. Armeniæ Imperium ſibi molitur, 234. Ipſe Exercitúſque cæſi, 237
Bæberda, caſtellum 148, 149
Bagarana, urbs, *i. e.* *Simulachrorum Receptaculum*, conditur 151, 161, 199
Bagarana altera, urbs à Sembato extructa 160
Bagaratus, Judæus, 86, 87. Coronantis atque Equitis nomine honeſtatur 91, 98
Bagaratus Armen. dux 213, 236, 239
Bagratida, Iſaacus, Moſi Chorenenſi Hiſtoriæ Armeniacæ perſcribendæ auctor 1, 2, 6
Bagratidarum familia, à Sambæo Bagarato Judæo orta, 58, 59, 86. hæreditario munere Coronam Arſacidis imponendi ornata, 86, 91, 144, 147, 180
Bagrevandia, regio 186, 266, 322, 361
Balaſacanii fines 310
Balcha, ſive *Balba*, urbs in regione Cuſæorum 84, 188, 193, 195
Balhavenſes, familiæ, 129, 130, 188, 189, 191, 192, 224, 269, 294, 295, 317
Barcanus, mons 346
Barchiſius, Syrus, Armen. Præſul, homo impuriſſimus 318
Barchochebas, Seditione Judæorum Romanos turbat, 174
Bardeſanes Edeſſenus 185
Barſamus, Gigas, ab Aramo profligatus, 38. in Deos adſcriptum Syri coluêre 38, 109
Barſumas, Hiſtoricus, à Perſis *Roſt-Sobunus* appellatus 190
Bartholomæus Apoſtolus, in oppido Areubano Martyrium ſubit 143
Baſenenſis, magna vallis 95, 169
Baſenia, regio 90, 183, 361
Baſilii, Populus 172, 184
Baſilius, Amaſiæ Epiſcopus, interficitur p. 219
Batia, regio 148
Bazaphranes, dux, 114. Res ab eo in Judæâ geſtæ, 115—117
Bazus, Manavazi F. 30, 31
Beldochus, Satrapa Zenenſis 205
Belus, qui & Saturnus, idem ac Nebrothes, 19. in Haicum irruit, 27. prælium conſeritur, 28, 29, ſagittâ transfigitur 29
Bergitium, Caſtellum 262
Beroſus & *Abydenus*, de hominum origine à Sacris Literis diſſentiunt, 7. de Diluvio conſentanea cum eis tradunt, *ibid.* Anni eorum à Solaribus longè diſcrepant *ibid*
Bethcubis, oppidum 132
Beznunia, regio, 318, 359. Satrapia, 97. Gens, 31, 178. deleta 232
Beznunius lacus 28, 31, 359
Bonaſus, fera 345
Borboritorum Secta 307, 308, 310
Britannicæ Inſulæ, Albion, & Hibernia, 341, 344
Bugnania, regio 127
Bulgaria, regio 346
Bulgarorum Colonia Baſeniam deducta, 90... Multi in Armeniam commigrant 100
Burdarus, Gregorii Illuminatoris Pater 203
Byraſpes Aſtyages, 77. Nebrothis temporum æqualis, 78. Idem atque Centaurus Prydes, 79. Aſtrologiæ peritus, 79. homines Dæmoniis immolat, 80. interficitur *ibid*
Byzantium, urbs, à Conſtantino bellè lautéque ædificatur 280
Byzantini Epiſcopi, Macedonius, 265, 268. Chryſoſtomus, 296. Atticus, 305, 306. Maximianus, 312. Neſtorius *ibid*

C.

CADMUS, Armenaci filius, 26, 27. Cadmææ oræ 87,
Cæſarea, urbs, 38. olim *Mazaca* appellata, 39, 200, 203, 207
Cainanes alter, Pronepos Noæ, in Verſione Armeniacâ non reperitur 12
Camſarii, ſive *Camſaracanii*, unde orti, 130. ad internecionem cæſi 266, 267, 270, 294, 321
Camſarus, Perozamati F. unde nomen ceperit, 217, 218. à Gregorio baptizatur 223
Cangarius, mons 95, 361
Cappadocia, prima, 354. altera 353
Carcinitidis ſinus 341
Cardæus, Gugarenſium Coſ. 95
Carenius, familiæ Careniæ Balhavenſis Auctor, 129, 130, 188, 192, 193
Carinenſis regio, ſeu *Armenia alta*, 309, 319, 358
Carmina, unum ferè apud priſcos Armenios Memoriæ & Annalium Genus, 19, 49, 62, 72, 74, 160, 161, 163, 176, 183

Carnenſis

I N D E X.

Carnenſis Palus p. 252
Carræ, urbs 144, 197
Carthago, urbs 348
Carus & *Carinus*, Rom. Imperat. 202
Caſpia Regio ab Artaſe Armen. R. deſciſcit 167
Caſpiæ Portæ 216
Caſtellum Oblivionis 271, 293, 301
Caucaſus, mons, 21, 90, 100, 129, 168, 239, 356
Chacanus, Nomen Regum Aquilonis, 217, 218, 356
Chachus, pagus 277
Chadus, Bagrevandæ Epiſcopus 252, 266
Chalcedon, urbs 351
Chaldæi, gens Armeniæ Finitima 87, 198, 356
Chamus, Noæ F. 12. à Sibyllâ Beroſianâ *Titan* vocatus, 16. Poſſeſſiones Semi arripit, 17. Idem ac Vulcanus 20
Chananæi, à Joſuâ profugi, Agram & Tharſim petunt, 51. Inſcriptio in Africâ de eâ re 53
Chapotanus, Lacus 364
Chaſalus, flumen 111, 183
Chaziri, Populus 184, 356
Cherſoneſus Chriſtiana 347
Chionis Laconis, Saltus 22 cubitorum 280
Chodii 191
Choraſania, regiò 274
Chorobutus, Hiſtoricus 190
Chorus, Armenaci frater, Chorchoruniæ Satrapiæ auctor 30, 31, 240
Choſacuniæ, vicus 72
Choſroes I^us Armeniæ R. Chaziros & Baſilios perdomat, 184. Artabano Perſarum R. in ſubſidium it, 192. Artaſiri Aſſyriam adimit, *ibid.* Balhavenſium cædem ulciſci parat, 194. ab Anaco interficitur 196
Choſroes II^us Armeniæ R. 208. 235. qualis vir fuerit, 238. mortem obit 240
Choſroes III^us Armeniæ R. 283. ei parti, quæ Perſis contributa erat, imperitat, 284. Satrapas ad Arſacem transfugas fortunis exuit, *ibid.* Theſauris Arſacis potitur, 287. aciem profligat, 287, 288. Satraparum, in patrias ſedes remeantium, poſtulatis per Epiſtolam concedit, 289, 290. Univerſæ Armeniæ regnat, 291. de gradu dejicitur, 293, 294. in regnum reſtituitur, 301. ex vitâ migrat *ibid*
Choſroiduchta, Tiridatis Soror, non, ut aliæ mulieres, os patulum habebat 207
Chramus, Vicus 72
Chryſoſtomus, Epiſcopus Byzantinus 296
Chuſus, ab Ægyptiis *Sol* appellatur 20
Chuzaſtania, regio 271, 363
Cilicia 354
Cinnabaris 348
Claudiopolis 352
Claudius, Rom. Imperat. 145
Claudius Divus, Rom. Imperat. 198
Cleiſuræ 97
Cleopatra? Ægyptiorum Regina 119, 121
Cleoſtratus Rhodius 201
Cogæovitia, regio p. 256, 361
Cola, oppidum, 71, 90. *regio* 363
Colba, oppidum, 311. *regio* 361
Colchis, quæ & *Egeria*, regio 89, 356
Colonia, collis 88
Concilium, Nicænum, 221, 223. Conſtantinopolitanum, 269. Epheſinum 312
Conſtans, Rom. Imperat. 209
Conſtantinus, Rom. Imperat. Maximinam, Diocleſiani ex Helenâ pellice filiam, in uxorem ducit, 209. cum Tiridate Rege Societatem coit, *ibid.* Crucem ſtellatam per ſomnum vidit, *ibid.* de eo fabulæ, 209, 210. Sapori petenti pacem dat, 218. Licinium ampliſſimis honoribus ornat, 219. ad metalla condemnat, 220. vigeſimum Regni annum Nicomediæ celebrat, *ibid.* Byzantium urbem ampliat & bellè lautéque ædificat, *ibid.* Palladium Roma eò transfert, 221. Simulachrorum Fana occluſerat 268
Conſtantius, Rom. Imperat. 234. Armeniorum Literis reſcribit, 235. Tiranum Armeniis Regem facit, 241. Mopſueſtiæ diem obit Supremum 243
Conſtantini Antiocheni Topographia 339
Conſtantinopolis 269, 337, 347
Cordiæi montes 38, 146, 195
Corinthiorum ad *Paulum Apoſtolum Epiſtola*, 371 — 376
Corſica 346
Corzæa, Armeniæ Maj. Provincia, 182, 358, 359
Coſma, Arſaviri Parthorum R. filia, 129, 130, 188
Craſſus, Rom. dux, Templi Hieroſolymitani Theſauros abripit, 112. cum exercitu deletur, *ibid*
Creta, Inſula 41, 47, 347
Crœſus, Lydorum R. ab Artaſe Armen. R. captus, 103. quæ de eo & Arſaſe memoriæ mandaverint Hiſtorici 105 — 107
Cronus Argivus 201
Cteſiphon, urbs 190, 208, 293, 303, *regio*, 363
Cuaſus, vicus 254, 255
Cupreſſorum Surculis in Auguriis Armenii flamines utebantur 54
Cuſæorum regio 84, 187, 188, 192, 363 — 365
Cycladæ Inſulæ 198
Cyprus, Inſula 354
Cyrenaica 348
Cyrillus, Epiſcopus Hieroſolymitanus 243
Cyrus, Perſarum R. Tigrani Armen. R. fœdere junctus ad Medorum Imperium pervertendum, 61, 63, 64, 74. Crœſum interfeciſſe, & Lydia regnum abſtuliſſe traditur 104
Cyzicus, urbs maritima 351

D.

DALMATIA, regio 345
Damaſcus, urbs, à Metello, & Lucullo expugnata 110, 362
Damaſci Templum 268

Daniel, Gregorii diſcipulus, laqueo interimitur, 245
Daniel, Epiſcopus, Characteres Linguæ Haïcanæ parùm idoneos excogitat p. 296, 297
Danubius, flumen, à Ruſſis *Ioza* appellatur 345
Dara, Synius dux, acie cadit 287
Daranalia, regio 224, 280, 358
Darbandius Murus 356
Darius, Parthorum R. 147 — 149, 158, 189
Daſonacerta, oppidum 223
Datus, regiis venationibus præficitur 92
Decius, Rom. Imperat. 194, 196
Delmi, Populus 343
Delphi, Populus *ibid*
Dembavendus, mons in Hiſtoriâ Perſicâ inclytus, 77
Demetrius, cognomine *Seripes*, in Parthiam abducitur 85
Derbici, Populus 350
Dermones, Populus *ibid*
Derzania, regio 358
Derzaniæ, Epiſcopus Gindus 305, 310
Dezgœniæ, oppidum 71
Dianæ, Simulachrum, 103, 104, 108, 161. Fanum, 108, 175, 268, 347. urbs 183
Dindymus, mons 352
Diocleſianus, Rom. Imperat. 196, 202, 209
Diodorus, Siculus, 231. Tarſenſis 313
Domitianus, Rom. Imperat. 160, 169
Dovin, vox Perſica, *collem* ſonat 239
Draconum Stirps, *i. e.* Progenies Aſtyagis, 72, 74, 77, 80, 125, 161, 177
Druaſpes, Perſa 179
Dunia Satrapia, inſtituta, 95. deleta 232

E.

ECBATANA altera, ſeptem muris circumdata 218
Eceleſia, regio, 175, 179, 225, 277, 288, 310, 358
Ecelenſis Joannes, in Sacrâ Verſione Armeniacâ occupatus 299
Edeſſa, urbs eadem ac *Urba*, 101, 362. ab Abgaro Armen. R. condita, 128. à Procuratoribus Romanis magnificè inſtaurata 149, 150
Edeſſenum Tabularium 101, 140, 314
Egeria, eadem regio ac *Colchis* 89, 356
Eleutheropolis 132
Eleutherus, flumen 121, 238
Elymais, regio 364
Enanus, Eques Armen. Judaïcas leges deſerere coactus 123, 124
Epheſus, urbs maritima 312, 351
Epirus, regio 347
Eracbnavus, Anzavenſis, honoribus amplificatur, 178, 179
Eraneaca, Tirani R. filia, Tiridati nupta 179
Eraſches, flumen, vide *Araxes*.
Erevelus campus 287
Eruandaſatum, oppidum, exſtruitur 150 — 152 unde *Marmeti* nomen invenerit 157, 266
